4 Item quo imo nec pœnitenti parcitur,qñ t pœnitentia sera est,vt in l.2.C.de iur.& facti igno.ibi, sera pce tibi subuenire desideras.in l.ciuitas Rhodiorum,ibi, sero conquesta est.C.de offi.quæsto. & in l.vxor.in §.fi.ff.ad leg.Iul.de adul.& in l.si lege.in §.colonus.ff.loc.& in l.1.ff.qñ ap.fir.& in c.1.de frigi.& malefi.vnde etiā illud prodijt,tarde venerę bubulci.vel & melius aliud de quo in familia.Cicero.sero sapiunt Phriges.ita vt hac de causa Tiberium etiā ferāt (author est Tranquillus.)Ilienſium legatos irritasse, q̄ ab his longè alienum nō erit,cū aliquanto seriis ad eum cō solandum pro filij morte accessissent,& dixisse se illorū vicem dolere,quod egregium ciuem hectora amisissent. Velim item notetis vltimo & aliud, quod id facere nō potuisset scholaris de quo suprà si fuisset clericus. casus est no.in ca.contingit.de sentent.excom.

CXXXI.

1 *Stipulationis veritas an considerāda sit in fictis stipulationibus.& ſm totum.*

2 *Actus duo iudiciales ad inducendam consuetudinem ad minus requiruntur extraiudiciales plures.*

3 *Pupillorum fauore exorbitant leges.*

HOc mane debitor quidam meus secū duxit amicum suū ad me,vt pro eo fideiuberet, q̄ tñ nihil loquutus est,cū crederē,ob id eū fideiussisse,ego quoque nihil aliud dixi,recordatus me alias legisse,q̄ in fideiussionibus huius
1 modi,quæ fictę sunt,non consideratur stipulatione veritas,quæ consciuntur,vt in l.Blanditus.C.de fideiuss.in l. fi. in §.satis.ff.de accept.& no.in l.sciendū.ff.de verbo.oblig. & q̄ opi.hanc etiā tenuerat Dy.in l.1.in §.volūtatē.ff. sol. matr.per tc.in l.2.ff.ad muni.& l.honores.in §.fi.ff.de decuria.& tñ nisi principalis soluisset, nec soluere voluisset fideiussor,me ipsum decepera,& errauerā cū Dy.quod per locum à speciali ostendi pōt, quia eo casu,videlicet in l.cū ostendimus.in §.fi.ff.de fideiuss.tut.quia calore iudicij fuerat vestita,vt in l.1.no.in princ.ff.de verb.oblig.& est simi
2 le,quia videmus,q̄ ad consuetudinē inducēdā duo ſ actus iudiciales ad minus sufficiūt,extraiudiciales plures, vt no. in l.de gbus.in 6.col.ff.de legi.& per Fran.Cremē. in sing. suis.140.incip.quanquam.& Ant.Corse.in versic.cōsessio. quarto,& Gerard.de Petra san.in sing.36.quod incipit,in iudicialibus.Sed alia etiā est ſspecialitas,quia fideiussor passus fuerat se in actis describi,quo casu omnia solenniter acta ꝓsumūtur,vt no,in d.l.sciēdū.Itē & alia,q̄ erāt pupillorum
3 quorū gratia exorbitāt leges,vt ī l.ex plurib'.in fi.ff.de admi.tut.& in l.si cōem.ff.quemad.ser.amit.& ī l. cognitio. ff.de offi.eius. ergo ad ꝓpositū nō valebat hoc casu, vt ī l. ius singulare.& in l.q̄ vero cōtra.ff.de legi.& in c.ꝓsenti.ī §.loca.de ꝓb.in 6.Nec ob.te.in d.l.2.& in d.§.fi.qa Bal.rēpōdebat in d.§.volūtatē.eos loq̄ ī parte,q̄ nō ē propriè fideiussor,vt ī l.cū filius.in pri.ff.de ver.ob. Quæ sol.satis ꝓbari vī in d.l.2.ibi,quasi fideiussor ꝓ filio pater obstrictus ē.& paulò ỹ.ibi pater vt fideiussor ꝓstabit.q̄ tñ in filio emācipato locū non haberet,quo mō limitari ēt solet regula.l. fi.C.de impub.& ali.sub.vt in l.qui in potestate.ff.de testa. & in l.lis nulla.vbi glo.ff.de iud.Sed dicerē ego aliter q̄ teneſ,& obligatus ē fauore reipublicæ,ita vt illius legis dispositio ad cōsciētias trahi nō debeat,vt in c.q̄ à iur.de regu.iur.in 6.vel & 3.quia pater ibi in vno releuatus,cū filius decurio factus eēt,& eo quidē ꝓsente cōtradicēte.iuxta illud Salo.ī ꝓuer.10.filius sapiēs lœtificat patrē,& ipsius magna qdē ac incredibilis ē gloria,vt dī alibi ī c.elto.in fi.195. dist.ī alio debet grauari,vt quasi fideiussor(vt diximus) obstrictus sit,vt in l.eū qui.ff.de iureiu.& in l.literdū.ī §.q fuerē.ff.de fur.& ī l.1.ff.ī qs à parē.sue,manu.& ita ē tenēdū.

CXXXII.

1 *Pupilli,maximè pauperes,pcipuū merent fauorē,fallit.nu.2.*

PRoximè suprà & alijs locis etiā dictum est, pupillos ꝓcipuū mereri fauorē,maximè addas nūc si fuerint pau

peres,quia tunc miserabiles etiã personæ dicentur. vt no. Ale.in l.1.in 3.col.ff.fo.mat.& canonistæ,præcipuè Card. Imo,in c.significãtibus.de offi.deleg. & hinc est quoq; ꝙ clericus,qui patrocinium præstare,præterquã in causa propria,& suorum prohibetur, vt in c.fi.de postulan. pro pupillis tñ admittitur,vt no.Abb.in ca.1.in 2.col.ne cler. vel mona.item quod eaꝝ rõne subsitutio pupillaris,est fauorabilior vulgari,ita vt non sit bona extensio de vna ad aliã, de quo tñ me remitto ad no.in l.1.ff.de vulg.& pup.sub.& est ad idem melior te.de iure in l.pe.C.de seruo pig.da.melior tex.de iure in l.pe.C.de seruo pig.da manu.& in l.3.in §.pterea.ff.de suspe.tut.& in l.pe.C.de nocef.fer.hære. insti.quibus etiam tñ fauit Vale.Publicola, vt eos quoq; ab oĩ onere (ꝙ regulare tñ non est fecerit immunes quem admodum in eius vita legitur, & nos etiã admonet te. Ecclesiast.c.3.dicens,pupillis esto misericors, vt pater, & ꝙ viro matri illorum, quia eris tu velut filius altissimi obediens,& miserebitur tui,magis quam mater. Imo plus habent maius priuilegium,quã fiscus, vt est gl.in d.l.pe.C.de com.ser.pig.da.manu.in tñ vt cõtra ipsum restituãtur, vt in l.in fraudem.in §.fin.ff.de iure fil.verum aduerte, quia
2 volo tibi dare casum,in quo nullum habent priuilegium cum audiuissent hæreditatem, ex qua legata deberentur, quia creditores possunt eligere possessionem bonorũ pupilli,vel hæreditariorum. casus est in l.apud Iulianum,in §.fi.ff.ex quibus.cau.in posse.nisi respondeamus ꝙ imo habent,quia si defendantur, desinunt legatarij possidere, vt ibi. Est etiam & aliud in l.si tutotes.C.de compensa.sed quia alibi dictum est supra,nunc aliter non insisto.

CXXXIII.

1 Duo qñ cõiũctim sunt probãda,nõ est satis ꝓbare vnũ, ꝙ tel lige,quãdo plura sunt cõiuncta in onere probationis. nu.2.

1 QVando duo cõiunctim probari debent,non est satis probare vnũ,imo probãs deficeret in toto.l.3.§.hoc autẽ.vbi.gl.no.ff.de itine.actuq; priua.l.Titia.s.fol.ma.vbi pater ad hoc,vt ad agendũ admittatur pro dotis restitutione,necesse habet probare patriã potestatẽ, & filiæ consensum,& est arg.in l.& an eandẽ.ibi,quæ oĩa nisi concurrãt. ff.de excep.rei iud.& in §.si prætor.ff.de transi. & melius q̃ alibi in l.habebat.ff.de instito.vbi quis tenẽtur probare id, ad quod se adstrinxit,alias succumbit. Nihilominus tamẽ volo vos memoriæ cõmendare pulchrã declarationẽ ad
2 hoc,vt intelligatur,& verũ sit,qñ plura sunt coniuncta in onere probationis,qñ secus est qñ quodlibet per se infert victoriam causæ, vel articuli,de quo quæritur, quãdo quidem sufficiat alterũ probare,ẽt si vnũ intẽtetur. te.est not. in c.ex parte Abbatissæ de priuile.& in §.si plures. Iusti.de excutione tutorũ & nobilior in l.scio.ff.de appellatio.quẽ exclamat etiã Bal.id idẽ in d.l.Titia.in pri.& in l.ꝓpositem in §.qui se.ff.de excu.turo.vnde etiam aduocatorum in tuꝫpta est practica,licet multi nesciant, qñ dicunt nõ adstringenr se ad oĩa probãda,sed ea tm̃, quæ sufficiant ad victoriam causæ,& idemmet in l.si mater.C.de contrah. emp. & in simili in auth.non licet.in fi.C.de lib.præt.& in l.non solum.in §.qui alieno.in 2.col.ff.de procu.

CXXXIIII.

1 Sanguinem suum vnicuique licere qualitercunque redimere, qualiter intelligendum nu.2.

1 IN l.1.ff.de bo.eorum,qui ante sentẽ.mors.subi consci.dñ, vnicuiq̃ licere ꝙ sanguinẽ suum qualitercũque redimere,quod verbũ generale est,& generaliter debet intelligi, vt in simili dr̃ in l.1.in §.generaliter.ff.de lega.pstã. & in l. de ptio.cum vulg.ff.de publicia. & per calumniã dicebat Barto.in l.1.in 2.col.C.de iura.calumn.ita vt super criminibus etiã pœnã sanguinis ingerẽtibus hac rõne quoque transigi possit,vt in l.trãsigere.& ibi no.C. de trãsa. actionesque ex maleficio descẽdentes,nudo pacto ipso iure tolli,& virtus est pacti inter alias,quas aliqñ videbitis in euidentialib.l.si vnus.§.pactus.ff.de pact.perimendi,nõ aliud faciendi,& ideo gl.in l.1.in fi.ff.ad leg.Iul.ambi.dicens. ꝙ si quis ingrederetur domum iudicis,vt ipsum subornaret, teneꝛtur lege Iulia ambitus,reprehendi meruit,licet secus & malẽ,alias fuerit aliqñ obseruatum. Dicendum igitur
2 arbitror eam intelligi debere, & esse verã int causis ciuilibus,nõ criminalibus.& cõperi ꝙ Paris de Puteo ita interminis tenuit in tracta.syndi.in versi.corrumpens.in 4.co. & hinc est ad propositum quod si dixerit statutũ, oĩa landa qualitercunque lata mandari exequutioni, debet intelligi dummodo de iure subsistãt.vt est te.not.in l.fideiussor. in §.& filius.& ibi Bald.ff.qui satisd.cogan.& ar.optimum in l.diuus.ff.de mil.testa.ꝙ tñ etiã in casu d.l.1.intelligi debet,& istud singulare verbũ, & no.semp obseruari debet, dummõ auxilio infidelium non vtamur, qñ tunc nullo modo redẽptio erit licita.vt legitur 2.Paralipo.c.19.his verbis,Impio præbes auxilium, & his qui oderunt dominũ, amicitia iungeris, ita vt Rex Hierusalem per prophetam etiã reprehẽsus fuerit,quia voluit vti auxilio Regũ Israel vt refert & Oldra.depon.in consi.71.inc.Nunquid.ad fi.

CXXXV.

1 Nemini licet seipsum interficere,& quæ sit ratio.fallit si imineat periculum castitatis.nu.2.

1 ET si aliqñ supra dixerim, incidenter tñ.neminĩ licere seipsum interficere,non dixi tñ rõnẽ,quã nunc hoc loco scribere placet.ideo scitote id esse, quia nemo dñs est membrorũ suorũ.l.liber hõ.ff.ad leg.Aquil.nec aĩæ,vt ad peccatum possit se obligare.inquit alibi.Abb.in c.fi.ĩ pri. de pac.post eum Fel.in ca,cõtingit,primo.in 1.col.de sen. excõ.& amplius,ga fit iniuria naturę.cõmunitati,& Deo. naturæ,ex quo seipsũ diligit,& conatur resistere corrũpentibus,inquantũ põt.cõmunitati,quia vt in 5.Ethi.dicebat Arist.quilibet hõ est pars illius. Deo aũt, ga vita donũ diuinũ est hoĩ attributũ, & eius potestati subiectũ, ga solus occidit,& viuere facit,vñ talis peccat,sicut q̃ letuũ alterius interficit,peccat in dominũ,cuius est seruus.nõ immerito igitur Barto.in d.l.1.§.si aliquis dicebat, quod punitur, si voluerit se occidere, & facinus non peregisset, & alibi Archidiacon.quod clericus percutiens se ipsum, excommunicatus est.in capi.si nõ licet.1.col.23.q.5.& quod his rõnibus plus peccauit se suspẽdẽdo,quã tradẽdo Christũ, ꝙ est mirabile,& hinc ẽ,ꝙ cũ eo ꝓditore, perpetuę dãnationis exitiũ incurrunt,qui hoc facere audẽt, vt ibidẽ legitur,nec est ꝓ eis orandũ,nec cũ fidelibus sepeliendũ,vt in c.placuit.ea.q.& causa.Et alibi Bal.in l.1.C.de ser.fugi.ꝙ si bãnitus similiter se interfecerit,punir̃,ga eius testamentũ nihil valet ex ꝗbus quãtũ execrabile etiã fuerit.ꝙ Aiax ab Vlisse supatus sup armis Achillis cõtendẽs,seipsum transuerberauerit,vel Hannibal à Scipione victus apud Perusiã veneno se necauerit.M.Iu.Brutus.Cassius.M.Ant.& alij quos lõgũ eẽt referre,latet neminẽ. Sed volo vos notare
2 ẽt in casibus licere ꝓp periculũ castitatis,vt in c.nõ est ea. q.& cã.Itẽ vt in d.c.si nõ licet.instinctu Spiritussancti, & si aliter se haberet cõsuetudo,vt apud Aethyopas qui neminem etiã morte dãnatũ interficiunt, sed lictor mortis signũ mittit ad eũ, quo accepto statĩ sibi mortẽ cõscisciꝫ, nec licet mortẽ exilio cõmutare quam tñ velut naturę, communitati,& Deo repugnantẽ nõ probo. & hæc satis.

CXXXVII.

1 Bãniti ita odio habẽtur,vt sint extra iuris protectionẽ ꝓp mortuis habeantur,& sint deterioris conditionis quam excommunicati.&c. et processus cum eis factus ipso iure est nullus,sicut & cum hæretico.nu.2.

1 SCitis quãtũ odio habẽatur bãniti,& quãtũ eos detestetur lex,ita vt sint ext.ꝓtectionẽ iuris, vt no.Cy.in l.1. C.de natural.lib.& in l.reos.C.de acc.habeanẽ ꝓ mortuis, vt in l.1.in §.fi.ff.de bo.pos.con.tab.deteriorisque condi, tionis sint,q̃ excõicati,ga possunt impunè interfici,ẽt si esset facta pax cum eis,& interficiens est exequutor iustitiæ ga interficere ẽt publici iuris est,vt dicit Bald.in d.l.reos.ĩ 8.co.& breuiter hostis patriæ trãsfuga,& talis vt nullo gaudeat priuilegio,vt in l.amissione.in §.qui deficiunt.ff. de capi.dimi.& in l.3.in §.transfugas.ff.ad leg.Corn.de sicar. adeo quod si bãnum factũ sit in ciuitate,quod quilibet eat in exercitum,non tũ ibit bannitus,vt est arg.& ibi no.Bal. in l.sed & milites.in §.scribit aũt.ff.de excu.tut.item infamis faltẽ infamia facti,que eum comitatur, vt lepra leprosum,vt in l.ex ea.ff.de postu.& in l.neque.C.de digni.li 12. & in c.infamibus.dẽ reg.iur.in 6.& ideo bannitus de Florentia non posset hac ratione exercere officium Bononię. ad ꝙ fuisset electus vt no.declarat Nell.de S.Gemi. in tracta.banni.in 3.parte secundi temporis, in 61.q.inci.qro an bannitus,& dubium nõ habẽt.Sed volo vobis dicere plus
1 & est verbum no.ꝙ sit cum,nec personam,nec cãm legiti mam agẽdi habeat,processus factus fuerit, ille idẽ erit nullus,& sententia ẽt exinde lata ipso iure nulla,sicut in hæretico dicimus,ita quod tñ ad hoc,(& erit ampliatio ad suprà dicta oĩa)hæretico comparabitur,casus est in l.cũ non iusto.ff.de collu.detegen.& in l.curiales.C. de hæreti.& in l.qui vniuersis.C.qui tuto.da.possunt. per quæ iura etiam ita Bal.in l.cum mulier.in 7.col.ff.sol.matri.

CXXXVII.

1 Titu.ff.de cap.hon.dand.intelligitur,quando hæreditas est tacens,nisi in suis hæredibus,in quibus non est dare hæreditatem iacentem.nu.2.

1 VOs habetis tit.ff.de cura.fing.dam.quit necessario debet intelligi,vt habetur in l.1.& 2.co. qñ hæreditas ẽ iacens creditores diutius fraudentur suis creditis,vt ibidẽ & in simili in l.1.in pri.ff.de succes.edi. & in l.si qs institutur.ff.de hæred.instit.& not.Ias.in l.2.in 6.col.ff.de re iud. Sed tamen volo eos non ignorare limitandum esse in suis
2 hæredibus,qñ in eis non est dare hæreditatẽ iacentẽ,vt in §.sui.Iusti.de hæred.quali.& dif.& in l.in suis.ff.de libe. & posthu.idec si quis sic ageret,iudiciũ esset frustratoriũ & succumberet,ita no.dicit Bal.in l.cũ hæreditas.ff.depo. sicuti etiam alio casu dicimus hac rõne ĩeis vsucapionẽ, seu præscriptionẽ pro hærede locum non habere,vt in l.nihil.C.de vsucap.pro hęr. ita vt si pater possideat fundum alienum sine titulo longo tẽpore non præscribat,tñ hæres exraneus habens titulum pro hærede habilẽ ad præscribendum,quod tamen filius facere nõ põt,ex quo in eo nõ ua hæreditas non obuenit,neque,vt dixi,in eo caufatur titulus talis,& sic deterioris cõditionis est hoc casu,quã ex traneus,nisi veniret ex capite agnatorũ. vt declarat Ale.il. 1.in vlt.co.& ibi etiã ego dixi.C.q admi.ad bo.pos.possũt.

CXXXVIII.

2 Eligens indignum ea vice priuatur eligendi potestate.

IN consi.nostro hic Patauij ordo quidã seruatur, sicut ẽt & Venetijs,& alibi,vt ad electionẽ officialiũ nõ passim oẽs admittantur,sed hi tm̃ q ex piscide,quã vulgo pileũ vocant,aureã ẽt pilulã casu extrahunt, q̃ nõ sunt nisi octo inter Aeneas quam plurimas,quãobrẽ euenit,cũ indignũ q̃ dam elegisset,statim eligendi potestate priuatum fuisse,q̃-
1 rebatur an fieri potuisset.Et ex tẽpore breuiter dicebã ꝙ sic,nec malẽ,qm̃ psumebatur ab hærede notum quẽ eligebat,casus est sing.in l.si patronus.& ibi no.Bal.ff.de confirmat.tuto.& in l.1.in §.fi.ff.fur.aduer.naut.& in c.si cõpromissarius.de elec.in 6.ergo aliqñ indignũ,priuari debet,ne amplius eligat,vt in §.cum in cunctis.in §.eod.ti.in antiq. & sic iste erit vnus de casibus,in quibus ignorantia nõ præsumitur quod limitatione l.versus.ff.de prob.no.est.& intellige priuari,amplius eligat ea uice,vt in d.c.cum in cunctis.no.& ca.cũ vintoniẽsi eo.tit.ita vt hac rõne ꝙ in d.ca. cum in cunctis.obseruauimus post Abb.etiã episcopus indigno beneficium conferens,priuatur potestate conferendi illa vice,vt diximus,& simile est optimũ, sed differẽtia in hoc,quia non præsumitur habere notum eum cui confert,vt eligens de quo supra vbi.in c.innotuit.eo.ti.

CXXXIX.

1 Legatum rei quam testator non habuit,non debetur,nisi probaretur ipsum extare,uel hæres dolo desiisset possidere.

1 HEri fui interrogatus,si testatrix legasset alicui rẽ quã non habuisset,deinde alium vniuersaliter hęredem instituisset,nunquid legatum deberetur?dixi quod nõ,legatumque magis deriſorium esse,quam vtile,casus est no. in l.si domus.in fi.prin.ff.de leg.1.præterquam in casu, qñ probarentur ipsam extare,vel hæredem (legata.n. capiuntur de manu ipsius.l.1.ff.quorum leg.cum si.) dolo desiisse possidere,vt est non minus no.tex.in l.cum ita.in §.species.& ibi etiam Bart.ff.de leg.2.

CXLI.

1 Intellectus l.Barbarius.ff.de offi.prat.& leos.ff.ad leg.Cornelia.de sica.

DVbitabam alias,quare est,ꝙ acta Barbatij Philippi servi fugitiui,facta cũ Romæ Prætor esset,designatus,&
1 cõi opinione talis reputatus,in l.Barbarius.ff.de offi.prætor.valent,& tenent,& in simili dispositio testis in l.1.C.de testa.& nihilominus in notario secus,quia si plura fecisset instrumẽta,& oĩa funditus sunt falsa,ita vt nec de iure,nec de æquitate subsistant,imo ipse ẽt de falso teneatur,vt in l. iubemus.C.de prob.& in l.si quis ex argentarijs. in §.1.ff. de eden.Et dicebam hoc ideo esse, quia in casu d.l.Barbarius.& d.l.1.defectus erat in plona,quid dicitur defectus materiæ. sed in notario defectus formæ,l.cos.§.qui se.ff. ad leg.Cornel.de fal.forma aũt est longè dignior, & præstantior materia,vt Aia & corpus,ergo maior etiam defectus,& ita comperi post ea Bar.dixisse in prælleg.l. Barbarius.in 8.col.ff.offi.Præto. & non sine dubio nouiter, qñ contrarium vĩ tenuisse Bal.in l.in exercendis.in 4.col. C. de fid.instru.& in l.1.in prin.C.ad Macedo.& Nel.in tract. ban.in 1.parte.2.temporis.in 51.q.incipi.Titius. in 2.col. quapropter diceré ego solidius & verius,id quod habetur in d.l.eos procedere regulariter nedum in notario, sed ẽt alijs similibus, in quibus specialis considerari non possit, vt nunc dicam,sed fallere in casu d.l.Barbarius.qñ specialis est in dignitate prætoria, vel populo Romano, vel propter publicam vtilitatem,& hac rõne. etiam illud tollera tur,quod in d.l.1.de testa.dr̃, iuxta l.vel negare.ff. quẽad. testa.aperi,& sensit idẽ Bal.in l.non mutant.C.de lib.ca. & Populum Romanum memini, quia ipsum Barbarium liberum facere potuisse,& sic si scijsset, feciſſet secundum Bar.in l.generaliter in prin.C.de tabula.lib.10.cogitate.

CXLI.

1 L.si.ff.de iurisdi.omni.&c.statutum §.1.de rescript.in 6.nõ habent locum in iurisdictione voluntaria.& eius à contentiosa differentia.

1 NEmo sanè dubitat regulam l.extra territorium.1.quæ ẽ fi.ff.de iurisd.om.iud.&c.statutum.§.1.de rescrip.in 6. non habere in iurisdictione voluntaria, & vtrobique no. & per Bal.quoque in l.si vt proponis.2.in fin.C.quõ & qñ iud.& non ab re, qñ in multis alijs casibus etiã, quid hac ratione permittitur,quod tñ in contentiosa non permitteretur.& potest videri,quia eo casu veritas inspicitur, ista autem probatio est necessaria,& ideo satis est quod mater sit negliens,vt à tutela excludatur,ꝓm eundẽ Bal.in authẽ. matri,& auiæ,in fi.C.qñ muli.tute.offi.fun.põt.quẽ etiam refert & sequitur Soci.in l.multum interest.in 4.col.ff. de condi.& demon.Itẽ in voluntaria iudex supplet de facto, in contentiosa non,vt no.in l.C.vt quę desunt aduo. & in l.1.& ibi idem Bal. in fi.C.qui admit.ad bo.pos.possunt.si militer feriæ vno casu locum habẽt.alio vero non,dicebat idem Bal.in l.si vt proponis.in 1.col.C.quo,ei quando iud. nec voluntarię iurisdictionis causæ possunt delegari per iudicem ordinarium.l.ab ea parte.ff.de prob.& ibi no.contentiosę aũt sic nisi sint meri,vel mixti imperij,vt in l.1.ff. de offi.eius.& in l.1.de of.consul.& in l.cum magistratu. & vtrobique idem Bald.C.quando prouoc.non est necef. & idem in fœmina dicimus,quæ à postulando regulariter arcenda est, vt in.l.1.in §.fœxum.ff.de postul.ne cœtibus virorum se immisceat,quod à muliere verecunda est penitus alienum,vt ibi.& in col.2.de iudi.in 6.præterquam in his quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, qm̃ tunc admitti debebit & limitabitur decisio.d.§.fœxum.& in l.1.in §.fin. C.cõmu.de manu.& tñ volo vobis dare casum,in quo minimè poterit,ẽt ꝙ eẽt actus non cõtentiosæ,qñ.s.in ciuitate aliquis notarius creatus fuisset ex forma statuti,ga tunc ex.territoriũ illũ,instrumẽta conficere nõ posset,ꝙ tñ nõ voluntariæ est iurisdictionis,vt in rub.præal.& no.ad ꝓpositũ l.cũctos populos.C.de sum.trĩ.& fide.c.& ꝓbaẽp te.l.cũ vn°.qẽ ad hoc mirabilis,ĩ §.fi.ff.de bo.aut.iu.pos.

sid. & ĩ l.ex hac parte.C.de prox.sacro.scru.li.10.p Bar. in l.nec ei.in §.eorũ.ĩ fi.ff.de adoptio.q̃ ppetuo obseruabis.

CXLII.

1 *Potestas si faciat proclama non requisitis gubernatoribus ciuitatis,an valeat.*

COmperi hoc mane dictũ Bart.post Guliel.de Cun.tũ in l.1.in fi.pri.ff.de iusti.& iur.certè obseruatione di
1 gnum,q̃ si potestas ĩ facit bannũ,seu proclama non requisitis gubernatoribus ciuitatis,vt puta, q̃ qui cœperit talẽ, habeat mille libras, nõ valet,vt in l.vnic.C.de sala.nõ pst. lib.11.& tũ expensas factas in capiendo,qui pmiũ habere debebat,à fisco repetit.p te.no.in l.mulier.ff.de capti.post li.reuer.p quẽ etiã ita dixit Bal.in ca.1.in 1.col. hic finitur lex Corrad.in vsib.feu.q̃ tũ mihi videretur dubitabile,primum quia nõ probatur in d.l.1.demum quia dato, q̃ non valeat,expensæ ab ipso ptore,& non à fisco,cum eius negotium vtiliter gestum non fuerit,repeti debent.& est ar. in l.lancimus.C.de iudi. & in l.eum quẽ temere.ff.eo nec secus probatur in d.l.mulier cogita.

CXLIII.

1 *Bona in fiscum delata licet alias alienari non possint,alienãtur tamẽ ex cã remunerationis,amplia in donatione & insinuatione.*

MEminimus proximè suprà no.l.mulier.ff.de capti.& postli.reuer.ad quæstionẽ de qua ibi.nunc placet vobis dicere,eã notabiliorẽ longè magis esse ad aliud,q̃ licet
1 alias bona ĩ fiscum delata,regulariter alienari nõ possint alienantur tñ ex causa remunerationis,casus est ibi. & in l. diuus.ff.de bo.dan. & in l,mulctarũ.C.de mo.mulct. & nõ ab re,quia in simili videmus etiam,q̃ donatio mericulosa non valet,& tñ si fuerit ob remunerationem secus, vt in l. metum.in §.licet.ff.quod met.cau.quid & respectu etiã in sinuationis idẽ dicendũ est,vt regulariter requiratur, sed non eo casu,cũ est remuneratoria,vt in l.Attilius regulus. ff.de dõ.Et idem ne reuocetur ptextu ingratitudinis, aut per filiorum superuenientiã.in casu.l.si vnquã.C.de reuo. donat.vt ibi no.quid secus si non esset huiusmodi,vt ibi,& in l.si pater.in §.1.(redde singula singulis)ff. de do. & non habet dubium.

CXLIIII.

1 *Dãnatus ad mortem testari non potest etiam ad pias causas. nec etiam de his quæ ad manus ipsius peruenerint, si casu euaserit.nu.2.*

1 SCitus q̃ dãnatus ad mortem testamentum facere non potest etiã ad pias causas,quod vr mirabile,tum respectu priuationis personæ,ex quo libertatem nõ habet,vt in l.qui vltimo.ff.de pœn.& etiã bonorũ, quia applicata sunt fisco,vt in Authẽ.Bona dãnatorum.C.de bo.dãna. tũ quia simile quoque est in milite, vt in l.ex militari. & in l.neq;. in §.1.ff.de mili.testa.ergo multo fortius in pagano.Sed q̃-
2 ro,quid si casu iste euasisset,an possit testari de his, quæ postea peruenissent ad manus ipsius,videretur dicendũ q̃ sic,quia cessare etiã videntur rõnes de quibus suprà, & tñ est casus in d.l.mulier.& erit tertia singularitas.ff. de capti. & postli.reuer.q̃ non,quia talis casus cum à seruitute non liberat,ita Bal.quod semper menti tenebis in l.1.in rep.in 3.col.C.de sacrosan.eccle.

CXLV.

1 *Nemo plus iuris in alium transfert,quam ipse habeat,fallit in casu l.item si verberatum.§.1.ff.de rei vendi. vbi princeps donanti rẽ alterius(cum causa tñ)transfert dominũ.*

1 REgulam habemus satis tritã, neminẽ posse plus iuris in aliũ transferre,quã ipse habeat,vt in l.traditio.ff.de acqui.rer.do.& in l.nemo.ff. de reg.iur.& in c.nu.p. de do. inter vir.& vxo.quæ etiã pluribus limitatur modis, vt in doctis iuribus.sed volo vos notare casum,in quo dominiũ transfertur ex donatione,& tñ donans nõ est dominus,casus est in l.itẽ si verberatũ.in §.1.ff.de rei ven.vbi princeps donat rẽ alterius, & tñ non est dominus, q̃ nihilominus intellige cũ causa, q̃m alia sine causa,etiã.de plenitudine potestatis,nõ posset,& si Ang.ibidẽ dixerit cõtrariũ, dicens amplius,q̃ qui secus tenet,mentitur,& malè, ac contra communẽ opi.vt disputat & cõcludit Soc.in cõsi.164. inci.visa bulla.in 4.col.in 2.vol.& nos in c.quæ in ecclesiarum.de consti.nec pôt dici q̃ confundatur per reg.l.deprecatio.ff.ad leg.Rhodi.de iact.& l.bene à Zenone.C.de quadri.præscrip.& c.cuncta per mundum.q.q.3.quia iura hęc procedunt,& intelligunẽ vera, ratione protectionis, non dominij vt declarat Bar.in prœm.fforum.in 2.col.& sic (quod no.)cum dominiũ etiam hoc casu considerabile sit, vt in l.interdũ.in §.qui tutelã.ff.de fur.& in l.quia fundũ.ff. de vsucapi.pro empto.licet impropriè, quo vno eodemq; tempore esse reperientur eiusdem rei domini insolidum, licet dico modo,quod non est regulariter verum, vt in l.si vt certo.in §.si duobus vehiculum.ff.commoda.

CXLVI.

1 *Papa ignoranter si promouerit quempiam criminosum in Episcopum,promotio valet & tenet,donec remoueatur vt criminosus,fallit in apostata,& quare.2.*

MIrum mihi visum est aliqñ, si Papa ignoranter promouisset criminosum quẽpiã ĩ Episcopũ, vt puta homicidã,adulrerum,vel alium simile,q̃ ꝓmotio valeat, & teneat, ita vt verus Episcopus sit ipso iure, donec removeatur,vt criminosus, q̃m de solius concedentis iure agitur,vt no.Inn.in c.cũ nostris.de concessio. præb. alias si de
2 præiudicio tertij secus,vt in l.cũ vero.in §.subuẽtum.ff.de fideicõ.liber.& tñ † apostata qui pari modo crimine irretitus est,si promoueatur,nullo modo dr promotus. solue breuiter,& dic idẽ esse,quia hoc ius in apostatã non cadebat,imo nec aliud qualecunque sit,vt no.in rub.de apostat. & in c.quanto.de magi.& per Bar.in l.Barbarius.in repe.in 9.col.ff.de offi.Præto.& est singularis declaratio.

CXLVII.

1 *Debiti & dotis compensatio ideo non fit,quando maritus leuat vxori,quia eius est debitor voluntarius,& ex cõtractu voluntarie inito,quod secus est in patre.*

1 RVrsus non minus mihi mirũ videbatur, post supra dicta proximè,quare esse,q̃ debitif& dotis cõpensatio non fieret,si maritus vxori aliquid legasset.l. vnica.§.sciendũ.C.de rei vxo.actio.& tũ in patre secus,vt in l.si cũ dotẽ. in §.si pater,ff.sol.mat.Sed oĩs admiratio cesset, q̃n quidẽ in marito illud ideo sit,quia debitor est voluntarius ex cõtractu etiã voluntariè inito,vt Bald.dicit in d.§.si pater.in 1.col.quo sit,vt legatum quoque non videatur factum animo compensandi,sed pater necessarius.l.si.C.de dot. promiss.ideo in eo cõtrariũ dici debet,q̃n in necessitatibus nemo liberalis existit.l.rẽ legatã.ff.de admen.lega.& probatur ad propositũ in l.1.C.de impo.lucra.de rescrip.li.10. vt ille idẽ Bal.dicit in l.1.in pe.col.ff.sol.mat.vbi etiã quæstionẽ decidit similẽ filij studentis,cui ꝑ pater libros emisset,cum fratribus conferre tenetur, quoniam hac ratione non videbitur eos sibi donasse,quod semper notãdum est.

CXLVIII.

1 *Pater quod facit non vt pater,sed vt alius,ideo improbatur. vt puta si datus esset executor testamenti,non posset eo prætextu nominare filium in pauperem,quia facile præsumitur fraus in tam coniuncta persona.*

1 IDquod facit pater,non vt pater,sed vt alius, deberet esse tolerabile,& nõ à iure improbari, vt est ar.in l.si pater. in §.1.ibi,quasi quilibet.ff.de adopt.& in l.pro hærede. in pri.ibi,si quid quasi non hæres.ff.de acquir.hære.& ideo si filius in simili feciſſet pactum cum interfectore patris,nõ propterea videretur adire,ex quo fecit tanquam filius, ad quem spectat vindicare sanguinem suum,non tanquã hæres,vt in l.pro hęre.in §.si sepulchri.& in l.si quis non quasi,& ibi no.ff.de acqui.hære.& tñ si pater esset executor testamenti, non posset eo prętextu filium in pauperẽ nominare,etiam q̃ vsufructus sibi quærendus non esset, ita Bal.in l.tutor.in §.ff.de excu.tut.& non ab re,quia facile ꝑsumitur fraus in tã cõiũcta ꝑsona,vt in l.nihil.in §.facilior ff.de bo.libe.& in l.data iã pridẽ.C.de do.& in l.fi.C. de cura.furio.& argu.in l.videamus.in pri.ff.de lit.iurã.& in l.fi. C.de impub.& al.sub.& in l.in suis.de libe.& posthu.in tã tũ vt plus ipsum quam se ipsum diligat,alibi inquit tex.in

in l.

in l.isti quidem.ff.quod met caus.vitamque filii proprii ꝑponat,& in l.vnica.C.de his q̃ an.aper.tab. & inde ẽ vt in sacris,ieg.literis q̃ Deus optimus maximus obedientiam Abrahæ vt sibi populum electum formaret, ex pluribus probauit,tum vel maxime ex filij immolatione.

CXLIX.

1 *Iudici regulariter non licet leges transgredi,sed ex causa.sic. & opinionem Bal.& Inn.concorda.nu.2.*

1 ALlegatur quotidie theorica Inn.in capitul.1.de constitu.quod iudici interdum licet leges transgredi, q̃ redargui posse videbãtur ex alia Bal.in c.vt deditus.in 2. col.de appel.dicẽtis secus,quod imo si eas transgredi ator facit litem suam,ne exculatur;propter arbitrium sibi,data tum,ex quo illud idem concessum est ad vtendum,nõ ad abutendum,vt in l.creditor.in §.Lucius.ff.manda.& in c. priuilegium 2.q.3.& in capi.postea vero in §.his ita.25.q. vlti.ubi in simili priuilegium meretur amittere,qui concessa sibi abutitur potestate,& ideo bene alibi dicebat gl. multos esse iudices,& quidem malos, quorum proteruitas auara est,& pertinax,in l.defensionis facultas.C.de iur. fisc.lib.10.& in l.omnes.in §.præterea.C.de epis.& cler.nõ seruantes quæ leguntur in c.quatuor.2.q.3.sed contrariũ, nec tres illos oculos habentes,quos recitat Ang.in l.1.C. de prescrip.30.vel.40.anno.mentis. corporis, & administrationis,sed se eos potius,& Sophoclem quempiam ęcum,aut Appium claudium imitantes, qui manus non dicam, sed oculos non habuerunt continentes,& propterea iure merito illum Pericles collega mordaci reprehẽsione,illum aũt(vtriusque historia nota est) carcer compescuit,nisi & ad propositum redeuntes dicamus,& est verum,ipsum transgredi non posse regulariter,sed ex causa sic quæ in quacunque dispositione intelligitur semp ex cepta,vt est no.tex.& dixi alias plene supra in l.si hominẽ ff.mand.& ita concordabuntur hę duę opi.quæ prima facie videbãtur cõtrariq̃,vt probatur ad propositum in ca. q̃m frequenter.vt lit.non contest.& in l.2.C.Vt infra cert. temp.ꝑ q̃ iura ita ẽt dicebat R.o.in consi.429.incip. consi dero.in 2.col. quod máxime in atrocissimis criminibus locum habet,& intelligendũ est in maioribus magistratibus,non in minoribus,& hodie in potestatibus terrarum ga iurant seruare leges precisè,& statuta,q̃ tñ latius disputamus nos alibi in l.3d ergo in §.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.& in c.cũ M.Ferrariẽ.de cõst.post Bal.in l.& si seuerior.C.ex quibus caus.infa.irroga.sed ad ꝓpositũ nũc facit quia ea ratione latrones insignes non appellant, vt in l.constitutionibus.ff.de appel. & no.Bal.in l.1. in 1.col.ff. de libe.& posthu.& tamen regulariter secus,vt in l.nõ tã tũ.ff.de appel.& in l.si non defendẽtur.ff.de pœn. & hinc est quod tẽpore eiusdem Bal.quidam suspensus fuit, quia iuxta Papam Perusium intrantem hominem interfecerat vt refert Itaris de Put.tracta.syndi.in ver.iudex.in 5. col. in prin.& his diebus Venetiis (quod nõ ignoratis) Magnanimus quidã peditũ ductor,& socii, cum in diui Marci plateis aliũ transeuntem,& inimicum forte,trucidassent, suspendio vitam finierunt,& non immerito,quoniã multis crassantibus locus est exemplo,dicit tex.in l.aut facta. in §.fi.ff.de pœn.& quia plerũque etiã euenit,vt non mortẽ timeãt homines,sed(vt Ci.in Phi.dicebat) genꝰ mortis.

CL.

1 *Contrahentibus an liceat se decipere.& infra apophth.382.*
2 *Decipere quempiam non decet virum bonum.*
3 *Subiectum & finis iuris canonici est,saluti animarũ cõsulere.*

IO.de Anania in c.in ciuitate.de vsu.refert,& multũ gloriatur se Ferrariæ semel fecisse retractare quendã cõtractum initũ cum Episcopo,quia fecerat sibi positionẽ deceptionem deceptoriam quod erat vir bonus,& Episcopus responderat quod sic.ad ꝓpositum l.cautę.§.Pomponius.ff.de mino.& l.si voluntatem.C.de rescin.vendi.& l. item pretio.§.fi.ff.loca,quod licet contrahentibus fse ad invicem diciperet,vsque ad dimidiam iusti ptii.& sequitur omnes in dicto loco,& in ca.cum electi.& in c.cum causam.de emp.& vend.& in l.1.C.de rescin.vend.imo vt no

tabilem ibidem exclamat,& post eos Gerard.de petra sancta in suis sing.22.inci.Rogo,ad si.nulla alia rõne nisi q̃a virum bonum,quem piã decipere non decet,secũdũ gl.in l.semper.ff.de reg.iur.quã ad idẽ no.Bal.in c.ti proponentẽ.de relcrip.& in c.quanto.in 3.col.de iureiur.& in auth. ad hęc.C.de vsu.& alii quos non refero,& tñ hoc dictum semper mihi visum est ridiculũ,in primis quia episcopus non tenebatur respondere,ex quo tion in terrat ipsius, vt bonus ꝑsumeretur, vt cõmuniter concludunt doct.in l.qui iurasse.in §.si pater.ff.de iureiur.ergo si responderit, responsio nihil operatur, vt simili dicitur in l.1.in prin.C de rei vxo.actio.demum quia ex no.in d.c.in ciuitate.& in c.in causa.de test.& in d.c.cũ dilecti.regula d.§.Pomponius
3 locum habet non solum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico,cuius subiectum est & finis, † consulere saluti animarum,& dirigere hoĩem in Deũ,vt per Io.And.in rc. possessor.de reg.iur.in 6.& Ab.in c.fi.in 5.col.in prin. vbi & nos de consti.& facit quod legitur in c.dilecti de iudi. ergo de viro bono licebit,& est argu.in l. Gracchus. C.ad leg.iul.de adul.& in l.fi.ff.q̃ quisque iur.& in c.qui peccat. 23.q.4.& ad idẽ,nõ tãtũ in priuato,verũ ẽt ĩ ecclesia& nedũ in eccle.cõtra priuatũ,sed & quoq; cõtra ecclesiã intelligitur & ibi, quę tũ cultrix est iustitiæ,vt in c.1.de aliena.feu.in vsib.feud.ergo & multo fortius in episcopo, & alio quocunque viro bono,alias & vltimo loco sequeretur quod melioris conditionis esset vilis persona,quam honesta,& quod in peccatis posset quis priuilegiari,quorũ neu trum dicendũ,vt in l.non solum.ff.de noxa.& l.si à patre. ff.de peti.hære.& in ca.tua.de deci.& in c.super eo.(reddẽdo singula singulis)de vsu.& ideo cogitandum est,& maxime,quia d.gl.nihil bon. allega.vt in c.ego.solus.9. diſtin. & declarat Arc.in c.hortamur.in vlti.col.71.distin.

CLI.

1 *Appellatio vltima non absorbet primam contra Bar.*

BArt,in l.cum procurator.in §.si dominus.in 1.colu.ad fi.ff.de no.oper.nuntia,dicit not. verbũ si verum est,
1 quod primo appellans viua voce,si postea appellet secundo in scriptis,ex ista secunda appellatione non relenatur, ita vt primam persequi debeat,quoniam iam suspensum erat pronũtiatum,vt in l.1.in fi.ff.ad turpilli.& l.fi.in §.eadem.C.de fid.instru.& id quod semel suspensum est,aliter suspendi non debet,vt in simili de testamento habetur in l.nã & si sub cõdition.in prin.ff.de iniu.rup.irr.testa.tanto magis addas tu,quia ars & natura nihil operantur frustra, vt in l.qui bis idem.ff.de verb.obli.& in l.hæc stipulatio. in §.diuus.ff.vt lega.nomi.caue.& sic argum.de appellatione,ad testamentum videbitur procedere,quod est mirabile,sed dubito ne falsum sit,& confundatur ꝑ tex.in l.Valerianus.ff.de prætor.stipul.& in l.sed si manente.ff.de prec. car.q̃m nulla appellatio absorbet vltimã,ẽt millesimã,dũmodo fiat intra decennium,quominus fauore ipsius appellãtis,vt no.in c.bone.& in c.dilecta.de app.semper positis ꝓlixiorẽ diem suspendi,& sic testamentum nisi semel rescindatur.& fuit opin.Bal.& verior.in c.1.in §.sincimus in 2.col.quo tempo.mil.in vsib.feu.dilputata tamen alias & latius in d.§.si dominus.

CLII.

1 *Satisdare non tenetur possidens bona immobilia.fallit in casu l.ne quid.§.à domino.ff.de incend.ruin.naufr.*
2 *Propter vnum clauum de naui subtractum,tenetur quis nomine omnium rerum, quæ in ipsa reperiuntur,ita aut earum factã æstimatione condemnatio sequatur.*

1 COmmunis omnium est opi.quod possidẽs bona immobilia non grauaẽ onere satisdationis.& ẽ tex.ad idẽ in l.sciendum. vbi ego multa.ff.qui satisd.cogant.ꝑterquã in casu l.ne quid.§.à domino.ff.de incen.ruin.naufr.in quo speciale est ẽt q̃ reus forum actoris sequatur,& quod instãtia infra annum inchoata,perficiatur biennio, vt in d.l.ne quid.in §.1.ff.e.& in l.penul.(redde singula singulis.)C.de naufra.lib.10.& tñ è cõtra actor forum rei sequi debet,vt in l.iuris ordinem.C.de iurisdict.omnium iud.& in cap. si clericus.de for.compet.& regulare, instantiam triennio

durare

durare,vt in l.properandum.C.de iudic.& non habet dubitationē.Sed volo vos ēt vnum aliud speciale obseruare, nullo modo prætermittendum,quod in materia ista, qs
2 propter vnum clauum de naui subtractum tenetur nomi nē omniū rerū,q in ipsa esse reperiuntur.ita vt earum facta æstimatione condemnatio sequatur.casus est not.in l. quo naufragium.in §.1.ff.e.& nō ab re,quia potuisset ibid. tota nauis perire,& sic ratione delicti æstimatur aliquid non tantum ℘m q est verū ēt ℘m,q esse potuit.sicut & alibi in l.eū qui emit.in §.Papinianus.ff.de fur.& in l.isti qui dem.in §.si is accipiat quod met.cauf.& sensit Roffre.in libel.suis in tertia parte sub rub.simi.de actione in factum ex edicto de incendio ruina naufrag.contra illum qui dedit damnum vel surripuit orto incendio,ruina,naufragio: naue expugnata in princip.

CLIII.

1 *Mulieris religionem professa,& postea egressa,bona remanere debent monasterio.fallit si professio fuisset meticulosa, & metus probaretur.nu.3.*

2 *Verba,omnes res,& pertinere,sunt generalia.*

1 MVlier professionis t velum suscepit,& postea monasterium egressa est,sui interrogatus hoc mane,quid faciē dum esset de bonis ipsius?Et cum ex tempore respō disse,ea monasterio remanere,cōperi, domū reuersus,est sc casum,quē perpetuo obseruabitis in l.deo nobis.in §.huius autem.C.de episc,& cleri.per quem tex.ita ēt dixit Io. de Anan.in rub.C.de apostā.in j.col.& pōdera,q dicit omnes res,vt non solum mobiles,verū ēt immobiles intelligamus tum ex dictione vniuersali omnes.l.Iulianus.ff.le.
2 3.c.solite.de maio.& obe.tum ēt ex verbo,res, & pertinere,q sunt generalia,vt dicitur in l.1.ff.si cert.peta.& in le. verbū ptinere.ff.de verbo,signifi.& no.Bal.in l.1.in prin.
3 ff.de sta.homi.pterquā in casu,quando professio,seu ingressus fuisset meticulosus,& metus probaretur, quoniā tunc neutrū valeret,vt ibi dicit gl.nec ingressus seu professio,nec rerū ipsarum translatio, & bene, vt in l.3.in §.qui habet.ff.de serui.rusti.pdio.& in c.accessoriū.de reg.iur.in 6.q tñ intelligēdū est si probetur,ex quo alias non psumitur,vt in l.metum.C.quod met cau.& in l.quōties.in §.q dolo.ff.de probatio.& in l.in bello.in §.factæ.ff. de capti. & postli.reuertend.

CLIIII.

1 *Apostata actiue & passiue intestabilis est,& à testimonio repellitur,etiam si pœnituerit.*

POstquam de Apostata loquuti sumus proxime suprà, volo vos aliud obseruare in materia,nullo mō silētio inuoluendū,quod tactiue,& passiue intestabilis est,& à testimonijs repellitur,ēt si pœnituerit q videtur mirabile, qm alias pœnitentia prodest multū.vt alio loco diximus §.casus ē no.in l.hi q sanctā fidē.C.de apostā.& ita ēt dicebat p illū tex.Io.de ana.in c.primo.in 2.col.eo. titu.

CLV.

1 *Parricidium detestabile crimen.*

2 *Intellectus l.diuus.ff ad leg.Pompeiam de parricid.*

1 PArricidium quam texecrabile sit,latet neminē,quod ēt ex genere pœnæ ostendi pōt,de qua in l.pœna.ff.ad le.Pōpe.de parri,ita vt cōsciētiā ēt teneātur,vt in l.vtrum. ff.de e.& si gl.ibidē suppleuerit,ēt intelligi debere,& participes,q disputauimus nos alias in c.1.de offic.delega. & tñ mirū est,ecōtra patrē non puniri tā acerbe lege Pōpeia de parricidiis,si filiū interemisset,sed deportatione i insulā,casus est in l.diuus.ff.eo.& non ab re forte, quia ingratitudo non est considerabilis ita in patre erga filiū, vt in eo erga patrē,neque filio in patrem,vt patri in filium, potestas aliqua data,vt in l.in suis.ff.de libe.& posthu.& in l.si filius vbi tex.sing.C.de patria potesta. dono vitę (vt arbitror)& educationis beneficio,quibus Caius Calphu.Piso præfectus(vt auctor est Vale.Maxi.)testamentum impij patrem Terentium exhæredantis,non immerito rescin
2 dit.Sed tñ aduertendum puto,& si hæc vera esse videātur .in d.l.diuus.illud ideo factum fuisse,quia nouercā adulte rauerat filius,quo casu,id quod fecit pater,occidendo ipsum in venatione,latronis magis quam patris,iure,feciſſe existimandus est,& fuit rō mer.tex.ibidem,& quia,vt ēt publicit,alias patria potestas in pietate debet,non in atrocitate consistere,quasi dicat ignoscendum esse ei, quia vt extraneum adulterium,& latronē nō vt filium ea ratione interfecit,& sic ex causa ex qua etiā filio licet econtra in patrem sæuire,nec pœna antedicta legis Pompe.de parri. punietur,vt puta,si patrię hostis iudicatus fuisset.vt in l. minime.ff.de religio.& sumpt.fun.& alio loco diximus, ergo regulariter dictā pœnam non cuitaret,vt no.in rub. ext.de his qui fil.occide.

CLVI.

1 *Hæres semel,perpetuo est hæres,intellige nomine,non emolumento.&c.nu.2.*

1 HAEres tqui semel adiuit,non potest desinere esse hæres ti sine.§.sed quod stapinianus. ff.de mino.l. post aditam.C.de impub.& al.substitu.l.sicu.C.de repudi.hær & hac rō ne dicebat alibi Bar.in l.qui se patris.in 2.col.C. vnde li.q qui hæres est de iure prætorio, non desinit esse hęres de iure ciuili. & alibi Bald. q licet suus hæres lequentibus repudiet,attamē hæres erit.l.in suis.in 4.col.ff. de lib.& posthu.& alibi Ang.in l.hęreditas.in prima.ff. de hęre.institu.quod si testatoris seruus instituatur vsque ad diem,puta vsque ad pascha, perpetuo erit hæres.& idem in libertate dicit tex.iuncta gl.in ver.semel.in l.4.in §.q
2 ergo.ff.de fideicō.libertat.& nō habet dubium.Sed tñ volo vos scire hoc esse verū nomine,non emolumēto, qm pōt eo casu desinere esse hæres,ita vt hæreditatī ēt cedat, casus est sing.quē ibi in specie no.Bal.in l.cum hæreditate.ff.de acqui.hæred.quomodo et intelligitur,q idē dicebat in d.l.in suis.vt ℣.vel aliter declara,vt ibidē legitur,q desinere nō pōt ex eius psona, sed medio alterius sic, & hoc idem ex æquitate propter creditores,quia multa contra regulas iuris concedi solent,vt in l.diuus.ff.de reg.iur. Item intellige verū de iure ciuili,qm de iure ptorio secus, & vbi de successione in bonis maternis ageretur,vt in l.1. in §.si quis adita.ff.ad Tertullia.Itē & vltimo,q hęres esse non desinit directo,sed vtiliter sic,& hinc est quod in fideicommisso hæreditas confunditur,& hęres esse desinit vt in l.1.ff.ad trebel.& per me latè in l.1.C.de pac.quę omnia no.& tene menti ad dictę regulę declarationem.

CLVII.

1 *Solutione eius quod debetur,tollitur omnis obligatio,adeo vt pro debito incarceratus,si reperiat ostium apertum post quam soluit potest propria authoritate exire.*

1 NVlla dubitatio est,si quis t fuisset pro debito carcerats ipsum statim quod soluit,authoritate iudicis liberari debere, quoniam solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.vt in l.si pupillus.ad leg.falcid.& Institu. quib.mo.tollitur obligatio.in prin.& ad propositum est tex.in l.si stipulatus.in §.sic aūt.ff.de solutio.sed quid si inuenerit ostiū carceris apertum,an possit propria authoritate exire,videtur dicendum q non,vt in l.1.C.ne quis in sua causa tamen contrarium verius est.ita Bal.in c.sicut p illum tex.in arg.tñ in 2.colu.de cohabita.cler.mu. & erit no.limitatio ad d.l.quā semper tene mēti.

CLVIII.

1 *L.1.ne quis in sua causa.in quibus non procedat.*

QVoniam supra proxime de reg.l.1. C. ne quis in sua causa mentionem fecimus vno modo eam limitātes adde quod limitat etiam alio Henricus Bouerius in sing.
1 suis,iudex potest punire.vt locum non t habeat iniuria iudici iudicialiter facta,& notorię,quoniam eam posset absque dubio punire.& fuit edictum Cy.in d.l.1.& Inn.in c. ex parte.de ver.sig.& Hen.Bou.in c.1.de of.dele.dic tu q est te.in l.nullum C.de test.& eo casu aliud speciale, vt ibi dicit gl.q sine accusatore damnetur, quemad modum & in l.pen.C.de probat.& in l.qui falsa. ff.de testi.sic contra reg.l.qui accusare.C.de eden.& c.1.cum vulg.vt eccle.benefi.si.dimi.conse.sed volo vos & aliud singulare memorię commendare,fallere etiam in dominis qui ius sibi dicunt posidenti authoritate sua,vt vt puta famulis, qui possunt

possunt spoliari sine iudice,& facto.si vestes tamē traditæ fuissent inæstimatę,alias secus,vt in l.si seruus.C.quod eo. & tñ alsignat Bal.in l.in his rebus.in §.seruis.in prin.ff.sol. mat.& est quotidianum.

CLIX:

1 *Argumentum à simpliciter ad secundum quid,non valet.*

2 *Lex loquens in simplici,non habet locum in qualificato.& ibi solutio ad duo obiecta.nu.4.& 5.*

3 *Argenti appellatione nō venit id quod ære est contaminatum.*

1 ARgu.à simpliciter tad secūdū quid, non valet,quia id non dicitur esse tale,quod non est simpliciter tale, vt in l.legatū.ff.de lega.3.& in l.1.ff.de donatio.& no. Odofre.in l.1.in 4.co.C.qui admi.ad bon.pos.possunt.vnde lex loquens in qualificato,non habet locum in simplici, nec è contra,vt in clemen.vnic.de proba.& clemen. dudum. de sepul.& not.Præpo.Alex.in c.ad id.in 2.col. de sponsa. vt puta in confessione,quia proprie confessio erit,si pura fuerit,non si qualificata,vt Euæ dicentis serpens decepit me,vel alterius cuiuslibet mulieris exceptionem lenocinij.obiicientis,q cōfiteri nō dicatur;qm confessio est habens implicitam negationē,vt no.in c.serpens.de pœnitē. distin.1.& in l.si quidē.(redde singula singulis.)C.de exce. per quę iura ita ēt exēplificat Bal.in l.cū mulier.in 13.col.
3 ff.solu.matri.vel ēt in argento,cuius t appellatione non venit id q ære sit cōtaminatū,qa argentum nō ē ,pprie,vt in defentionibus meis legetis ,p cōmuni peraroli, & ,pbat p locū à speciali in l.Imperator.ff.de cōtrah.em.vbi si nō fuisset cōsuetudo nō potuisset ibidē ,p puro solui pecunia ære contaminata,ergo communiter secus, & aliis similibus quæ non refero sed aduertendum est, quia obiici pot
4 set vnum nā fingamus q Imperator talicui priuilegiū legitimādi spurios concesserit,cōcessio simplex est.& tñ potest ēt legitimare incestuosos,q tñ sunt spurii, sed quid, vt no.in c.innotuit.de electio.Vterius vassallus vasalli nō est primi domini vasallus simpliciter,sed secūdū qd, vt in c.1.in §.illud quoque,de ,pb.feu.aliena.p Fede.in vsi.feu. & tñ eū dominus ,p seruitiis cōpellere pōt vt in l.inter de
5 bitorē.ff.de pac.solue breuiter,& tene menti primū t non obstāre,qm id optima rōne decisum esse videtur,vt in loco allega. dicitur,ex quo spurius est nomē generis,quasi extra puritatē natus,ita vt nō sit rō,qua debeamus illud restringere magis ad vnā speciē,quā ad alterā vt est arg.in l.1. C.de liber.pte.nō secundū, qa esto q inter dominū,& vassallum vasalli nulla sit obligatio ,psonalis,ē tñ realis,id est, in rē ipsam,cū dominus oculos habeat magis ad feudum, quam ad vasallū,ergo nō mirū ēt si ea ratione astringi poterit,qm iuriū realiū quoquę natura est,vt cōtra quēlibet possessorē agatur,vt in l.vti frui.in §.vtrū.ff.si vsusfruct. petatur.& in l.si vsufructus nomine.ff.vsusfruct. quemad mo.caue.& sentit Bal.in c.admone.in fi.de renuntia.& nō habet dubium.

CLX

1 *De statuto Patauini de reuocanda sequestratione rei oblatæ cautione idonea,quod non sit superfluum,et per totum, & infra apopht.388.*

2 *Argumentum de pacto ad statutum,validum.*

1 EXtat hic Patauii statutū incipiens, de cætero. sub rub. de citatio. & ordi.proced.tq si sequestrū factū fuisset, & dominus cōparuisset, citato tñ aduersario, idoneāque fideiussionē de rebus seruādis,& nō paratādis ,stitisset,ita tim eo siue ,sente,siue absente,reuocari debet, & non immerito,addas tu,quia id regulare est,ēt si statutū nō dixisset,q intellige in casibus,in qbus sequestratio permissa est qm alias & regulariter ,phibetur à iure,vt in l.1.C.de ,ph. sequc.pe.ità Bar.in l.ne diutius.ad fi.per illū tex.C.de agr. & censi.lib.10.vbi plus dicit,q ēt à principio si fideiussorē offerret,nullo mō ad sequestrationē pueniretur,intātū vt dicere possimus,statutū ,dictū fuisse superfluum, qm idē disponit q ius cōmune,& sine effectu alicuius operationis,cōtra vulgatā reg.l.si qñ.ff.de leg.primo,&c.si Papa
*2 de priuileg.in 6.nisi respondeamus verū nō esse,qm ex eo oritur ius agēdi,& cōditio ex statuto,secund.eūdē Bar.in l.1.in fi.prin.ff.ad leg. fal.& inl.3.in §.si rē.ff.de leg.3. & in l.non solū.ff.de rei vendi.& est simile in pacto, qm de eo
2 † ad statutum valet arg.secundū.glo.in rub.C.de decr. decurio.lib.10.& in l.nō impossibile.ff.de pact.in quo deduci pōt id ēt,qđ venit ex legis dispositione vt in l.si donaturus in prin.ff.de cōdictio.ob causam.& tñ pactū non erit superfluū,qa vltra conditionē ob causam habebit locū ēt actio ,scriptis verbis vt in l.rebus.C.de re.permuta.& in l.si dominus.ff.de ,scrip.verb.& no.in d.l.si donaturus.& est verū,cū nostra interfit habere plures agēdi formulas, & vias,qbus nobis omni modo succurrsum sit l.q in hęre dē.§.eligere.ff.de tributo actio.l.cū filius.§.variis.ff.de le. 2.l.miles §.fexaginta.cū similib.ff.ad leg.iul.de adult.

CLXI.

1 *Impediens alium ne scopum attingat,vel equum currentem ad brauium,alibi diuertat,punitur tanquā legis violator.*

QVotannis exerciti gratia(vt arbitror)senatus veneti decreto 2.q tormentis ,ficiuntur,vulgo vocati Bonarolieri, certo tēpore venetias ,ficiscuntur, & qui melius scopū,(locus.n.ad id,quā aptissimè depuratus est) ferit,,mium,q omnibus ,positū est,solus assequitur.Euenit q vlrimus quoquomodo ab alio impeditus fuit,ne loco pū attingeret,q reddatur eo tunc,vt fieri solet, qm aderā
1 ego,& quā plures alii ,fessionis nostrę, an t iure ,bareē impedientē puniri debere.& cum ,hincinde multa dicta fuissent,Bar.doctrinā.allegaui q optime idē,,bat in simili tñ.in l.nemo p illū tex.C.de spectaculis.lib.10.vbi si qs impedit equos currēres ad brauiū,quod fere idem est, faciendo eos ire ad alium locum,punitur tāquam legis violator,quod semper memoriæ commendabis.

CLXII.

1 *Viæ publicæ.& porticus vt reficiantur expensis publicis illas, porticus vero priuatis rectè curant ædiles.*

IAcobus Cornelius ,fectus huius anni optimè meritus, vias publicas,inter cætera,nec non & porticus,sere p totā ciuitatem, qm vetustate penitus inaccelsibiles erāt,refici curauit,impēsis tñ publicis illas,vt par est & cōueniēs,porticus vero priuatis,q tñ & ad vsum publicū deslinati sunt,id est eorū q ibidē domos habebāt. q rebatur an hoc iure fieri potuerit,dicebā ego multis cōtra dicentibus,q t sic & est casus sing.quē ad propositū obseruabitis ,petuo.in l.ædiles.in prin.ff.de via publ.ita vt si quis mercede domū habitaret,nec domi°id facere voluisset, ipse reficiēs dispendium cōputare debeat in mercedē, vt ibidē,in §.quicunque legitur & ita ēt ad propositū,& forte in terminis fortioribus ēt de via dicebat Bar.in l.per viciniam,in prin.c.de immu.ne conceden.lib.10.

CLXIII.

1 *Practica,cum iudex dubitat an exceptio sit admittenda,nec ne.et.protestando dicit admitto si & inquātum de iure est admittenda etc.vnde sumpte.*

1 ALius casus no.est ad idẽ,nã ego † habeo clusam molendini per agrũ tuũ,& volo illam reaptare,mitto, quod aditum mihi præstare debeas,nunquid tenearis ẽt mihi cõcedere terrã,& lapides in ripa tua,& si illa eadẽ sit tibi libera,durũ videreẽ, si diceremus,q̃ sic,qñ pactũ nõ ĩterfecisset ĩter te & me,& nihilominus receptũ ẽ, teipsum ad id teneri,casus ẽ quẽ ibi Bal.meus bñ tenẽdũ mẽti exclamat, ĩl.refectiõis.ff.si seruit.vẽdice.& vidi ĩ practica multoties.

CCLXXXII.

1 *Imbreuiatura cancellata reperta in protocollo notarij , si in margine sit scriptum,cassata de voluntate partium , hæc verba faciunt fidem.*

1 IN protocollo † cuiusdam notarij apparebat quædam imbreuiatura cãcellata,& in margine erat scriptum,cassata, de volunte partium,quærebatur an hæc verba facerẽt fidẽ. Videbatur prima facie dicendum,quod non,quia locũ tẽpus,& testes non continebat , minusq; apparet,quod notarius

rius esset rogatus.attamen determinatũ fuit contrariũ,& est casus multum quotidianus,qm̃ imo continebat tacitè si non expresè,ex quo tempore,vt verisimile est,geri potuit.Nec est necessarium rogitũ apparere,quandoquidem in dubio præsumatur rogatus semper.vt in §.nos autẽ. in auth.de tabellio.& no.in l.sciendũ.ff.de verb.oblig. & ita in terminis decidit Bal.in l.si quis ex argentarijs. in secunda lectura.in pri.in 2.col.ff.de eden.& in l.Labeo.in 1.lect. ff.de pact.& in simili quod præsumatur rogatus . in l.1.in §.1.ff.de hæredi.instit.tene menti.

CCLXXXIII.

1 *Debitor condemnatus soluere creditori,quia instrumentum solutionis non ostendit,si post eius mortem hæres illud reperiat,sibi proderit contra debitorem.*

1 ALius est casus no.qui similiter his diebus cuenit,nam † sententia contra debitorem lata est, vt teneretur soluere creditori suo,quod debebat , quia re vera instrumentum solutionis ostendere nõ poterat,& id minus testibus probare, debitor moritur,hæres post condemnationẽ in strumentum solutionis inuenit,quærebatur an sibi prodesset contra creditorẽ ? Prima facie dicendum videbatur q̃ non,casus est in l.argentarius.in §.cum autem.ff. de eden. & tamen cõtrariũ fuit obseruatum,quia hoc idem decidit gl.& ẽ opi.satis æqua,in l.si fideiussor. in §.in oĩbus.ff. mãda.nec ob te.in §.cum autẽ,quia illud ideo est , ex quo regressum habebat contra alium,alias secus.& comperiad literam Bal.ibidem ita declarantem,nec aliter dici potest.

CCLXXXIIII.

1 *Habitatio Titio legata,& relicta in testamento, si comburatur,eius periculo cedit,& non periculo hæredis.*
2 *Intellectus.l.si quis domum.ff.locat.*

1 ALicuit , puta Titio erat assignata certa habitatio sibi, vt puta legata & relicta in testamento,accidit casu. q̃ illa eadem combusta est dubitatur cuius periculũ esse debeat an hæredis,an legatarij . Prima facie videbatur dicendum q̃ esset hæredis,quia de hoc vr̃ casus ad literam in l.si quis domum.ff.loca.nihilominus contrarium verius,ẽ vt dr̃ in l.cum hi.in §.fi.& ibi in spẽ not.Bal.ff.de transactio.
2 esse.s.periculum legatarij.Nec tob tex.in l.si quis domum, id verũ est,ex quo rem habebat conductor titulo oneroso vbi alias in casu nostro dictã habitationẽ cõsequutus erat Titius ex causa lucrativa , quorum non est par eademque ratio,imo longè diuersa.l.fi.C.de codicil.ergo tene menti, quia est quotidianum.

CCLXXXV.

1 *Testes quos semel pro me produxi , licet eo non fuerim vsus an possum postea reprobare.*

1 NOn minus quotidianum est & alium,nã ponet q̃ ego contra aduersarium meum testem produxerim,eoq; minus vsus fm,& exinde postea aduersarius meus hocvidens,ipsum pro se examinari faciat,eoq; ipsi opponã , an dictæ oppositiones admittatur, videretur dicẽdum q̃ sic, per tex.in l.qui falsam.ff.ad leg.corne.de fal.& in l.si falsos C.eo.& in c.ad falsariorum.de cri.fal.& ea ratione(quia vt dixi)eo non sum vsus.& tñ Bald.in l.1.in §.bestias per illũ te.ff.de postul.tenet contrarium,ex quo statim q̃ eum ꝑduxi,eum quoq; , & iure merito quidẽ,approbasse videor quod mihi non placet,ideo vide Spe.distinguentẽ optimè in titulo de teste, in §.sapè.in pen.col.in fi. & tene menti.

CCLXXXVI.

1 *Pari alicui qui consuluit,an possit esse pro altera aduocatus.*

1 MIrum mihi visum est vnum, q̃ hodie legi, q̃ † qui cõsuluit alicui parti,põt esse aduocatus pro altera, qñ illi fidem nõ dedisset de patrocinando.ita Bal.in l.quos prohibet.in 2.lect.in fi.ff.de postul.& malè iudicio meo,ideo vt etiam suprà videndus est Spe.aliter loquens , quẽ & ipsemet ibidem citat,in tit.de aduo.in §.nunc tractemus.in pe.col.in versi.sed nũquid & ab his tanquã a scopulo cauẽdum quã maximè,vt sic nõ solũ crimẽ, verũ etiã suspitionẽ criminis(vt inquit Fab.)euitemus.& te.in l.inciuilem C.de furt.

CCLXXXVII.

1 *L.si quis in tantam.C.de vnde ui.etiam uendicat sibi locum in feudis.*
2 *Iudicis iussus non excusat occupantem possessionem propriæ authoritate qua incidat in pœnam.d.l.si quis in tantam.*
3 *Expulsus si incontinenti recuperet possessionẽ, non perdit beneficium sibi quæsitum ex d.l.si quis in tantam.*
4 *Habens possessionem alicuius iuris in re aliena,si quid inueniat q̃ sibi impediat vsum,põt obstaculũ remouere propriæ authoritate,ꝑtestãdo,q̃ nõ intẽdit ꝑiudicare domino soli.*

SCitis quam magnum,quã amplum,& fauorabile sit bñficium.l.si quis in tantam.C.vnde vi.cum qua cõcordat etiam quod habetur in c.eum qui.de præb.in 6.& in c. plaeuit.16.q.1.vt quis si occupauerit.rem propria authoritate,priuetur dominio ipsius,si sua fuerit , vel ad æstimatiõnẽ condẽnetur,si fuerit alterius,ita vt † in feudis ius singulare,& extraordinarium continentibus,iuxta doctrinam. Bar.in l.vt iurisiurandi.in §.si liberi.ff.de ope.liber. etiã locũ habeat,vt tenuit Ale.in l.si finita.in §.si de vectigalibus. in 13.col.ff.de dã.infect.& Bal.ante eum in l.si de proprietate.in 2.col.C.si à nõ competen.iud.& plus dixit idẽ Bal. tñ l.licentiã.in 2.col.C. de episco.& cler. q̃ si prælatus qui in possessione noĩe ecclesiæ esse reperitur,si talem possessionem etiam iure institutionis reliquisset,& ille, cui reliquit,eam occupasset propria authoritate,incideret in pœnam d.l.nec excusaretur obtentu testamenti.& idem in legitima filij posset attentari,vt sentit Alexan.in consi.133.
2 inci.attentis.in 4.vol.imo quod nec iussus iudicis † excusaret,ẽm gl.in d.l.si quis in tantam.quã tñ declarat Bald.in l. nec ex vera.in prin.C.de acqui.poss.& etiã limitatio no.ad reg.l.iustæ possidet.ff.de acqui.pos.& practicã insuper observa,quod sufficiet ,ꝑbare vim illa fuisse possessori. dicit idem Bal.in ru.C. si ex fal.instru.in vlt.col.& quod locum habebit etiã in vniuersitate,quãuis alias corpus fictum, & repr̃sentatũ dicatur,vt in l.mortuo.ff.de fideiuss. & notabiliter declarat Bal.in l.metũ.in §.1.per illum te.ff.q̃ met. caus.Sed quæritur,(& egregium dictum est)quid si expul
3 sus † incontinenti recuperaret possessionem, an perdat beneficium sibi q̃stitũ ex d.l.si quis in tantã? Videbatur dicendum quod sic,quia summa ratio est,quę pro expellente facit,ex quo incõtinẽti repulsus est,& ꝑinde ac si prius ipse aliũ nõ expulisset, vt est ar.in l.lecta.in ver.dicebã.ff.si cert. pet.& in l.iurisgentiũ.in §.quinimo.ff.de pact.cum similibus,ita vt violentia cõsummata perfecta nõ videatur,nec effectus secutus,quo casu affectus puniri nõ debet,vt in l. vulgaris.in §.qui furẽ.ff.de fur.& in l.si qs nõ dicã rapere. arguẽdo p locũ à speciali.C.de episco.& cler.& Pe.tenuit hãc opin.Nihilominus tñ cõtrariũ ẽ verius, qm̃ imo delictũ cõsummatũ est , vt ꝑbat Ray.de Porliu. quẽ refert & sequit Bal.in l.si qs ad se fundũ.in 3.col.C.ad leg. Iul.de vi pub.& in l.licet.in fi.C.de except.& ẽ te.in d.l.vulgaris.in d.§.q furẽ.ff.de fur.& ita est tenẽdũ odio ipsius inuasoris, q̃ nõ debet sibi ĩ ius propria authoritate dicere,qm̃ refragr̃ te.in l.nullus.C.de Iudæ.Sed adhuc q̃ritur , quid in eo
4 † q eẽt in possessione alicuius iuris in re aliena puta hospitãdi , vel quia vsumfructũ haberet,& similia,an si ĩueniat domũ clausam,vel sepẽ,& tale qd aliud,q̃ vsum ipsius rei impediat,an possit obstaculũ remouere ,ꝑpria authoritate,nec incidat ĩ pœnã d.l.dicas sic,ꝑtestãdo tñ, quo nõ intẽdit ꝑiudicare domino soli,vt ibidẽ no.& refert Abb.in c.1.in 4.col.de immu.eccle.& ꝑdicta oĩa vltimo loco intelligi debẽt in foro fori,nõ aũt in foro cõsciẽtiæ, vt dicit gl.in c.1.fraternitatis.12.q.2.ꝑ quẽ ita etiã dixit Ant.ĩ But. in c.1.in 2.col.de dol.& cõtu.& Fel.ĩ c.3.ĩ 13.col.de cõsti.

CCLXXXVIII.

1 *Fideicõmissarius uniuersalis detrahit quartã trebellianicã in restitutione fideicommissi. fallit si restituat ex contractu.nu.2.*

CErtũ est,& omnes sciunt,quod fideicõmissarius † vniuersalis detrahit quartã trebellianicã in restitutione fi-

deicõmisi,vt toto titu.ad treb.ff.& C.& ea potissimũ rõne,quia plerumque hæredes ob nullum, vel minimum lucrum hæreditatẽ adire recusabat,& de rebus suis disponentes intestati moriebantur, vt Inst.in leg.fal.in pri.& in §. sed quia.de fideicõ.hære.& hin consequentiã etiã(vt arbitror hæredẽ gratia introductũ videatur,ne plenior & honorabilior titulo vocatis minus cõmodi cõsequerentur. Nihilominus scias velim,& qñque legi locum non esse,vt
3 detra hatur,puta si ex contractu restitui debeat,casus est no.in l.quidã cum filium.ff.de hæredi.instit. quẽ exclamat Bal.in rub.C.reuocan.his quæ in frau.alie.sunt in fi.Vel vt ille idem ibidem dicit,si hæres institutus fuisset contemplatione sola fideicommissarij 1.& clarius in l. post mortẽ.in tertia col.C.de fideicommis.& erit limitatio ad præ dicta menti tenenda.

CCLXXXIX.

1 *Bannitum capiens an possit eum in priuato carcere detinere & torquere.*

1 QVidã cœpit bannitũ,& eum in priuato detinuit carcere,& amplius vt iustificaretur,torsit,dubitatio erat an id iure facere potuisset?Bal.tetigit istã.q.in l.1.in fi.C.de priuã.carce.& tenuit post multa quod sic,motus,quia exe cutor est iustitiæ, vnde cum ipsum potuerit impunè occidere,quod omnes fatentur,& dixi alias latè supra in discursu.& in c.quæ in ecclesiarum. de consti.multo fortius potuit in carcere detinere,& torquere, & ideo concludit ipsum nec in crimẽ læsæ maiestatis incidisse, nec pœnã meruisse,quia legis authoritate factum est, quæ excusat à pœna,vt in l.Gracchus.C.ad legẽ Iul.de adul.& in l.fi.ff.quod quisque iur.& in c.qui peccat.24.q.3. Ego vero contrariũ sentio per regulam d.l.1.& no.in l.capite 5.per illum te.ff. ad leg.Iul.de adul.quæ generaliter loquuntur,ita vt generaliter.etiam intelligi debeant.l.1.§.generaliter.ff.de legatis præstandis.l.de precio.cum vulga.ff.de publica. alias duo videretur lex capienti concessisse, q interficeret impune, & quod etiã torqueret.q non est dicendũ.l.1.C.de dot.promissi.l.cum post.§.gener.ff.de iur.dot. & propterea solum delictum inspici debet propter quod capiebatur, vt in l.il lud.ff.ad leg.Aquil.non etiam quod torqueri possit, & priuati carceris crimen committi.cogita.

CCXC.

1 *Titulus si cert.per.quare concipiatur de rebus creditis,& nõ de rebus debitis.*

DVbitant alias scribentes,& si hęc sint de materia & iustitia positiua,ita vt non possit concludens reddit rõ, vt no.in l.1.§.pueritiam.ff.de postul.& in l.non omnium.
1 ff.de leg.quare in ti.si cer.pet.dictum est de rebus creditis & non de rebus debitis,& multas ibidem adducunt rõnes quæ mihi satis placẽt. Sed tñ addebã vnã ego ultra eos nõ spernendã,quam hoc loco insertam,vt no.obseruabitis,illud ideo factum,quia nullibi legimus debitoribus consultum fuisse,vt debita soluant,sed vt fugiant potius blanditũ,vt in l.inter stipulantem.in §.si Stichum.ff.de verb.obli. & in.l.properandum.in §.si quidem.C.de iudi.& in l.fin.in §.vbi autem.C.de bon.quæ li.& ita ipsum Arist.in proble ma.pract.29.problema.12.& 13.fugientem dicit,& appellat.ita vt hac rõne iudicium in eos inuitos reddatur,vt in d.§.si Stichum,& sententia exinde lata obligationem ciuilem tm̃ inducat,non etiam naturalẽ,quæ oritur ex consensu,vt in l.cum amplius.in §.is natura debet.ff.de reg.iur.& no.Bar.in l.Iulianus.in 7.col.ff.de condi.indeb. Nec etiam renuntiatio generalis valeat, quia per metum facta videbitur,inquit gl.in l.sed& si quis in §.quæsitum.ff.si quis cautio.In tm̃ vt alibi etiã & vltra,ipsum infelicẽ appellet Imperator,& profiteatur ei omnimodo auxiliũ præstare velle.in §.quod autem.in ver.cognoscentes. in auth.de fideiuss.consulitur autem creditori, vt de debito sibi satisfiat, in l.1.ff.de eo,quod cer.loc.adeo vt in lege 12.tab.post dies 40. daretur creditoribus dilacerandus. teste.Gel.& si contra eius duritiem Sex. Cecilius Philosophum defenderit, vt testatur gl.in l.1.in uer.in eo.C.qui bono.cede.pos. ergo non mirum si de rebus creditis,& non debitis.dictum est quoniam eorum gratia iudicium nunquam fuisset, creditorum autem fic. & in 1.& 2.lectu.ibidem latius explico, quas aliquando videbitis.

CCXCI.

1 *Stylus non potest tollere virtutem legis particularis, licet generalis sit,*

STylus & practica palatij seruanda est, & ab ea minimè recedendum,vt in c.q̃ graui.de crimi.sal.& in l.3.in §.fi. ff.de testi.& in l.fi.C.de iniu.& nõ habet dubitationẽ. Sed tamen vnum obseruandum est annotatu dignum, q licet
1 †possit tollere virtutem legis generalis, non tamen tollit virtutem legis particularis.ita Abb.in ca.literas.in vlti.col. de iuramen.calum.& propterea dicebam alias, quod licet de stylo palatij hic Patauij,Iudex maleficiorũ relaxet reos inquisitos,vel accusatos,appolita clausula, pro nunc attũ id facere non põt, nec debet, ita vt amplius virtute dictę clausulæ de delicto eiusdẽ hominis quærere minimè valeat, vt in l.licet.in §.fi.ff.nau.caupo.stabul.& in l.in delictis.in §.si detracta.& ibi no.ff.de noxali.& in l. Senatus.ff. accus.& hoc quoniam extat statutum primum sub rubri. de homi.in fi.id dicẽs,cui non põt ex dicto stylo(vt dixi) derogari & est verisimum,& mẽti semper cõmẽdandum.

CCXCII.

1 *Suspectus de fuga debitor ut possit capi, suspitio dẽt emersisse post contractum celebratum,alias si ante,potest tamen ignorantia allegari.*

AD hoc vt debitor suspectus de fuga possit capi,iter alia requisita à lege,de quibus per Ang.in l.extat.in 2.co.ff.
1 quod met.caus.hoc quam maximè necessarium esse vr,vt suspitio post celebratum contractum emerserit,quia si ante,subest quid,quod potest creditori imputari, cur cũ eo contraxerit,qui scire id debuit,vt in l.quod te.ff.si cer. pe. Nihilominus tñ Ale.in l.qui bona.in §.de illo.ff. de damn. infect.cautelam docet,vt semper ignorantia allegetur.iuxta no.in l.si adulterium cum incestu.in §.iidem Pollioni.ff. ad leg.Iuliã de adulte.quæ regulariter psumitur.l. versus. ff.de probatio.c.præsumitur.de reg.iur.in 6.& absque dubio à iudice captura committetur semper memoriæ commendanda.& dixi ego in l.vinum.in 2.no.si cer.pet.

CCXCIII.

1 *Hæres habet iustam causam ignorantia, nisi in his quæ sunt iuris, in quibus non præsumitur.*

1 HAeres (vt sciunt oẽs) habet iustam,& probabilẽ causam ignorantiæ,quia succedit in ius alterius.l.qui in alterius.ff.de regu.iur.etiã si esset filius,vt no.Bar.in.l.eius q in prouincia.in 5.col.ff.si cer.pet.& hinc est, q licet alias dies interpellet pro homine,ita vt debitor constituatur in mora,& alia interpellatione nõ sit opus, vt in l.magnã.C. de cõtrahend.& committen. stipulatio.rõne de qua ibi, non tamen locũ habet in hærede,vt similiter dixi in dict. l.vinum.in 1.no.Sed tamen volo vos obseruare vnum, id non esse regulare,ex quo ignotantia etiam quod sit hæres in his quæ sunt iuris,non præsumeretur, vt per multa concludit Old.in cons.69.incip.contigit.(& est singulare dictum.)in 3.col.

CCXCIIII.

1 *Tacitum & expressum tunc idem operantur, quando procedunt ex eadem potentia causæ efficientis.*

AD ea quæ not.in l.magnam. vt etiam dixi supra.C. de contrahend.& committend.stipulat.& in d.l.vinum. tum & maximè,quod dies interpelletur pro homine, non solum expressa,sed etiam tacita legis.& clarius in l.2.C.de iur.emphyt.& in ca.potuit.loca.& in l.si mora.ff.sol. mat. adde & considera quomodo hoc esse possit,cum sit quod
1 eo tunc tacitum expressum idem operantur, quando procedunt ex eadẽ potentia causæ efficientis.l.de quibus. in fi.ff.de legi.l.cum quid ff.si cer.pe.& sensit Bald.in l.testamento.ff.de testa.tur.& tamen dies expressa & tacita non ex eadem potentia causæ efficientis procedunt.in iuribus prælegatis.

CCXCV

CCXCV.

1 *Accessorium sequitur naturam principalis,fallit quãdo alia est ratio in principali,alia in accessorio.*

MVlta possunt dici ad declaratione.ca.accessorium.de reg.iur.in 6.& l. cum principalis.ff.eo.sed missis omnibus id semper notandum putaui,vt regulariter verum,
1 †sit,quod ibidem dicitur,præterquam in casu,quandoalia est ratio in accessorio,& alia in principali.casusẽ in l.& si is C.de præd.minor.& in l.stipulatio ista.in §.alteri.ff.de verborum obligationibus,& in l.4.in §.Cato.& ibi not. ff. de verborum obligationibus.& ideo ad longum vide quę in fero contra Deci.in dict.l.vinum in 3.no.ff.si cert.pet.

CCXCVI.

1 *Aestimationis an habenda ratio tempore contractus,an vero alio tempore.*

MVltum laborant,& sudant scribentes in resolutione contrarij.l.cum quis(alia pro nunc mittemus, quæ
1 etiam plura sunt,)ff.de actio.& oblig.vbi dicitur æstimationis habendam esse rõnẽ tẽpore contractus,q tñ communiter tenetur id potius esse verum tempore quo petitũ est vinum mutuo datũ,vel alia similia,æstimari debere, vt in d.l.vinum si cer.pet.& nulla est,quæ optima rõne cõfundi non possit.Sed tñ considera primã esse ceteris solidiorem,vt illud ideo sit ibi,quia ita inter partes actũ erat vt tempus contractus attenderetur,nec põt.dici diuinatua,vt alię,ac contra verba tex.quia regulare etiã est in stipulatione tempus quo peritur spectari oporter.l.hominẽ ff.manda.vel dic(& est verus intellectus) quod loquitur in merce,& eo casu,quo maxime æstimatio & interesse attendi solet,ita vt ẽt tẽpus cõtractus attẽdatur,ar.in l.rõ. in §.si p vẽditorẽ,cũ materia.ff.de actio emp.Cõmunis opi. vero in vino,vel simili re mutabili mutuo data,& eo casu quo nõ ipsa æstimatio principaliter,sed res in cõsideratione esse videtur,ideo non mirum,si tempus, cum petitur, attendi debet.cogita.

CCXCVII.

1 *Debitorẽ suspectũ de fuga creditor si iudicis nõhabet copiã, propria autho.capit,ita tñ,vt q primũ poterit, iudici psẽtet.*

1 DEbitorem suspectum de fuga,si creditor nõ potuit habere iudicis copiam,sua propria authoritate ca.l. ait prętor.§.si debitorem.ff.quæ in frau.credi.l.dies festos. vbi gl.& Bar.C.de fer.& est no.limitatio ad l.nullus.C. de Iudę.& ad no.in l.1.toto tit.C.ne quis in sua causa.sed tñ volo vos vnum notare,ius non adeo ipsi creditori blandiri,vt sibi detineat,sed vt iudici quam primum põt,presentet,casus est no.quẽ ibi in specie ponderat Bal.in l.1.C. vbi quis de curia.vel coharta.alias si per 20.horas,vt alibi dixi detineret priuatum carcerem,& puniretur pœna capitis. l.1.C.de priua.carce.& no.Bar.in l.capite quinto.ff.ad leg. iul.de adult.ideo cauti sitis,& tene menti.

CCXCVIII.

1 *Contraxisse quisque intelligitur in loco destinata solutionis, idque vere potius quam ficte.*

1 DIxit alibi lex,quod contraxisse vnusquisque in eo loco intelligitur,quo† vt solueret,se obligauit.in l.cõtraxisse.ff.de actio.& oblig.per quã alias decidi multas quæstiones.Nihilominus nũc vellẽ scire,an id verum sit vere vel ficte,& interpretatiue.& breuiter videretur dicendũ esse verum ficte,qm̃ verbi,intelligitur,de quo ibi, ea est ẽt natura,vt in l.intelligendus.ff.de verbo. signi.& in l.si familia.ff.de iur.om.iud.& in l.1.in §.1.C.de rei vxo.actio. & nihilominus contrariũ verius est,quia consensus est de iure naturali,consistens in veritate,& non in fictione, ita vt se extendat tanquam res incorporalis ad omnẽ locũ vt no.declarat Bal.in l.multũ interest in penul.col.C. si quis alte.vel sibi qua ratione potest inferri etiam ipsum male dixisse alibi in l.1.C.vbi conue.qui cer.loc.dar.pro.quod gabella in loco contractus sit soluenda, & non sibi.destinata fuit solutio,contra pdicta. & ideo bene dicebat alibi Bar. in l.si is qui emptore.in 14.col.ff.de vsucap.quod quando verbum in l.positum est iuxta id quod potest esse verum secundum veritatem,verbum potius veritatis expressum dicitur quam fictionis,quod no.

CCXCIX.

1 *Debitor suspectus de fuga si se defendat,& nullo modo velit capi,impunè interficitur.*

DEbitor suspectus de fuga(vt dixi alias)capi potest,vel authoritate propria,casu quo iudicis copia haberi nõ potuit,vel de ipsius iudicis commissione,facta fide, vt disputant Mod.in l.si ab arbitrio.ff.qui satisd.cog.& no.in l. dies festos C.de fer.& in l.ait Prætor.in §.si debitorem.ff.
1 quæ in frau.credi.Quæro quid si debitor se defendat,& capi nolit quouis modo,ita vt interficiatur,an id impunè fieri potuerit,breuiter omissa disputatione,& est egregiũ dictum,scitote quod sic,ita Bar.per illũ tex.in l.si seruus. C.de de his qui ad eccle.confugi.quẽ refert & sequit Ang. in tract.de fyndi.in 2.co.& est casus,q posset accidere, cũ maxime videmus,pecuniã nobis auferri,quę primus fanguis est,vt inquit gl.alibi in 1.aduocati.C.de aduo. diuers. iud.& quo casu loqui videtur etiam te.in d.§.fi debitorem & dixi multa in rubr.ff.si cer.pe.& est limitatio singularis. ad clementiam.pastoralis.de re iudican.

CCC.

1 *Immunitate ecclesiastica qui non gaudeant,& per totum.*
2 *Argumentum de loco ad tempus valet.*
3 *Dictiones vniuersales non semper habent effectum vniuersaliter operandi.*

1 IN l.præsen.C.de his qui ad eccles.confugi. dicitur, q nullus scuiusque conditionis fuerit,& sic per verba generalia vniuersaliter distributiua,& negantia,fugiẽs ad ecclesiam,ab ea expellatur,aut protrahatur. l.1.§.adeo.ff. de pact.l.dies festos.in fin.(reddendo singula singulis) C. de fer.& tamen publicus latro,nocturnus depopulator, raptor virginis,& similes,ibidem non essent tuti.cap. inter alia. de immun. eccles. imo plus dicebam ego alias, nec debitor suspectus de fuga,quia valet argum.de loco ad tempus,vt in l.vinum cum vulg.ff.si cert.pe.Sed quoli bet tempore capi põt,vt no.in d.l.dies festos.ergo in quolibet loco,ita vt non possit diuersitatis ratio assignari & si dicatur quod imo in loco põt custodiri,nõ autem tempore,secundum Ba.in auth.ei qui in 4.co.C.de bo.auth.iud. pos.quia non est verum,ex quo de custodia publica intelligimus,non etiam priuata,alias sequeretur quod creditor teneretur ipsum die noctuque, & per singula temporis momenta,obseruare,quod quam absurdum sit, latet neminẽ.& est arg.in l.quod nisi.in §.1.ff.de ope.libe.& no.in l.2.in §.perinde in gl.debebit.ff.de iud.& est plusquã verum,quamuis obseruantia communis sit in contrariũ.&
3 ideo inferatis quod dictiones vniuersales,non semper habent effectum vniuersaliter operandi, vt in l. alienatum. in §.donationis.ff.de verbo.sign.& in l.filius fam.ff.de dõ. & no.gl.in auth.vt sine prohi.ma.in prin.in gl.in verb.exitimauimus-quis incip.not. mirabile,quam alias exclamat Bal.in cap.solite.in fi.de maiorit.& obedi.tene menti.

CCCI.

1 *A veteri prouerbio senum etiam rusticorum argumentum plerumque sumitur.*

1 AVeteri prouerbio senum etiam rusticorum, seu ab eo,quod ipsi plerumque dicere solent,argum.sumim quod nota,casus est sing,in l.chorus.in §.1.ibi, & Proculus ait sæpe audisse rusticos senes ita dicentes,pecuniam sine peculio fragilem esse.ff.de leg.3.qui tamen rustici vt no. in l.1.ff.de tritica.actio.& in l.illicitas in §.ne potentiores ff.de offi.præsi.pecunias nõ habent,imo nec optant, vnde etiam dici solet,sancta rusticitas omnia palam habet,vt in l.certi iuris.& ibi gl.in ver.ea quoque.C.loca.& in §.itẽ seruiana.in ver.coloni.Inst.de actio.& per Bar. per prędicta,in l.hoc iure in prin.ff.in quib.cau.pig.vel hypoth. cõtraha.vnde forte & non abre,Archades terram,rerũ omnium fuisse causam,quam ẽt Demogorgonem dixere,arbitrati sunt ingeniosissimi rerum humanarum indagatores poetæ fabulantur.

CCCII.

1 *Fur & morosus equiparantur.*
2 *L.Pretia rerum.ff.ad leg.falcid.non habet locum in fure & morosa,& quare.*

Solet

SOlet dici quod fur,& morosus equiparantur.l.interlo
pulantem.§.pen.ff.de verbo.obl.& est verum, & facit
vt ibi gl.dicit ad multa,sed quotidianũ inferatis vos, hoc
stante,quod cum dispositio.l.pretia verũ.§.fin.ff.ad leg.
Falc.in fure odio ipsius locum non habeat, non habebit
quoque locum in moroso,& si Imo.ibidẽ cõtrariũ teneat
& Dec.in l.vinũ.ff.si certum petatur,quia videatur poni
regula generalis ex rõne ẽt generali ibidẽ, attendi debere
cõmunem rerum æstimationẽ,& malè,qm̃ eo tũc restrin
gi debet ad terminos,super quibus posita est.i.ad legata-
rios,qui tractant de lucro captando,& non ad creditores,
qui tractant de dãno vitando,quorum nõ est par eadem-
que rõ.l.fi.C.de iur.codicil.ne in absurditatẽ incidamus,
vel iniquitatem, quod mora ipsa debitor locupletetur
cum iactura creditoris,contra tex.in l.siue hereditaria.ff.
de neg.gest.& in l.fiab hostibus.in.§.1.ff.solu.matr. cum
maxime dicatur delictum.l. si mora.ff.solut.matrimo.&
delinquentibus nullo mõ fauendum sit.l.bona fides.ff.de
depositi.quo mõ ẽt arguit Bal.in l.in emphyteuticariis.in
11.col.C.de iur.emphy.quod ius sibi statim ex ipsa mora
acquisitum ab eo contra ipsius voluntatem auferatur con
tra tex.in l.fi.ff.de pact.quod denique inter maximum &
minimum fiat differentia,si non põt diuersitatis rõ assi-
gnari,contra tex.in §.gallinarum cum no.ibidem,Inst.de
re diui.& in cap.de appellationibus extra de appella.quæ
omnia nota.& tene menti.

CCCIII.

1 *Protestatio nõ dependẽs à potestate potestãtis nihil operatur.*
2 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio,*

1 PRotestatio à potestate † protestantis non dependens,
nihil operatur,vt in casu.l.alimenta.C.de neg. gest. &
no.in l.Nesennius.ff.e.& per Bar.in l.non solum in §.mor
te in 3.col.ff.de nou.oper.nun.& ideo aliqui hac rõne dice
bant,quod si creditor rem mutuatam à debitore morosõ
simpliciter soluente,cũ referuatione iuris sui quo ad inter
esse,& æstimationẽ quanti plurimi eã receperit,non pote
rit,postea virtute dictæ referuationis agere,& experiri cõ
tra ipsum,quoniam etiam ‡solutione eius quod debetur
tollitur omnis obligatio,vt Inst.qbus mo.tol.ob.in prin.
& male ac contra tex. in l.3.in §.item Iullianus.ff.de eo q̃
cer.loc.per quem ita etiã dicebat Bar.in l.fi.in fi.ff.e.à quo
non est dissentiendum,quia etiam in d.§.Iulianus. est fa-
cta solutio,& militat regula prælegata,& tamẽ debitor
non est liberatus.Nec est ad propositum quod habetur in
l.alimenta,& similibus,quia ius eo casu resistit intuitu pie
tatis maternæ,vt in simili dicit Bar.in l.cum lex.in 2.col.
fi.de fideiusso.quod non est hic considerabile,& est vtile
multum,ac memoriæ seruandum.

CCCIIII

1 *Inferior non potest esse supra legem,intellige statuendo contra eam,non autem derogando.*

1 MIlies dici solet,inferiorem non esse supra legẽ,& su
periorem.cle.ne Romani.de electio.c. cũ inferior.
de maior.& obe.l.minor autem magistratus.ff.de mino.
& est verum. Sed tamen egregie notandum est,declaran
dum,istud verum esse statuendo aliquid contra eam, non
derogando,ex quo potest etiam inferior id ex causa face-
re,tex.est no.in.c.fi.de transact.& in l.si hominem.ff.man.
inducendo tamen vt no.inducit Ro.in consi.428.inci.in
terminis.in fi.& de materia alias late legitur in c.quod su
per his.de maio.& obed.

CCCV.

1 *Tacendum semper potius quam loquendum.*
2 *Ex iactantia cuiusque indiciũ põt sumi ad torturã sufficiens.*
3 *Verba in dubio ita intelligẽda,vt delictũ nõ cõtineat,fallit tñ.*

1 CAsu inter ambulandum(vt fit) heri, cum audissem
Hispanum nescioquem socium suum reprehẽdẽtẽ,
eique dicẽtem,Muchio ablai Muchio errai,quorũ sensus
est,tacendum semper potius quam loquẽdum,qm̃ eo fit,
vt multiloquio (quod & nos quoque sæpe dicere solemus
non desit peccatum,& multus etiam error.argument.in-
2 de sum̃is,ex iactantia vniuscuiusque indicium an idẽ su-
mi posse,vt ponatur ad torturam & est exẽplum Hæres
teneretur vendicare necem defuncti, ne alias vt indignus
hæreditate priuetur,& illa eadem applicetur fisco,vt toto
tit.ff.& C.de his quibus vt indig.modo quidã iactauit se,
quod bene vindicaret necem defuncti,& inde.ad modi-
cum temporis interuallũ, qui defunctum interfecerat,
pari modo à nescio quodã interfectus est,quæritur an in-
dicium hoc faciat, vt dictus hæres ad torturam poni
possit.Et breuiter videretur dicendum,quod non,quoniã
3 verba in dubio intelligi debent ita,& taliter,vt delictum
non contineant.l.merito.ff.pro soc.sed possunt hoc casu
intelligi de vindicta licita,per viam accusationis,vel denũ
tiationis,vt no.in l.1.C.de his quib.vt indig.ergo. Nihilo-
minus contrariũ verius est,inspecta tamen qualitate per-
sonæ,quod arbitrio iudicis relinquitur, sicut & ipsa iudi-
cia,vt in l.fi.& ibi Bar.ff.de quæstio.& in l.metum in prin.
(redde singula singulis)C.quod met.caus.& est ad ‡positum
arg.in l.fi.C.de do.pro & in c.quã sit graue de excẽ.p
la.& no.Pau.in d.l.1.& inde Anchisis exẽplũ, qui si tacuis
set,nec dixisset se Veneris concubitum habuisse,oculis ca
ptus non fuisset.Minusque Ision simili de causa fulmine
ictus,apud inferos rotæ volubili serpentum plene alliga
tus,continue reuolutioni damnatus esset.Vel Oriõ à Scor
pione superatus animali pusillo, nisi dicere ausus fuisset,
Dianę nullam esse feramen uenatione,quã ipse non supe
raret,ex quibus dicendum est,quantum silentium sit (vt
diximus)tutum,Garrulitas vero pernitiosa quod alio lo
co etiam latius & diffusius discernimus.

CCCVI.

1 *Verba enunciatiua principaliter prolata,& propter se dispo nunt.ita vt iussus præcessisse videatur.*

1 LSi quis mihi bona.§.pater iunctis his quæ ibidẽ no.p
Bar.allegatur ad hoc,quod verba enunciatiua princi
paliter prolata,& propter se disponunt,ita vt iussus præces
sisse videatur iuxta tex.in §.iussum.ea.l. si filius adiuerit
hæreditatẽ exemplo apertissimo,de quo ibi,ita vt etiam
inde inferri possit,sicut editor debitori suo dixerit,egeo illa
pecunia,quam mihi debes.his verbis ipsum esse interpel
latum,& in mora absque dubio constitui quod ex multis
etiam egoali quando in l.vinum.ff.si cer.pet. comprobaui
& est de se verum alias.Sed tamen volo vos animaduer
tere nõ probari in d.§.pater.ex quo iussum præcessisse non
diceremus,nisi hæreditas esset adita per filium. & hoc ex
reg.l.patre furioso.ff.de his q̃ sunt sui vel alie.iur. cogita.

CCCVII.

1 *Debitor qui conueniri potest officio iudicis,per interpellationem extraiudicialem constituitur in mora.*

PRo singulari solet allegari tex.in l.filius.in §.filia.ff.de
col.do.in l.si soror.C. de colla.ad limitationem .l.cum
postulassem.ff.de dam.infect.& dixi ego in d.l.vinum ‡p
ximum sup.alleg.ff.si cer.pe.& in l.1.ff.de iur.om. iud.q̃
1 etiã debitor,qui conueniri potest officio iudicis, per in-
terpellationem extra iudicialem cõstituitur in mora,quo
niam dicit,quod si filia moram collationi fecerit.cogetur
vsuras quoque dotis conferre,& est secũdum omnes mi
rabile,rõne tamen de qua ibi.Sed cogitabam ego, & for-
te nõ ab re, si dici posset,accidentiam facti notari,non qa
verba prædicta ministerium iuris importarent, ex quo
de interpellatione nullum est ibi verbum,& quia alibi ẽt
ita factum esse legimus,tum vel maxime & in materia.l.q
Romæ.in §.cohæredes.ff.de verbo.ob.quamuis Soc. contra
tium ibi demonstrare conetur.& eum sequatur post ali
qualem dubitationem Ias.& male,vt dixi in d.l.vinum.&
ex alio etiam,quia totam vim facit lex in arbitrio boni vi
ri his verbis boni arbitratu cogetur vsuras quoque dotis
conferre,quod semper est collationi incertum, vt in le.si
quis filium in §.fi.& in l.cum emancipati.in §.de illis.ff.de
colla.bo. Cogita igitur & tu,quia ita etiam tibi(nisi sim Le
beride cæcior)videbitur.

CCCVIII.

1 *Mediocritas in omnibus laudabilis,extrema enim vitio nõ carent,& maxime in iudicijs.*

Non

NOn alienũ erit,postquam de l.cum postulassem,mẽtio
nem fecimus supra,hoc loco vnũ vobis referre,quod
obseruauimus ex ea.& ex .l.C.de execa.rei iud.Ex qbus
vulgatum illud,quod in ore est sapientum,colligi põt, &
fortè melius quam alibi, mediocritatem in vna †quaque
re semp laudabilẽ esse quoniã extremavitio minimè ca-
reat,& maxime in iudicijs.ex quo sicuti iudicantem opor
tet cuncta rimari,& ordine rerum plena inquisitione dis-
cutere.c.iudicantem.3 1.quæst.5.ita etiam actor,antequã
agat,vel reus respondeat,facere debet.l.si quando.C.de di.
l.1.(reddendo singula singulis.)ff.de edend.dicit ergo tex.
in d.l.cum postulassem.tardius experiri cœpisti.& alibi in
d.l.1.nimis propere Marcelliæ agis.Medium igitur(vt di
xi)laudabile.quod etiã Bal.notauit in l.antiqui per illum
tex.ff.si pars hæred.petat,quia quod ab eo recedit,non est
iustum,nec virtuosum.dicit alibi idem Bal.in l.2.in §. sed
& si quis in 3.col.C.commu.de leg.post gl.& Bar.in l.fi.ff.
de præto.stip.& in l.domum de contrahen.emp. & Cic.
quoque in libe.officiorum pulcherrimis his ad idẽ verbis
certus etenim modus adhibendus est,ad mediocritatem-
que reuocandus,eademque mediocritas ad omnem vtum
cultumque vitæ referenda.& de his satis.

CCCIX.

2 *Quis vno eodemque tempore non debet obligari,& in mora constitui fallit quando expresse actum fuisset vt res statim traderetur nu.2.*
3 *Tacuit & expressi non semper eadem virtus:*

1 DIci solet de mente iuris iniquum esse,vt quo tẽpo-
re quis obligatur,eodẽ ẽt in mora cõstituatur. casus
est in l.quod diximus.ff.de solu.& in l.promissor Stich.in
fi.ff.de consti.pec.& in §.fi.Insti.de inutil.stipu.per quę iu
ra etiã ita dicebat Bar.in l.quoties in diem.ff.de verb.ob.
Sed tamen volo vos notare vnum,perpetua ‡obseruatione
dignum,& id nõ esse generaliter verũ,sed in dubio, & qñ
2 †promissio simpliciter facta fuissent quo casu iura prædi-
cta loqui dentur,quoniam alias si expresse auctum fuisset
vt res statim traderetur,tunc non esset de mente iuris ini-
quum,ipsum promissorem obligari,& etiam in mora cõ
stituí, casus est secundum vnum intellectum , & for-
te est minus periculosus cæteris.in l.ratio.in §.cum per vẽ
ditorem.& ibi per gl. Doct.ff.de action.empt.& Bart.in l.
vinum in 2.col.ff.si cer.pet.& potest ex regula com proba
ri.l.si quis in conscribendo.C.de pact.& l.j.§.si conueniat.
ff.depos.& l.fin.C.de pact.conuent.& inferri amplius si-
militer nõ semper esse verum,quod habetur in l.cum qd.
3 ff.si cer.pe.quod part fit virtus taciti,& expressi,maxime
in casu isto,ex quo non a pari potentia causæ efficientis,
procedunt,vt in l.de quibus in fi.ff.de legiti.tene menti.

CCCX.

1 *Fundo per dominum alienato pendẽtibus fructibus,in quo colonus esset partiarius,an iure integro sint emporis.*
2 *Intellectus l.fructus pendentes.ff.de rei vendi.*

1 HOdie interrogatus fui,si dominus alienasset fundum
†pendentibus fructibus,in quo esset colonus partia-
rius, an illi essent integro iure emptoris,necne, & ex tem
pore,ac sine chartarum reuolutione respond.quod sic eo
solo motus,quia fructus pars fundi esse dicatur,si pẽdeat.
2 l.fructus pendentes†.ff.de rei vend.postea domum reuer
sus comperi per illum tex.Ro.ita in facto consuluisse, in
consilio.39.incip.videtur in prin.Sed tamen volo vos nec
vnum ignorare ad d.l.declarationem,id esse verum,intel
ligendo de parte simpliciter accessoria,aut cohærente, nõ
corporis augmentatiua,quoniam tunc esset,vt per multa
concludit Alber.Brun.in tracta.de augmento.in 1.conclu
sio.in 4.col.

C¦C¦CXI.

1 *Intellectus l.mora.vers.nam vt Pomponius , &c.ff.de vsur.*

1 DVbitatio talias maxima fuit,quomodo verba posita,
in l.mora.in princip.ff.de vsu.intelligerentur quæ
sunt,Nam vt Pompõ.lib.12.Epistolarum scripsit, diffici-
lis est huius rei diffinitio.& gl.breuiter ibi,quam omnes
fere sequũtur,exponit difficilis, id est,impossibilis.quod
mihi nunquam placuit ex quo violat literam,& quia etiã
difficile & impossibile longe differre videntur,quoniam
id quod impossibile est,nullo modo diffiniri potest & cõ
mode facit in arg.tamen regula,impossibilium,de re.iur.
difficile vero sic,& si cum aliqua difficultate fiat, & patet
ad sensum,& ideo intelligo ego proprie vt iacet, quia nec
secus intellexit lex ibidem,dum etiam dicit , quod apud
iudicem examinabitur,vt & alibi,in simili tamen,in l.te
stium in §.ideoque in ver.eiusdem.ff.de test.& in l.latum
ff.de sol.& probatur,quia econtra dicitur alibi in l.1. in §.
1.ff.cõmo.huius edicti interpretatio non est difficilis.&
alibi in l.Gallus.in §.ille casus.ff.de liber.& posth. indif
ficilis.i.valde difficilis,& negari non potest.

CCCXII.

1 *Imperator est dominus totius mundi ratione subiectionis,& protectionis,vel est dominus in vniuersalibus,& non rerum singularum.nu.2.*

VIgo omnes dicunt Imperatorem dominum esse to
tius mundi.l.deprecatio.ff.ad leg.Rhod.de iact.l.be
nè à Zeno.C.de quad.pscri.c.cũcta per mundũ.9.q.3.& ta
men non est generaliter intelligendum(quod nota)vt ver
ba sonãt,sed duntaxat rõne subiectionis,& protectionis,
vt no.in procem.ff.orum in princ.ita vt verbum domini,
licet alias proprie capi debeãt.l.1.§.qui in perpetuum.ff.si
ager vectiga.vel emphy.peta.attamen plerumque etiam
large intelligitur,& saluatur in quacunque quamuis mo
dica,superioritate.l.liber.homo §.seruus autẽ.ff.de verbo
oblig.l.1.ff.rer.amo.& fuit singularis declaratio Old.sem
per menti tenenda,in consi.156.inci.ex presenti in 2.co.
vel & aliter dicit potest verum,in vniuersalibus , nõ rerũ
singularium,& propterea obseruandum est & aliud , q̃
sufficit verbum prolatum non esse simpliciter falsum,
adeo quod aliquid possit dici mũdi,licet quodam respe-
ctu meum sit,quodam vero non,casus est iuncta tamẽ gl.
quam ibi in specie no.Bal.in l.2.ff.de rei vendicatio.

CCCXIII.

1 *Testi rationem æquiuocam reddendi an credendum.*

1 QVidam practicus,& doctor ex nostris,dum ego in
foro deambularẽ hodie,quo spiritu ductus nescio,
me ipsum interrogauit,an testi rationem etiã æquiuocã
alleganti,crederetur,Cui statim respondi quod sic. quia
id dixisse recordabar in l.2.C.de bon. pos.secundum tab.
& exemplum in eo interrogatus de causa scientiæ respon
dit scire,quia audiui publice dici, & quod est publica vox
& fama,quotidiè ita deponitur,& domũ reuersus inueni
gl.in terminis,in l.3.in §.idem diuus.ff.de testib.imo tex.
in l.4.ff.ad macedo.Per quem ita alias consuluit Dyn. cõ
tra aduocatos secus tenentes,& male,vt refert Bal.omni
no videdus,in l.heres palã.in princ.ff.de test.q̃ tene mẽti.

CCCXIIII.

1 *Instrumenta domestica,seu priuata testatio.sola nõ facit fidem,fallit si in memoriali hæres scripserit se hereditatẽ adiuisse.*

1 SCitis quod instrumenta †domestica,seu priuata testatio
aut adnotatio,si non alijs quoque adminiculis adiuuẽ
tur,ad probationem sola nõ sufficãt.l.instr.l. rõnes.l. exẽ
plo.C.de proba.& tamen volo vobis dare casum. in quo
plena eis adhibebit fides,puta si in memoriali hæres scri
pserit se hereditatẽ adiuisse,te.est no.in l.pat.§.mutus,&
ibi Bal.ff.de acqui.hære.& in simili habetur in l.Nesenni⁹
ff.de neg.gest.& hoc ideo,quia aditio hereditatis est actus
qui solo nutu fieri potest,& verborum expressionem nõ
requirit,vt in di.§.mutus legitur.

CCCXV.

1 *Fides hosti data seruanda,& quomodo intelligendum.& nu mero secundo.*
2 *Intellectus.§.non fuit l.1.ff.de dol.*

1 MIlies dici solet,fidem ‡seruandam esse etiam hosti,
graueque ac nephariũ fidẽ fallere,simili,vt in l.1.in
§.non fuit.ff.de dol.& in l.1.de cõt.pec.& minime mirũ
vt Cicero inquit in lib.officiorum,quoniam ea nihil ve-
hementius est quo rempub.contineamus,ita ut Eurycra
tidas

tidas quoque Anaxandridæ filius, per contanti cuidam cur Ephesi singulis diebus de contractibus ius diceretur, confestim responderit, vt inter hostes etiam mutuam in veniamus fidem à proposito exemplum non alienũ, imo non dubitauerit, M. Attilius regulus primo Punico bello potius ad supplicium redire, (historia nota est) quam fidẽ hosti datam fallere. & inde est quod solenne illi sacrum sine cede & sangnine victimarum Numa instituit, alboque panno velatos sacra facere, & ad id flamines curru arcu acto manu ad digitos inuoluta vehi iusit, solenni pompa magno argumento, quo fidem tutandam, & in dextris sacratã sanctamque ostenderent, idque propterea, quia dextra iuncta decem numerum, qui sacratissimus est, efficit, nec imperito, & ad idem vltra fabulantur poetæ ingenio sissimi rerum indagatores, Apolinem Phitoneum occidisse qui vera interpretatione dictus est fidem auferẽs, quod proprium hominis non est, adeo vt nihil maius dici excogitarive possit, si fidem seruasset Iugurta Numidarũ rex, nec Marius ipsum vicisset, nec in carcerem coniectus in die periisset. Si Ixion, versatili rote pleneque serpentũ ad inferos trusus, alligatusque non fuissent. Si Atys denique Prygius, nec in furorem versus fuisset, nec genitalia sibi amplius precidisset. Adde quod Deus etiam ipse optimus maximusque ex fide promissionis obligaretur, vt diximus in c. 1. de proba. post Bal. & alios latissime ergo quãto magis homines, & si hominibus seruanda est, quanto magis Deo, etiam si de filii immolatione agatur, cuius rei testimoniũ nobis præbet Idumenæus Deucalionis filius, cuius fabellam etiam vt notam trãseo, & his elicere licet nõ ab re esse, si Iulio Cesari Brutus & alii minime peperce-
runt, quia nec aliis ipse pepercit dictitare solitus, ius si violandum est, regnandi causa violari debere, quamobrẽ bene Aristo. in lib. Secreto. quam sepissime Alexandrum admonebat, vt fidem datam seruaret, fœderaque confirmaret, ne facile eueniret quod Cæsari, & alijs experientia homines didicerant. Sed tamen volo vos nec vnum ignora-
2 re, quod notabile est ad supra dicta, & maximè ad d. §. nõ fuit declarationẽ, id verum esse, & intelligi debere, quoniam fides multipliciter capitur, quo ad conuentionalem securitatem, vt notabiliter dicit Host. in summa sua de fide catho. in prin. vel & melius, de fide publica, nõ priuata, ita vt non obstante pacto, & promissione facta bannito de eo non offendendo, impune possit, (secundum Bal. in l. pacisci. in col. ff. de pact. etiam si esset iuratum, vt in c. nõ est obligatorium. & in cap. in malis. de regu. iur. in 6. & in simili ex multis firmat Paris de put. in tracta. syndica. in §. & aduertendum, in prima. & secunda co. fo. 3. nec secus dici potest.

CCCXVI.

1 Dolus dans causam contractui bonæ fidei, ipsum vitiat ipsa iure, non autem si fuerit stricti iuris. & quæ ratio. nu. 2.
3 Dolus non vitiat matrimonium. & quare.
4 Dolus an vitiet statutum, cui dedit causam, cum sit stricti iuris, & an testamentum. nu. 5.

1 OMnes sciunt, quod dolus dans causam cõtractui bonæ fidei, vitiat ipsum ipso iure, non autẽ si fuerit stricti iuris. & eleganter. ff. de dol. & non immerito, quia in multis ẽt videmus eos differre, nã in bonę fidei contractibus exuberantior requiritur bona fides, quã in contractibus stricti iuris, etsi oẽs bonã fidẽ habere debeã. l. bonã fidẽ. C. de actio. & oblig. l. 3. ff. pro foc. & no. Bar. in l. sub pẽte. 1. in fi. C. de transactio. & Odoff. in l. in actionibus. in 2. col. ff. de in lit. iur. Itẽ in illis in lite iuratur, in istis non. d. l. in actionibus. & in l. 3. in §. in hac. secundum vnum intellectũ. ff. commo. & dixi late in l. vinum. in 1. & 2. lect. ff. si cer. pet. Itẽ veniunt in illis fructus à tempore moræ. in istis à tempore litis contesta. l. videamus. §. si actionẽ. ff. de vsu. & ad propositum redeundo fuerunt aliqui assigantes
2 rationem, qui dixere, illud ideo esse in contractibus bonę fidei, quia consensus deficiebat, & male, ex quo idem etiã locum haberet in contractibus stricti iuris, & tamen est falsum, ex quo consensus de substantia est, & requiritur in quocunque contractu. l. 1. §. adeo. ff. de pac. Ideo dicamus nos aliter, illud ideo esse, quia, dolus est contra naturã contractus bonæ fidei. l. bona fides. ff. depositi. at non in contractu stricti iuris, sed contra generalem æquitatem. Ita Bal. in d. §. adeo. in 1. lectu. quod est semper notandũ & perpetua obseruatione dignũ ad declarationem d. l. &
3 eleganter. Sed tamen aduertendum est, quia esto quod ipso iure vitiet contractũ bonæ fidei, non tamen vitiat matrimoniũ, quod est huiusmodi, & ideo si socer genero dixisset, acciperet filiã suam sub spe pacti de faciendo illam hæredem, non propterea quæri poterit, & nihilominus matrimonium valebit, quia omnino pactum nullum est, vt in l. Pactũ quod dotal. C. de pactis. & in l. pactũ quod dotali. C. de collatio. & sentit idem Bal. in l. cum Archimedorã in secunda col. C. vt in po. legat. Similiter si contractũ
4 stricti iuris non vitiat, inferri potest, nec vitiare, si dederit causam statuto, quod stricti iuris est. l. constitutionib' ff. ad municip. ergo statutum iniquum mero iure valebit, quod etiam nota, & est declaratio ad tex. in cap. erit autẽ
5 lex. 4. distin. & hac ratione etiã quod testamentum deberet valere, non obstante, quod ei dolus causam dedisset, quoniam & ipsum quoque stricti iuris est. l. alias. ff. de in lit. iur. sed tñ nõ est verum, quia in star bonæ fidei habet. l. in minorẽ. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necessarium. & stricti iuris est quantum ad primæuam eius naturam, vt in d. l. in minorum. no. & per Bal. in l. rescriptum. in §. si pac. in pen. col. ff. de pact. quæ omnia vt egregia mẽti tenebis.

CCCXVII.

1 Dolus in re minima locum non habet, & quæ dicatur res minima.

1 POstquam supra proximè de dolo loquuti sumus, scias & aliud velim, ipsum in re minima locum nõ habere, quod & vos non ignoratis. & est casus in l. si oleum. in fi. ff. de dolo. & dicitur res minima vsque ad duos aureos, vt in l. sequen. eo. tit. quamuis alibi vsque ad quinque, alia ratione senserit tex. & ibi Bar. in l. diuus. ff. de bon. dam. quia lex fundat se super quantitate, quod secus si super iniustitia, vt in §. Gallinarum. Inst. de re. diui. & in c. de appellationibus. extra de appella. & ideo licet alias dixerim in l. 1. ff. quod quisq. iur. Doc. minus bene sensisse, quod verbũ aliquid, de quo in illo edicto verificaretur etiã in minimo iuxta gl. no. in cle. 1. de for. compe. per prædicta. ex quo dolus. etiam ibi erat considerabilis. l. 1. l. 2. & 3. c. tit. nũc dico aliter, & palinodiã recanto, quia edictum non super quantitate, sed super iniquitate se fundat, vt in iuribus prælleg. continetur. & ita absque dubio tenendum est. & ad exornationem d. gl. in cle. 1. prælleg. at. multa dixi in l. precibus. in 2. lec. in 54. col. C. de impub. & aliis substit.

CCCXVIII.

1 Nullum simile idem. & quomodo intelligatur, nu. 2.
3 Intellectus l. quod Nerua. ff. depos.

1 TRita est propositio, & Philosophi ratio: secundũ Salic. in l. si nulla culpa. in prin. C. de pig. actio. nullum timile esse idem, vt in l. quod Nerua. ff. depo. vbi dolus non est lata culpa nec culpa dolus hac ratione, & concordat bonus tex. in l. non possunt. ff. de leg. & in l. si idem. C. de codicil. & ideo gl. alibi in l. 1. in ver. quemadmodũ. ff. quod iussu. dicit inter iussum & mandatum esse differentiam, qm̃ nihil est, cui idipsum simile est, & alibi pari modo de stipulationibus prętorijs damni infecti, legatorum, si quę sunt similes, instar actionum obtinentibus. in l. actionis verbo. in ver. obtinent. ff. de actio. & obl. imo tex. alibi in l. memi
nimus. C. de leg. hære. quod emancipati sunt ad similitu-
2 dinem suorum, ergo ex dictis nõ sui. Nihilominus cõsidera tu, licet simile non sit idem, quod tamen non est ẽt extraneum, vt in fideicommissis, & donatione causa mortis, quæ contractibus bonę fidei sunt similia, sui tamen natura stricti iuris, vt supra dicebam, ex quo fructus debentur à tempore moræ vt in l. vinum. diximus late, & vnum verbum ad idem tangit Bal. in l. hæredes palã. in §. fi. in fi. ff. de

ff. de testa. imo idem quantum ad hoc saltem dici deberẽt & pari ratione, quod de filijs emancipatis respectu successionis proximè adducebatur, & in d. l. meminimus. expresse continetur. & maxime quia leges nihil aliud nisi effectũ vniuscuiusque rei descurrere videntur, vt in simili dixit, gl. in rub. ff. vnde legi. & in l. actio neg. gest. ff. de neg. gest. & arg. in l. mulieri. in fi. ff. de condi. instit. & in l. nõnunquam ff. de leg. præstan. & in l. nomen filiarum in §. habere. ff. de verb. signi. & in l. quod vulgo. ff. de bo. pos. contratab. & in l. si filius in §. 1. ff. quod cum eo. cum mille similib. & probatur in terminis in d. l. vinũ considerãdo relativum. quod ibidem non esse substantiæ, vt dicit gl. in l. 1. C. de sen. quæ pro eo. qd' inter. sed quãtitatis, & qualitatis. vt ibi p Bart. & omnes. & non est obliuioni mandãdum. & ad d. l. quod
3 Nerua. declarationẽ, qp dolus nõ est culpa, nec culpa dolus, sed similia, ita vt sola culpa etiã sufficiat, die verũ esse, vbi pœna pecuniaria venit imponenda, non si corporis afflictiua, quoniam tunc culpa non æquiparatur dolo & nũ quam põt quis corporaliter puniri, nisi dolus interueniat vt ibi no. & in l. 1. in §. diuus. & in l. in lege. ff. ad legem Cornelian. de sic. & in l. prima. C. eodem. & per Bart. clarius in l. quemadmodũ. in secũda col. ad fi. C. de agr. & cẽsi. lib. 11.

CCCXIX.

1 Confessio facta literis an præiudicet confitenti, & an per verba enũciatiua inducatur obligatio, & probatio. & per totũ.

L Publia. §. fi. ff. depo. multis causam præbuit sæpe dispu
tandi, qm̃ multifariam ẽt intelligi solet, an & quando
1 confessio facta literis præiudicet confitenti, & an ex verbis enunciatiuis inducatur obligatio, & probatio, & ideo pro ipsius intellectu dicatis, quod cum ibi literæ dirigeren
tur parti, cui proderant, & animo quidem obligandi, profunt sibi, induciturque obligatio, & probatio, quãuis verba enuncitiue proferantur. & in simili no. q. determinant Dom. de Rot. in decis. suis 1. sub rub. de cõfes. in antiq. vel & alter. quod supra dicta comprobantur, qp cũ specia-
Cæſaris(vt fuerũt)à formicis abſumtus,ſeu Coluber,qui
nudũ reformidat hominẽ,aut Leo,quẽ dicũt Gallinaceo-
rum criſtas, magisque ẽt cãtus timere ne Elephas excipi
tur,q merum abhorret,& muſcarũ redio afficitur, que-
madmodũ tabanis vaccę. Rurſus Aſinus abiectus eſt, &
natura ſtolidus,ac ad ſolam habetudinem genitus,& tñ ali
qua in re prodeſſe põt, ex quo eius iecur & vngularum ci
neres comitialibus morbis maxime confert,oſſaque facta
& concocta contra leporis marini venenum dari ſolent,&
lac non ſolũ cutis nitorẽ prouocat, verum ẽt qui biberit,
podagra liberabitur,omnia deſpiciamus, ſicuti ẽt contra
regulam leges quandoque ea curaſſe videntur, vt alibi,ali
ter tamen,ne bis naturæ exemplis admirabilibus diximus,
quia ſimul iungantur,efficient protinus vt nihil,quod ad
hanc regulã vel vtile,vel pulchrũ ſit,omiſſum eſſe videat.

CCCCLIX.

1 *Argumentum à comparatis frequentiſsimũ eſſe multis exemplis commonſtrat.*

PLeraque etiam de argumentis quibuſdam,quæ ſuccur
runt,ſeu locis topicis,carptim tamen,& quodammo-
1 do per tranſennã(vt aiunt)dicendum eſt,tum vel maxi-
me de eo,q à comparatis in iure eſt frequentiſsimum ex
l.vbi autem non apparet.ff.de verbo.obliga. ibi,bono me
lius inueniri poteſt & ex decret.per tuas.de ſimo.ibi,ad
cuius comparationem cætera crimina quaſi pro nihilo re
putantur,quibus exceſſus vti etiam natura eſt arg.inter ca
ſus cõparatos deſignatur,vſque adeò vt comparatio non
cadat,niſi inter plura,& locum habeat dummodo nõ ſtet
in vim poſitiui,ſecundũ Sal.in l.maiorẽ in prin.C.ad leg.
cornel.de fal.& omnes plane fatentur,nec habent dubiũ.
Et exemplificari poteſt latius,& dici hoc modo ipſum in
telligi debere nocentem condemnare oportet,ne delicta
impunita remaneant.Ita vulneratus.ff.ad leg.aquil.c.vt fa
mæ.de ſent.excom. Item abſoluere innocentẽ, ex quo pę
na ibi eſſe non debet,vbi non eſt delictum.l.ſancimus.C.
de pœ.c.cognoſcentes.de conſti.Sed tamen comparatiuè
loquendo,melius eſt nocentem abſoluere,quam innocen
tem condemnare.l.abſentem.ff.de pœ.Rurſus, tam omil
tendo,quam faciẽdo delinquimus,quod ſane negabit nul
lus,& nihilominus comparatiue, magis delictum eſt in
faciendo quam omittendo.l.ſi mora.ff.ſol.ma.in tantum
vt arg.de eo q conſiſtit in faciendo,ad id quod conſiſtit
in omittendo, non valeat,vt dicit Bar.in l.licet.in §.ſi.ff.
de pœ.& tetigi ego.in l.vnica.in vlt.lect.C.de ſent.quæ ꝓ
eo.& idem de culpa,q̃ in faciendo prępondĕrat culpæ in
omittendo,dicebat Bal.in l.ſi ambo.in fin.prin.ff.de com
penſa. Dicimus itẽ & vltra bonum eſſe pignori incumbe
re,& in perſonã,quoque agere,ex quo vtroque modo iu
ri agentis conſulitur,ſed tamen id longe melius quã iſtud
§.furti. Inſt.de obli.q̃ ex delic.multoque magis caute age
re panca.quam multis intereſſe periculoſe,vt in authẽ. de
tabellio. circa med. Item furtum eſſe graue,graue item &
adulterium,ſed comparatiue iſtud illo lõge grauius,quo
modo intelligi debet q in prouerb.legitur.c.6.culpa cum
quis furatur,cum impoſsibile ſit adulterium eſt line ma
cula culpæ,vbi alias furatur quis,vt eſurientem impleat
animam,vt ibi. Vel & ſic,cælũ terra,& cætera bona ſunt,
ſed Deo comparata,quaſi nihil,vt lucerna in ſolis compa
ratione,& eo iam orto,ſtella,& hoc eſt Eccleſiaſ.c.1.dici
tur,vanitas vanitatum,& omnia vanitas, id eſt, elementa
aſpitio, multiplicemque rerum varietatem admiror, ac
operum multitudinem, ſed cogitans tranſire omnia, &
ſuo fine ſeneſcere, ſolumque Deum eſſe ſemper, cogor
dicere,vanitas vanitatum,&c. Et hæc pro nũc erũt ſatis.

CCCCLX.

1 *De argumento à genere ad ſpeciem,& de toto ad patrem.*

1 ET inſuper & aliud,à genere ad ſpeciem,cuius exẽplũ
deſideramus quam læpiſsime,ſed id vnum(alia mitte
tes)præcipuum ſit vobis,varium,& mutabile quidam eſt
fœmina.c.forus de verb. ſigni. ergo Dido ẽt varia, muta-
biliſque videbitur,& quæ ex amore in odium potuerit cõ
mutare quale eſt ẽt & illud Cice,in Verrem,nam cũ om-
nium prouinciarum,ſociorumque rationem diligẽter ha
bere debeat is,tum præcipue Siciliæ ò iudices.aut aptius
ſecundum nos in l.legatis.ff.de ali.& cibaria.lega.& in l.alie-
nationis verbo.ſigni.& in c.nam concupiſcentiam.de cõſti.
vbi iura clara,& fere idem eſt q argumentum à toto.
q tñ ab illo differt,qa affirmatiue valet vt puta ſi domus
eſt,vtique fundamentum eſt,atque paries, non econtra,
niſi omnes partes enumerentur,ex quo non recte dicet q
ſpiam eſt paries,ergo eſt domus,à genere autem ad ſpeciẽ
non arguitur affirmatiue,ſed à ſpecie ad genus ſic.l.1.ff.ſi
cer.pet.l.ſi quid earum.§.interemptum.ff.de leg.3.cum ſi
mi.ſenſitque Stepha. de fede.in tracta. de interpreta. iu.&
adeo bene vt nil amplius poſsit deſiderari,in 1.parte,& nos
quoque latius in dict.l.1.

CCCCLXI.

1 *De argumento à comparatis.*

1 ET ſi ſupra proxime apophtheg.459.arg.à cõparatis
ſufficienter declaratum ſit,attamen addẽda ẽt nunc
alia,quæ ſuccurrere putauimus,quibus oſtẽdatis cũ opus
fuerit,exempla vocis non deeſſe, ſicuti nec Ioui(vt aiũt)
fulmina,quoniam in mutuo ſpeciale eſt,vt per liberã per-
ſonam alteri,queratur. Item & in depoſito,vt dixi in l.ſin-
gularia.ff.ſi cer.pet.ſed tamen in mutuo ſpecialius,ita Sal.
in l.ſi abſentis,in 1.col.C.ſi cert.pet.Rurſus in contracti-
bus

bus ſtricti iuris,bona fides requiritur nõ minus in cõtra
ctib.bonæ fidei l.bonã fidẽ.C.de actio.& obl.ſed cõpara
tiuè potius eo caſu deſideratur q̃ iſto l.ſi dolo.C.de reſc.
vẽd.l.3.ff.pro ſo.& no.Bar.in l.ſub prætextu.1.in vlt.col.
C.de trãſ.& hoc eſt quod aiunt, vnum ſimile eſſe maius
altero,hoc ipſumque attendi debere,in l.de quib.ff.de le
gi.& oppoſita iuxta ſe poſita magis elucẽſcere l.ff.de his
qui ſunt ſui vel alie.iu. Et amplius minores fauores,habi
to reſpectu ad maiores,puta mulieris vtentis, velleia. &
minoris,odia reputantur l.ſi apud.ff.de minorib.per quẽ
tex.ita etiam dicebat Bald.in ca.in præſentia. in 3.col.de
proba.Item fiſci & pupilli,vt in l.ſi tutores,& ibi not.C.
de cõpẽſa.& dixi ego in l.1.C.de eden.Et pacti deniq; ac
ſtipulationis,in quibus ius verſari dr̃,ſed comparatiuè &
reſpectu ſtipulationis in pactis factũ, ꝛm Bal.in l.ſi vnus,
in §.pactus.in 4.col.ff.de pact.& vr̃ bonus tex.in c.vnum
orarium.25.diſt.ibi,cuius comparatione cæteri grex di-
cantur. Et ſimile in l.Deutero. in qua concubinam habe
re licebat,non ſimpliciter tñ, quia in decalogo oĩs forni
catio erat prohibita,ſed comparatiuè,ex quo minus ma
lum erat quam mœchari, quamuis vtrunque malum
ſit, vt in capit.meretrices 32.q.4.& in c.offerebat. 32. q.
7.& in c.Dauid.22.q.3.& in c.duo 13.di.& in l.ita vulne-
ratus.ff.ad leg.Aqui.perinde & nouiſſimè,ac ſi dicerem⁹.
Titius eſt albus,ſed reſpectu Cygni,& cõparatiuè niger.
Vel ſic,Neſtoris tanta eſt fortitudo,vt Agamẽnõ optauit
potius quinq; Neſtoras,q̃ Aiaces decẽ, etſi etiã ipſe eſſet
fortiſſimus miles,aut ſi in hoſte Penꝰ crudeliſſimi iudica
ti ſunt(de M.Attilio regulo intellige,cuius hiſtoria nota
eſt)quanto crudelior Dolobella in C. Trebonio ciue,
Aſiæ præfecto interficiendo debet iudicare.

CCCCLXII.

1 *De argumento à coniunctis.*
2 *Signorum quædam neceſſaria,nõ neceſſaria alia,& quæ vtra que ſint.*

1 ESt etiam arg.àt coniunctis,cum dicimus multa iuua
re,quæ non prouſunt ſingula,vt in l.2.in §.ætas.de ex-
cuſ.tuto.& declarauimus alibi ſupra quo intelligatur.ad-
de nunc,ſignorũ (hæc.n. pars artificialis probationis dr̃)
2 quædã neceſſaria eſſe,quædã non Neceſſaria,cum homi
nem viuere,quia ſpirat,vel quia non ſpirat, eſſe mortuũ
aſſerimus,aut tale quid aliud,quod nulla tergiuerſatione
celari poſſit,demonſtratione euidentiſsimum, vt in c.ve
ſtra.de cohab.cleric.& muli.& in c.olim.de verb.ſignifi.
non neceſſaria verò,ſi cædem ab eo factam affirmemus,
quem fugientem vidimus,aut cuius veſtis cruenta inuen
ta ſit,vel pauperem furẽ,quia ſumptuosè viuat, quæ oĩa
nos cõiecturas,ſeu veriſimiles appellamus, minimè pro
bantes,aut iudicium facientes,ſi per ſe fuerint, ſi vero ſi
mul & coniunctè ſic cum virtus vnita ſit etiam.(vt dici
ſolet)ſeipſa diſperſa fortior.in authentica de conſangui.
& vte.fra.in fi.& non habet dubium.

CCCCLXIII.

1 *Arg.de prælato ad tutorem non valet.fallit in caſu,vide infra apophth.465.*

SOlet quoque dubitari,nunquam arg.de prælato ad tu
torem valeat,& multa hinc inde etiã congeri vſq; ad
1 ſtomachũ. Nihilominus ſcias tutꝰ non valere,ex quo pre-
latus minus legitimus, qui de iure adminiſtrare non põt
(de facto.n.dubium nõ habet,poſſe)adminiſtrat tñ in ca
ſu vtilitatis,& neceſſitatis eccleſiæ. Tutoris aũt perſona
nunquam legitimatur,niſi per iudicẽ.l. iuſiurandũ qđ ex
conuentione.§.2.& ibi no.ff.de iureiu.c.querelã. de elect.
c.in literis.de reſt.ſpol.l.1.§.idẽ Pompo.(ſingula ſingulis
reddendo).ff.quod ſal.tu.auth. Conſiderando etiã in prę
lato reperi qualẽ poſſeſſionẽ prælaturæ,in tutore aũt nõ,
ſed actum exercitij tm̃,alias ſi in eo reperiretur,haberet
etiam fructum quaſi poſſeſſioni correſpondẽtem,quẽ tñ
non habet,vt lucriſaciat,prælatus aũt ſic.Bal.& ſubtile di
ctũ aſſerit,in l.ſi is qui in ſi.ff.de eo qui pro tut.ergo nul-
lo modo valebit. Dubiũ tñ facit vt valeat,quia ſicuti ſi ꝑ
latus deteriorem conditionẽ eccleſiæ fecerit,vt omitten
do,tenebitur ad emendationẽ damni,hæres.c.placuit 2.
16.q.3.ita etiã tenebitur hęres tutoris.l.quicquid.C.arb.
iu., Etſi ſicuti ille quaſi dñs dr̃.c.2.de dona.ita etiam dr̃ tu
tor.l.qui fundum.§.tutor.ff.pro emp.l.ſi fundus.de cõdi.
& demõſtr.l.interdum.§.qui tutelam.ff.de furt. Sed nihil
eſt,qm̃ oĩno pinguius ius habet prælatus quam tutor, vt
inquit Abb.in c.edoceri.in 2.col.de reſcriptis, & in c.li-
cet Heli.de ſimo.& in ca.cum olim.in pen.de priu.leg.&
ita eſt tenendum.

CCCCLXIIII.

1 *Argum.de tutelis ad teſtamenta validum.*

1 QVid de tutelis ad teſtamenta an argumẽtum valeat?
dic q ſic.idq; ex eo potiſſimum, qm̃ ſpes heredis in
ſtituti excludit ſpem veniẽtium ab inteſtato.l. quãdiu.ff.
de acqui.hæred.l.an tequam.cõia de ſuc. & declarat Ale.
in conſi.122.incip.viſo proceſſu.in 2.col.in 1.vol.ita ſpes
teſtamentarij tutoris excludit ſpẽ legitimi,& veniẽtis ab
inteſtato.caſus eſt in l.ſi quis ſub cõditione. quam in ma
teria tutelarum ibi cæteris meliorem dicit Bal. in princ.
ff.de teſta.tutel.

CCCCLXV.

1 *Argum.de tutore ad prælatum.valet vno caſu.*

1 DE tutore ad prælatum dixi ſupra arg.non valere.adde
nũc quod fortè valebat in caſu, quia quemadmodũ
tutor non põt alienare bona pupilli ſine decreto interpo
ſito bona fide,& non per obreptionem, nec etiam præla
tus poterit abſque eo alienare bona eccleſiæ.l.1.in princ.
& ibi no.ff.de reb. eo.& hoc propter formam traditam
à lege,quæ à nullo omitti poteſt,etiam in actu fauorabili,
vt in l.qui Romæ.in §.Flauius.ff.de verb.obligationib.&
in l.conſtitutionib.ff.ad mun.& in l.certa forma.C.de iu
re.fina.lib.decimo.

CCCCLXVI.

1 *Forma dicitur a lege tradita, cum in ea reperitur clauſula decreti irritantis,ſeu annullatiua.*

QVia de forma proximè ſupra dictũ eſt neſcio quid,
adde nunc,& obiter quidẽ,eam maximè traditã eſſe
1 à lege cum in ea clauſula decretis irritantis,ſeu annula-
tiua(quod idem eſt)appoſita reperitur vt dicunt doct.in
l.1.ff.de libe.& poſth.vſque adeo vt actus nullus ſit,ſi(vt.
diximus)nõ ſeruetur.d.l.cum hi.d.§.ſi prætor.ff.de trãſ.
Sed dubito an neceſſe ſit petere ipſum annullari ea rõne
quia ſeruata non fuerit?dic q non,vt in l. quæ ſub condi
tione.in §.ſi.ff.de cond.inſti. Et in ſimili de teſtamẽto nul
lo præteritione filij.in l.poſthumo. C.de bonorum poſ-
ſeſſione contra tabulas,& eſt verum. Sed tamen ſcias alle
gari ſaltem debere,vt de notorio alibi inquit gl.in clem.
appellanti,de appellat.& in l.ſi adulterium cum inceſtu.
in §.2.idem Pollioni.ff.de adulter.

CCCCLXVII.

1 *Arg.de tutore ad procuratorem non valet.*

1 SImiliter quia de decreto ſumus loquuti,ad argumenta
redeuntes,ſciẽdũ eſt de tutore ad procuratorẽ nõ vale
re,qm̃ in tutore decretũ requiritur.l.ſi.C. arbit.tutel.pro
curator autem ſola voluntate conſtitui ſolet,ita Bal. in l.
ſi.ff.de contraria actio.tu.& non poteſt negari.

CCCCLXVIII.

1 *Argum.de hoſpitalarijs ad epiſcopum, aut contra num valet, & quare.*

1 ARgumentum de hoſpitalarijs ad epiſcopũ,vel econ-
trà,non valet,qm̃ hoſpitalarij tenent locum curato-
rũ & vendere non poſſunt bona hoſpitalis ſine ipſius epi
decreto. l. orphanotrophos. C.de epiſcopis,& clericis,
imo plus nec adminiſtrare,niſi inuentarium conficiant,
ad diam patris in bonis aduentitijs filij,qui liberã habet
adminiſtrationẽ, vt nota.in l. cũ oportet.in §.non aũt.in
princ.C.de bonis quę liberis,& per Spe.in ti.de inſtrum.
edi.in §. ſi. in 5.col.epiſcopus aũt vendit tanquam pater
pauperum,& decreto non indiget, qm̃ oportet id ipſum
à ſe ipſo accipere, haud quaquam dicendum.c.fi.de inſt.
l.ille à quo.§.tempeſtiuum.vbi bo.tex.ff.ad treb.l.in emp-
tio.§.ſi.ff.de contrahen. emp. & probatur ad propoſitũ

in §.si quis in auth.de eccles.tit.& sensit Bal.in l.si prædia. C.de reb.eo.qui parantur tamen tutorib.eorum que officio funguntur.vt in §.fina,in authentica.de eccle. titu.in principio.

CCCCLXIX.

1 *Prælatus in bonis ecclesiæ,et pater in bonis filij aquiparantur & de vno ad alium valet argumentum.*

1 DIximus supra de platoad tutorē arg.nō valere,quid de patre,an prælato æquiparetur & valeat ar.de vno ad alium? Dic breuiter ꝙ sic,quia prælatus vtitur reb. ecclesiæ,& ex eis percipit dictum, comparaturq; vsurario, vt in c.2.de dona.& in c.fi.de pecu.cle.& not.in c.cum ab omni.de vi.&ho.cle.Et idem facit pater in bonis filij.l.1. C.de bo.ma.& supra proximè dictum fuit,adeo vt ab eis procurator etiam constituatur ante lit.cōtestatam,quod in tutore non est vsquequaque considerabile, aut dicendum,& in specie sentit Ale.& bene,in l.neque tuteres. in 2.col.C.de procura.

CCCCLXX.

1 *Argumentum de procuratore ad curatorem non valet.*

1 QVid de procuratore ad curatorem,an valeat? Respō de ꝙ non,quia curatoris officiū nō finitur anno 25. nisi ipse,vt suspectus,remoueatur,& sic ad voluntatē reuocari non potest,procurator aūt sic.lege tutorem.C.qui tuto.dar.possl.l.1.C.de satisd.l.ante litem.ff. de procuratoribus.Et hinc dicimus(hæcq; alia erit differentia,qua demonstrabitur omnino valere) quōd maritus potest esse procurator vxoris , sed non curator,l.maritus.C.qui tuda.po.l.2.& ibi idem Alexand.not.C.de procat.ergo non valebit.

CCCCLXXI.

1 *Argumentum de appellatione ad restitutionem in integrum an valeat.*

1 DVbium est an argumentum de appellatione ad restitutionē in integ.valeat? & magis cōiter concludi vt non valere,idq; ex eo maximè,quia appellatio extinguit & suspendit pronuntiatum,extinguit inspecto pśenti statu,suspendit verò respectu futuri,quia pōt sententia confirmari per desertionem appellationis,vt declarat Ale.in l.1.in princ.& de re iud.vsque adeo vt si secundo appellatur appellatio non releuet,quia semel suspensum aliter suspendi non debet.ſm Bar.in l.cum procurator.in §.1.in 1. col.ff.de no.oper.nuntia.ꝙ tñ minus rectè dictum vī, & confunditur per text.in l.sed si manente.ff.ne preca.& in l. Valerianus.ff.de præto.& in specie ipsum reprehendit Bal.in c.1.in §.sancimus.in 2. col. quo temp.mil. in vsib. feudo.extinguit igitur & suspendit,nec prima appellatio absorbet secūdam, vel etiam millesimam si fiat infra. 10.dies,in integrum restitutjo vero suspendit tantū,vt dicit Bar.in l.illud.ff.de appel.& in l.1.C.si adue.lib. & Ale. in l.si causa cognita.in prin.C.de trāſ.Sed dic tu ꝙ est text. non in l.præfecti etiam prætorio.ff.de mino.vbi pfectus prætorio restituit,& tñ ab eius sententia non appellatur. ex quo appellatio iniquitatem sententiæ continet,& restitutio in integrum est erroris proprij veniæ petitio,vel aduersarij circunuētionis allegatio.& in l.1.& 2.C.si vnus ex plu.appella. Et rōne etiā suadetur,qm̄ sententia in causa appellationis.pōt ex alta causa cōfirmari , quam ea, quā iudex assumpsit.l. Titianus,ff.quod cum eo,vbi alias in restitutione in integrum secus,ſm Bal.in l.si is ad quē .ff.de acq.hære.difficultatē tñ facit tex.in l.præses.ff.de minor.quem ad idem inducit idem Bal.in l.1.in §.eum qui in 1.col.in 1.lect.ff.de postul.& in l.minor. in princ. in 1. lect.ff.de minor.Sed nihil est si bene legatur,qm̄ esto, ꝙ minores ætatis beneficio consequantur , quod maiorib. interposita appellatio præstat,vt ibi dicitur,non propter rea elicitur de vna ad aliam argumentum valere.Vel dicamus non valere regulariter , quamuis fallat & limitetur in aliquibus.per supra dicta.

CCCCLXXII.

1 *Argu.de factoribus & institoribus,ad medicos, procuratores, & aduocatos non procedit.*

1 NEc etiā arg.valet de factorib. & institorib.ad medicos,siue ēt procuratores & aduocatos. Et ideo licet marito imputandum sit, quia medicos habere non curauerit pro vxore infirma,quos tñ in loco insigni iuris præsumptione habere poterat,adeō vt dotis lucro priuetur, & pari modo alteri , qui procuratorē mittere tenebatur, si non miserit, non tñ imputandum est ei qui factorem vel institorē non mittit , & quoniam quandoque etiam in loco insigni de facili haberi non possunt , vt notabiliter declarat Bart.& nouum esse asserit,in l.idem quærit. in princ.ff.pro soc.

CCCCLXXIII.

1 *Arg.de sententia ad libellum valet in eo , quod vtroque casu impropriantur verba,vt sustineantur.*

2 *Arg.de sententia ad testamentum an valeat.*

1 ESt etiam. & aliud de sententia ad libellū, in quo multa dicunt Scribent.sed id vnum prętermisisse videnſ, maximè valere, quia vtroque casu impropriātur verba, vt sustineantur.l.& puto.§.1.ff.famil. ercis.l. si quis intentione ambigua.ff.de iud.& per Inn.in c.examinata.de iudi.Considerando etiam,ꝙ sicuti sententia verbis directis concipi debet,non obliquis, ex quo cōdemnatio vel absolutio per mediam personam in alteram personā transire non potest,vt in l.fi.C.de iniu.Ita etiam cōcipi debēt libellus.l.nostris, & ibi no. C.de calum.& clarius in c.grave.de sen.excō.& in c.Episcopus.12.q.2.& in c.sicut.7.q. 1.& sentit Bal.in l.si cautiones.in 3. & 4. col.C.qui accusare non pos.& ideo bonum verbum dicebat idem Bal.in l.legitimos.in prin.ff.de leg.tut.ꝙ si iudex diceret sic,do,declaro,& decerno te tutorē legitimum,decretum & sentētia non periret,quamuis iudex legitimum tutorem dare nō possit,qm̄ verbum declaro, cōe est ad omnem tutelā, & vbi ponūtur verba apta & inepta, potius apta quā inepta attēdere debemus.Et est impropriētas vtrobiq;, quā tollerat natura iudicij, quemadmodū alibi natura rei , vt in l.sed & si possessori.in §. sed etsi rerum.ff. de iureiur.& alibi natura contractus,vt in l.si vno.ff.locat. vel intellectus,cōis,vt in librorum.in §.quod tñ.Cassius.ff.de leg.3. seu partium consensus,vt in l.si tibi.ff.si cer.peta.& hac ratione etiam de sententia ad testamētum valere deberet, quia pari modo verba testatoris impropriantur,vt eius voluntas saluetur.l.in ambiguo.& ibi Bar.ff.de reb. dub. & dixi ego in l.præcib. in 2.lectura. C.de impub.& alijs. substitut. quod tamen non firmo ex toto , vt in l.1.C.si plur.vna. sentent. & in lege, in testamentis (singula singulis reddendo.) ff. de regul.iur.& in capit. cum dilecti, de dona.

CCCCLXXIIII.

1 *Argu.est quod sumitur à possibili & soluitur per contrarium possibile.*

1 ARg.etiā est,ꝙ sumitur à possibili,& soluitur per contrariū possibile,vt in l.si reus paratus,& ibi Bal.declarat in 2.col.& bene.ff.de prob.vbi possibile erat debitorē non calūniari,ex quo fortè pecuniā non habuerat ad manus,ergo cum ad alterū possit se habere,in meliorē interpretabitur partem l.merito ff.pro soc.c. iuuenis. de spons.a.c.significati.de homi.l.si pupillus.§.1.ff.de reb.eo.l.cū proponas.C.de interdict.matrimo.

CCCCLXXV.

1 *Arg.à communi vsu loquendi quando valeat.*

1 ARg.etiā valet à communi modo,& vsu loquēdi,vt in l.appiculus.ff.de verb.signifi.& in l. si ita fuerit libertas relicta:ff.de man.testam.& in l.librorum.in §.ꝙ tñ.ff. de leg.3.sed tñ non multum vrget, ex quo nonnunquam homines abusiuè loquūntur , nec proprijs nominib. aut vocabulis semper vtuntur.l.non aliter. §.1.ff. de legat.3. per quem tex.ita etiam in not.casu dicebat Oldr.de ponte,in consi.180.incip.quæst.in fi.& adeo verum est idipsum valere,vt priuilegium,& quelibet alia dispositio interpretationem recipiat à communi vsu loquendi, dicit Alex.alibi in l.Centurio.in prima column.ff. de vulga.& pup.substit.

CCCCLXXVI.

1 *Arg.à proportione commodi & incommodi,quando valeat.*

1 ALiud etiam omittēdum nō est , quod à proportione cōmodi,& incommodi appellatur,tritū alias, sed non tandum si hoc modo deducatur , vt in l. ſm naturā.ff.de reg.iur.& in l.vnica in §.pro secundo.in fi.C.de cadu.tol. & specialius inducendo,pulchram decidit q.quia duo nepotes ex vno fratre , & vnus ex alio , in feudo succedunt in capita,& non in stirpes, ex quo seruitium eo modo ēt diuidi solet.adeo vt argumento(sicuti diximus)sumpto à proportione commodi,& incommodi , successio etiā eo modo debeat regulari,non tutum tamē, & si de se verissimum sit.Idcirco egregia Bal.distinctio videnda est in authen.cessante.in 2.col.C.de leg.hæred.

CCCCLXXVII.

1 *Arg. de commendatario ad visitatorem an valeat.*

1 DVbitabā alias si argui posset de cōmendatario ad visitatorem,& dicebam breuiter ꝙ sic , quia sicuti cōmendatarius beneficij cui datur, fructus suos facere non pōt,pari modo visitator prohibetur,vt in c.nemo.de electio.in 6.& c.obitum,& in ca.cantionis.61.dist. æquiparatur item Canonico , quia nec ille contractus facit, nec iste præbendam locat vltra tempus vitæ suæ, vt in c.fi.ne præla.6.ſu. declarando tñ quod dixi de præbenda,nisi id ex causa rōnabili faceret,& de consensu episcopi,vt in c. præterea,& in c.significauit,de censi.& est ar. in l. si homine.ff.mand.& ideo quia quandoq; id ipsum facit prælatus,& tertio.vt in c.secundo. de præca. & not.in dict.c. fi.dicemus de eo ad prælatum non valere,quoniam tantam potestatem vt prælatus in bonis ecclesię habere non videtur,iuxta not.in c.qui plures.21.quæst.1.& in d.c.ne mo,& tradit latius Gem.in consi.17.incip. præmitto. in secunda colum.

CCCCLXXVIII.

2 *Arguere non licet ab vno effectu deportationis.*

1 QVid si ab vno effectu deportationis argueretur,num quid arg.valeat? puta si dicatur sic,banniti, nostri tēporis equiparantur deportatis quia eorū bona publicantur per legem,vel cōsuetudinem,vt eorum qui deportantur dic ꝙ non,sicuti nec valet si dicatur sic,asinus nascitur & moritur vt homo,ergo asinus est homo,seu homini assimilandus,& hinc est ꝙ vt plurimum ablentes condemnantur,in deportatis haud cōsiderabile.l.absentem.ff.de pœni.& latè not.Bal.videndus omnino in l.1.in 2. col.in fi.C.de hær.inst.& est menti tenēdum, quia seruit ad not. in l.de quibus,in prin.& in l.non possunt.ff.de legi.& in l. curatoris.C.de neg.gest.

CCCCLXXIX.

2 *Arg.de adoptione ad sacerdotium valet.*

1 SOlet etiam argui de adoptione ad sacerdotium, nunquid idipsum rectè fiat,&.tale argumē.admittatur.Prima facie dicendum videretur ꝙ non,ex quo adinuicem nihil commune habere videntur.ar.in l.naturaliter.in §. nihil cōe.ff.de acq.po.& nihilominus contrarium est verius,quia si quis legatum Titio reliquisset tanquam sacerdoti non debetur nisi Titius se sacerdotem probauerit, vt in simili de adoptione dicimus in l.eam quam.C.de fideicommis.& ibi hoc idem Bald.not.& bene,si sui ipsius gratia tm̄ sacerdos agat, & non ecclesiæ,qm̄ alias etiā per putatiuum acquireretur,& idem quando qualitas sacerdotij non esset appolita per modum finalis causæ,vt in l. peto.in §.matre.in arg.tamen.ff.de leg.2.& in l.ossa.in fi. ff.de religio. & in l.tutor.ff. de his quib. vt indig. & not. idem Bal.in l.etiam.in prin.C.de fideicom.& est annotatione dignum.

CCCCLXXX.

1 *Arg.valet de synagoga quo ad Iudæos, ad ecclesiā quo ad nos , & quo modo.*

1 DE synagoga ſquo ad Iudæos,ad ecclesiam quo ad nos valet etiam arg.cumq; interrogatus fuissem,dixi me id legisse.idq; Bal.notabiliter dicit in consi.428.incip. sanctissimè.in vlt.col.in 5.vol.post Arch.tñ in c.eccles.de cō secra.dist.1.& non ab re , quia sicuti illa congregatio dr, ex quo virga legis , quæ erat dura & aspera , populus ille velut irrationabilium pecorum grex congregabatur. Ita ista fidelium conuocatio appellatur,verbum Christianis hoibus conuenientius , ex quo amore spiritus sancti ad vnam fidem,velut ad Dei iudicia, & ad Christi conuiuiū simul vocantur,vt pœnas audiant, & præmia futuri seculi,& hoc est quod dicebat Pau.ad Ro.c.8. quos prædestinauit,hos & vocauit, & quos vocauit,hos & iustificauit, & no.etiam Abb.in rubr.de consecra.eccles.vel alta.Sed notabilius tu addas ex alio esse verū,quia sicuti apud nos excommunicatus communione fidelium priuatus esse intelligitur , & nullam pœnam excommunicatione esse maiorem,vt in c.corripiantur.24.q.3.& in l.hi qui sanctā fidē.C.de apostā. ita apud illos prubro maximo datur , si quis extra synagogam ejiciatur,vt Io.9.ibi.Iam.n.conspirauerant Iudei , vt si quis cæcum confiteretur à Christo illuminatum,extra synagogam fieret,quamuis hodie ex frequentia fere contemnatur,quia prælati nostri tempo ris immediatè pro qualibet causa,vt alibi dixi, eam fulminant,vbi alias à suspēsione , & interdicto incipere deberent,secundum Abb.& bene in c. clericos. de cohabi. cleri.& mul.& ad propositum nota quod Christianitatis bannum applatur , vt inquit idem Abb. in c.2. de purga.ca.in princip.

CCCCLXXXI.

1 *Iudæi quibus nominibus appellentur.*

QVoniam de Iudæis mentio supra proximè facta est, vōlo vos unum non ignorare,eos nō solum Iudæos
1 à loco,verum etiam alijs nominib.aliaq; de causa appellari solere,quæ hic scribere institui , & primū Sabbatarios, à die sabbati.i.quietis obseruātia,qm̄ Moses Damascena patria antiqua repetita monte Synai occupauit,& septē dierum ieiunio per deserta Arabiæ cum populo fatigatus diē septimū sabbatū.i.diem quietis appellauit.Deinde Verpos,iuxta illud Martial.epigramma.li.7.Delapsa est misero fibula Verpus erat, idq; ob turpē digiti Verpi vsum,q medius est,& infamis appellatur, ac impudicus, forte quia in ignauiæ exprobrationē mōstrari à maioribus solitus est, vel vt alij aiūt,quia cum longitudine cæteros præstet parum sine alterius adminiculo valet,qūque Recutitos,ex quo pueris cutis inguinis præciditur,& succrescit,quasi noua cute recti videntur,indeque Appellas.i.sine pelle,quod & idem Martial.eo.li.testatur dicens. Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum,& in Sermo.Hora.(singula singulis reddendo)ibi,credat Iudæus appella.

CCCCLXXXII.

1 *Mulieres in Aegypto quod pepererint vno partu septē filios, vnde procedat.*

1 MIrum quodāmodo vī dicere mulierē filios septem parere posse,ita vt hæc, & similia fabulis annumerentur,& nihilominus testaī Paulus multas Aegypti vno vtero totidē peperisse.in l.antiqui.ff.si pars hæred.petat. & alij alibi in l.Arethusa.ff.de stat.hom.& in l. si pater.ff. de sol.Adde tu,& perpetua obseruatione erit dignum, id fortè euenisse,qa vt Trogus, & soli aut grauissimi authores, fœtifero potu Nili illis in locis non tātum terrarum, sed & hominum etiam materna arua fœcundantur.

CCCCLXXXIII.

1 *Ebrietas multorum malorum causa , propter eam tamen vt propter adulterium mulier non reijcietur , nec dote priuabitur.*

1 EBrietas ſquantū mali afferat,& quantum detestabilis sit,nemo est qui nesciat,vsque adeo vt veteres eam, voluntariā appellauerint insaniā.Cui si assuescat,iā in furorē trāsit,qua de re Noe primū nudauit fœmora , & nisi ebrius fuisset Loth,libidini nō miscuisset incestū,nec Holofernes à Iudith interfectus fuisset. Sed tñ adde , ꝙ licet alias mulier adulterij prætextu possit reijci,& dote ēt priuari,vt in l.consensu.C.de repu.& in l.fi. C.ad legē Iul.de adult.& in c.plerunque.de don.inter vir. & vxo.quæ cedat lucro mariti, & filiorum , adeo vt etiam post mortē

ipsius iudicium instituti possit,non tñ reijcietur,nec dote priuabitur,si inebrietur,quia inebrietas non est,vt adulteriũ,de moribus pudorem matrimonij lædentib.vt no.in l.rei iudicatæ.in 3.col.ff.fol. mat. & est quotidianum , ac memoriæ commendandum semper.

CCCCLXXXIIII.

1 *Intellectus l.quod maior.ff.ad municip.*

1 REcordor me dixisse multa ad intelligẽdum.l. ꝙ maior.ff.ad munic.in c.cum omnes. de const. ꝙ maior pars,& totum æquiparantur,& ad idem etiam est bonus tex.in l.2.& 3.C.de præd.decu.li.10. Adde nunc , ꝙ solus numerus vocem habẽtium,dr̃ maior pars in actib.publicis,& collegiatis,in alijs vero ponderantur, qui sint ditiores,& meliores ciues. Ita Bal.& bene,in l.& suum.in §.hodie.in fi.ff.de pact. Rursus vbi vniuersitas exercet actum necessarium & consuetum,duæ partes sufficiunt, & tunc idipsum oẽs fecisse videntur.d.l. quod maior.alias secus. l.j.in prin.ff.de mag.conue.& ibi Cy.no.idemq; Bal.post Inno.in d.c.cum omnes. Vltimò not.ꝙ non habet locum in iurib.singulorum,nisi in casu l.maiorem.ff. de pact.& consilio.de curat.furiol.& fuit verbũ.Ang.in l.4. in §.Cato.ff.de verb. obl. quem in not.quæst. refert & sequitur. Nel.de S.Gem.in tract.ban.in 3.parte.2. temporis in 39. q.inci.quæritur.in vlt.col.

CCCCLXXXV.

1 *Dispositione quantumcunque generali nunquam quis videtur disponere de eo,quod non est suæ potestatis.*

2 *Intellectus l.de eo ancillam.C.de rei vend.*

1 HAbemus tex.in l.Lucius.in §.Imperatores.alias est. §.pro infante.ff.ad Municip.dicentem,ꝙ in † dispositione quantumcunque generali nunquam videtur quis disponere de eo,quod non est suæ potestatis,& idem in l. si pater.ff.quæ in frau.cre.& in l.curatores.in §.fi.ff.de admi.re.ad ciuit.perti.& in c.in generali.de contro. int.do. & agna.in vbi. feu. quæ iura in no.q.inducit alibi Ro.in consi.c.199.inci.in proposita consultatione.in 2.col.& in cons.48.inci.inspectis.in 1.& hinc est,ꝙ in l.si vero.in §. de viro.vt ibi idem Ro.dicit in 4.col.ff.fol.mat.(& est intellectus)consensus,quem præstat vxor marito manumittendi seruum dotalem,non inducit donationem iuris patronatus, quod infligitur ex ipsa manumissione, ex quo donatio inter coniuges est prohibita, nec præsumitur eã voluisse donare id,quod in specie non poterat, quodque non erat(vt diximus)suæ potestatis, in socero haud considerabile. Idcircò quia tunc donatio facta præsumeretur, ratione coniunctionis.l.si seruus cõis.ff.de don.int.vir.& vxo.& hac de re non mirum etiã si dispositio prædicta in eo sic manumittente locum non habet,de cuius veritate tñ dubito per tex.in l.quod autem.in §.fi.& in l.3.in §.prohibetur.ff.de don.int.vir.& vxo.& not.scriben.in l.ñ cõstãte.ff.fol.mat.regula tñ.d.§ Imperatores, verissima est, vsq; adeò vt necessario dici possit , secus si disponatur de eo,quod est in potestate disponentis, & nihilominus videmus,ꝙ si maritus † obligaret omnia bona sua,non intelligeretur tñ obligasse dotalia, quamuis eorum sit dominus.l.doce ancillam.C.de rei ven.testaturq; Alex.in l.pater filiam.in prin.in 2.col.ff.ad leg. Falci.& verè quidem, vxor autem fictè,vt filius viuente patre,alias obstaret regula.l.si vt certo. §. si duobus vehiculum.ff.commoda.vt not.Porc.Instt.quib.alie.li.vel non.in princ.in 3. col.& ad propositum fuit verbum Bal.in d.l.si cõstante.in §. si maritus.in prin.per illum tex.ff.fol.mat. Sed respondet vt alibi,aliter tamen diximus, ꝙ cum dominium non sit liberum,sed restitutioni subiectum,perinde est ac si non esset dominus.l.1.ff.de dona.l.hoc legatum.ff.de leg.3.& iõ incidens arbores fructiferas tenetur lege Aquilia.l.sed si proprietarius.l. sed si hæres.ff. ad legem Aquil.& not.in specie Alexã. in l.diuortio. in §.si fundum.in 3.col.ff.fol. mat.quod ad d.l.doce ancillam.intellectum quoque semper mẽti tenebis.

CCCCLXXXVI.

1 *Appellatio,si quis alieno nomine appellauerit,tenet,quamuis mandatum non habuerit,& non solum in ciuilibus , sed etiã in criminalibus.*

2 *Arg.de ciuilibus causis ad criminale non indistincte procedit.*

1 ALiam l.habemus aliud dicentem,ꝙ sit quis nomine alieno appellauerit,appellatio tenet, quãuis mandatum non habuerit,& non solum si ciuilis causa fuerit, & coniunctorum,verum etiam si criminalis,& aliorũ, mo reo quoque inuito pacisci poterit,ad eius vtilitatem,ẽm Bal.in l.bonorum.in fi.ff.rem rat. hab. & sentiunt Doct. in l.transigere.vbi ego etiam multa.C.de transac.& est similе in l.1.2.& 3.ff.de lib.caus. quod tamen intellige verum , vt idem Bal.dicit (& est not.intellectus)præterquã in crimine notorio.in l.raptores.C.de episc.& cle.& si dubium sit,an idem qualitercunque fieri possit , & extendi dispositio.l.1.ff.de bon.eor.qui sibi.ip.mor.consci.etiam ad alios,quod cum alibi scripserim,cõsulto nunc prætermittendum puto,& notãdum ad propositum, ꝙ licet de ciuilib.ad criminalia procedat argumentum vt supra, at tamen † erit ex alio differẽtia inter vnum & aliud iudiciũ, ex quo in ciuilib.ratificatio requiritur,si appellantis non interfit,nec mandatum habeat,in criminalib.autem nõ, cum id cognatio naturalis suadeat.l.vt vim.ff. de iusti. & iur.& declarat in specie Bald.in c.cum inter.in 2.colum. de electio. & erit ad l. absentem.ff. de pœniten. limitatio, vt argumentum de ciuilibus ad criminalia quantum ad hoc (vt diximus) non procedat,quam not.& tene menti.

CCCCLXXXVII.

1 *Criminaliter morte extinguantur,attamen lucra turpia propter crimina ab hæredibus extorquentur.*

1 ET si crimina † morte extinguãtur.l.1.2.& 3.C.si re.vel accus.mor.fue.e.quorundam 33.distinctione,& diximus alibi supra,attamen sciendum est nunc lucra turpia propter crimina ab hæredibus extorqueri , casus est not. in l.in hæredem.ff.de calum.& est simile in pœna,quę pari modo ad hæredem non transit,& nihilominus actio ꝙ metus.caus.transit,ne transeat etiam ad compendium ipsius,quod turpiter quæsitum est,vt in l.quod diximus.in §.fi.ff.quod met.caus.

CCCCLXXXVIII.

1 *Iudex non malè facit, si in dubio fert sententiam contra fiscũ, contra quem etiam interpretatio fieri solet , fallit in causa animæ.nu.2.*

1 IVdex non † malè facit,si in dubio fert sententiam contra fiscum,contra quem etiam interpretatio fieri solet , vt in l.non puto.ff.de iur.fisc.quem tex.Matthes.in sing.71. inci.not. vnam regulã. intelligit quocunq; modo dubiũ sit,& bene.Sed tñ adde tu secus esse in † casu animæ.l. sancimus.C.de sacrosanct.eccle.& no.Inno.in c. per venerabilẽ. de electio.mirabileq; vr̃ ius publicum & diuinum alio casu æquiparari,illo autem non. l.fi.C.de sacrosanc.eccl.& potest exemplificari, qñ fit mentio in l.de fructibus , qñ intelligitur deductis expensis , præter quam in decimis prædialibus,ac gabellis,ex forma statuti soluendis , vt in c.tua nobis , & in c. pastoralis. de deci.& in l.1. vbi etiam Salicet. C. de fruct. & lit. expen. & latius quam alibi per Bald.Pau.de Castr. & Alexand.in l.fructus.in princip.ff. solu.matri.

CCCCLXXXIX.

1 *Iniuria non fit volenti,quod multis comprobat.*

2 *Muliere raptui consentiente an pœna raptus rapienti remittatur.*

1 TRita regula est,volenti iniuria † minimè fieri.l.1.§.vsque adeo.ff.de iniu.l.cum donationis.C.de transa. c. sciẽti de reg. iur. in 6.& hac rõne dicebãt Doct.in l.2. C. de bono.posses.contra tab.filium præteritũ in testamẽto patris posse ꝑteritioni de se factæ oĩmodo consentire,& alibi in l.pręcib.C.de imp.& alijs subst. ꝙ mater iuri suo renuntiãdo efficit,vt substitutus ex tacita pupillari admittat,ꝙ alias & regulariter excluderet,vt ibi not.& in l.fin. eod.tit.Et alibi Ro.ꝙ licet pertransitum ad secundas nuptias mariti aĩa contristetur,eo quia eidẽ iniuria fieri videtur,

detur,vt in §.quæ vero.in ver.nos igitur.in auth.de nupt. non tñ contristabitur,si cõsentiat.in cons.220. inc. ex theмate.in 2.col.& alibi Ang.in l.si vnus.in §.pact'.ff.de pa. ꝙ si consenserim vt me percuteres,nõ potero agere ꝑ te actione iniuriarũ , subijciens tñ, & est not.dictũ,ꝙ licet agere non possim ego,poterit tñ iudex pro interesse publico,& ante eum Bar.in d.§.vsq; adeo.quem tñ Dec. in l.nemo.in.fi.ff.de reg.iu.impugnat, ex quo consensus tolli,ne delictũ sit,ergo reipublicæ ius quæsitum nõ erit, & male ac ꝑ tex.in c.si diligenti.de foro cõpetent. & in c.cõtingit.de sent.excom.& alijs alleg.per Bar.& Ang.in locis prædictis,& non habet dubiũ. Et põt vltimo loco ex eo etiã comprobari,quia cõsentit † mulier,vr rapiatur,& tñ pœna rapienti non remittitur,ẽm Dy.in d.reg, sciẽti, & Scribẽ.in l.raptores.C.de epis.& cle. & Bar.in auth.de rap.mulie.in fi.dictum tñ non vsquequaq; tutum, nisi distinguamus,& est singularis distinctio,ꝙ aut mulier voluit simpliciter , aut verbo suasa,vt primo casu parcatur rapienti,secundo vero nõ ita Bal.in l.1.in pen.col.C.eo. & id quidem per tex.in l.3.in §.si quis uolentẽ.ff. de libe. ho.exhib. Cuius etiam meminit idem Dec.ad aliud tamen ubi supra in 1.col.cogitabitis.

CCCCXC.

1 *Institutio,exhæredatio, aut legatum in alterius arbitrius conferri non possunt matrimonium autem sic,& quæ sit ratio.*

1 ET si dici soleat † institutionẽ, seu exhæredationẽ,uel legatum in alterius arbitrium cõferri minimè posse. illa institutio.ff.de hær.instt.l.captatorias.C.de milit.test. l.captatoriæ.ff.de leg.1.& no.Bal.(singula singulis reddẽ do)in l.1.in 2.col.C.de lib.prete.attamen in matrimonio est secus.c.super eo.de cond.appor.& non bene,qm̃ idipsum est de iure diuino,ut Gen.c.1.& 2.legitur, usq; adeo ut solus consensus sufficiat,qualitercũque habeatur,ubi testamentum alias dependet ex gratia,quia confertur in illud tẽpus mortis.cuo testator non est futurus dñs , & ideo satis est ꝙ ipsi cõmittat libera testandi facultas, ẽm Abb.ibi in 1.col.& not.dictum est,ad aliudque mirabile, qm̃ specialia multiplicari non debent,ut in l.1.C.de dopro.& in l.cum posit. in §.gener.cum simil.ff. de iur.dot. considerando etiã ꝙ si speciale est in matrimonio , alijs casib.puta quod eo pretextu pluralitas actuum præsumatur,ne cõsundatur probatio stans pro eo,vt in c.per tuas. secundum intellectũ Host.eo.tit. Item ꝙ de legatis factis vxori eorum,quæ ipsius causa parata erant, non detrahitur falcidia,vt in l.si vsusfructus.in §.dos.ff.ad legẽ. Falcidiam,quem tex.dicit non esse alibi.Bal. in c.iurauit.in fi. de prob.Nec habeat locum pœnitentia in contractib.innominatis ẽm Bar.in l.si pecuniam.ff.de conditi.ob caus. & similibus erit & ita multo magis rõne prædicta.Et ad idem quoque sciendum est,ac rursus contra hanc regulã dispensatum fuisse in casu,qm̃ pater filio pupillariter substituit,& tamen substitutio ipsa testamentum filij appellatur.§.igitur Instit.de pupillar.substitutione l.moribus & ibi per Do.ff.de vulg.pup.sub.

CCCCXCI.

1 *Vsus procuratoris licet sit quam necessarius,attamen non interuenit,procurator in capitalibus, & publicis causis,intelligе tamen defendendo, secus accusando.nu.2.*

1 LIcet vsus † procuratoris sit quã maximè necessarius, vt qui rebus suis superesse non possunt,vel nolunt,saltem per alios agant,& conueniantur.l.1.ff.de proc.& ibi gl.Attamen fallit in causis publicis, & capitalib.vt in l.penul.in §.ad crimen.ff.de pub.iud.& in l.seruum quoque. in §.publice.ff.de proc.& in c.veniens.de accusa.Sec contra causa capitalis est ꝙ seruus in seruitutem reuocetur, & tñ accusatio põt a patrono per procuratorem institui, tex.est in l.fed & hæ.in §.patronus.ff.de procur. Solue tribus modis,Primo ẽm gl.ibidem,ꝙ non solum statũ, sed etiam commodum pecuniarium respicit, & potius actio quam accusatio dr̃,in l.pen.C.de lib.& eor.lib. Vel secundo ꝙ loquitur , & est verum ,fide eo castigando agatur, non si de eo in seruitutem reuocando,vt similiter gl.ibidem dicit.Quarum neutra placet,non ista quia est contra generalitatem illius.§. non illa quia status principaliter consideratur,ergo id debet attẽdi.l.si quis nec causam.ff. si cer.pet.Vnde tu dicas tertiò,lllud ideo esse speciali rõne, ingratitudinis odio,quam maximè lex detestatur,vt alibi supra diximus.Sed neque ista placet,qm̃ satis est, ꝙ reuocetur in seruitutem absq; eo etiam ꝙ reuocetur per procuratorem,& est argu.in l.1.C de do.pro.& in l.cum post.in §.gener.ff.de iu.do.Vnde dicas,quarto. in accusatione † esse tolerabile,in defensione haud dicendum,quo modo loqui vr̃ iura, de quibus supra , & præsertim quia rationes prohibitiuæ,ne quis per procuratorẽ defendatur,in publicis & capitalibus causis,nõ habent locum in accusatione.quod perpetuo nota.

CCCCXCII.

1 *Actio & exceptio differunt.*

1 ACtio † & exceptio differunt, ꝙ sane dubitationẽ non habet,(diuersitas.n.nominum indicat diffinitionis & titulorũ diuersitatẽ,vt in l.1.C.de iu. emp.& in l.si idẽ. C.de codicil.& not. Gem. in c.præsentium.in §. si tesles. de test.in 6.)Sed adde melius ꝙ duo iudicia super actione pendere non possunt l.vbi cœptũ.ff.de iud.& tñ secus si super actione , aliud vero super exceptione. Ita ẽ ex persona filij non põt parer conueniri,nisi de peculio agendo,excipiendo aũt sic.ita.Bar.in l.si cum filio.in §.1.ff.de cõpen. item ius excipiendi transit contra singularem successorẽ, puta emptorem, ius aũt agẽdi non, ẽm eundem Bar.in l. idem quæritur.in §.fi. ff. pro soc.Item licet quis succumbat in exceptione,non tñ prohibetur illud in iudiciũ per modum actionis deducere dummodo non tẽdat ad eundem effectum,vt ibidẽ Bar.dicit in l.vendicantẽ.ff de euictio,& non habet dubium , præterquã in casu tñ l.actionẽ.C.de proc.vbi procurator constitutus ad agendũ, repellitur ab actione,si dominum nõ defendat,vsque adeo vt eo casu , & quantum ad effectum , de quo ibi,differre non videantur.Sed nihil est qm̃ vnum venit in consequẽtiam alterius,& est limitatio ad vulg.regulam l.diligẽter. ff.man.& c.cum dilecta.de resc.cum simil.Considerãdo etiam id esse,quia correlatiua dicuntur, quorum natura est,vt in vno dispositum in alio , vulg'.fin. C.de iud.vid. tol.& hæc sufficiant.

CCCCXCIII.

1 *Actiones semel cessæ (de directis intellige) amplius cedi non possunt.*

CVm interrogaret me heri Marsilius Madarus Licię. homo sanè doctus,& elegãs,optimorumq; morũ,& cãdidissimi ingenij,ãn quisquam semel actiones cessisset,illas posset amplius cedere.(inlellige directas, quia de vtilib. non est quæstio)ex quo cedens nihil habet,quod cedat.l. emptor,& ibi glos.not.C.de hære.vel actio.vend.& hoc quidem quia in foro quis de actionib: cedendis dixerat nobis audientib.nescio quid,respondi non posse,quãuis prima facie dubitationẽ faceret glo.in l.3.ff. pro soc.dicẽs directas adeò ossibus nostris inherede,vt inde difficulter auellantur,casus est singularis in l.non quocunque. in §. qui caium.ff.de leg. 1. & per quæ iura ita etiam dicebat Ang.in l.ex legato.C.de leg.& est no.ampliatio ad regulam l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb sign.vt si quo casu procedat isto procedere videatur cessione(vt dixi)semel facta actionum directarum . Etsi apud cedentem remaneant,non posse amplius fieri, & limitatio ad regulam l. si quando.ff.de lega.1.& in cap. si Papa de priuil.in sexta. cum vulg.quoniam remaneret. apud cedentem inutiliter,& sine effectu alicuius operationis , quod nota & tene menti.

CCCCXCIIII.

1 *Condemnatio dupli procedit contra negantem ex lege Aquilia si damnum per iniuriam dedisse probetur, intellige tamen in condemnatione facta ab homine,non si à lege.nu.2.*

1 COntra † negantẽ ex aquilia,si damnum per iniurtã dedisse probetur,dupli procedit cõdẽnatio. inquit tex. in ꝑ negantẽ. C. ad leg. Aqui. & in §. oẽs.& in §.& ex ma-

leficijs.inſt.de actio.& idem perfidia negantis contractũ factum neceſſitatis cã dicendum eſt,vt in l.1.§.1.in ver. merito.ff.depo.& in caſu auth.cõtra qui propriam.C.de non num.pecu.& religionis fauore,vt in §.fi.Inſt.de obl.q̃ ex quaſi cõtractu naſ.vſq; adeo etiã, vt nouo libello opus non ſit,ſm Bal.(quod vſ mirabile)in l.1.in 6.col.in fi.de fur.Sed tñ ſcias velim(& eſt not.limitatio)hoc ipſum nõ eſſe verum generaliter,ſed in caſu tantum, qñ condem-
2 natio fit ab hoſte,qm̃ ſi à lege ſecus,ex quo fieri vſ tãquã contra confitentẽ,& non tanquam contra negantem, vt in l.ſed ſi damnum.in §.ſiue autem.ff. de pecu. & ibi Bal. no.& fuit limitatio Bar.in l.id quod ſeruo.in §.1. per illũ tex.ff.de pecu.lega. vtilis propter ſtatuta imponenria pœnam ipſo iure,vt nunquam augeatur contra negãtẽ,quia condemnatio quæ fit à lege, ipſo iure fieri vſ tantum,in ſimplum,tanquam(vt dixi)contra confitentem. Et nimirum addas, quia regulare etiam eſt factum vnius diſtingui à facto alterius,mitiusq;agi cum lege,, quam cum homine,vt in l.Celſus,de arb.de cuius tamen intellectu multa videas per Bar.in l.ſi inſulã.in 2.& 3.col.ff.de ver.obl. & non habet dubium.

CCCCXCV.

1 *Argumentum de toto ad partem, & contra,frequẽs eſt& probabile,intellige tamen ſi eadem ſit ratio totius & partis,ſal lit tamen in iure accreſcendi.nu 2.*

ALiud ſingulare verbum ad dicta ſ. proximo apophthegmate à nobis quoque hodie notãdũ eſt,ſcitis ar.
1 de toto ad partem,& econtra,frequens eſſe, & probabile,vt in l.quæ de tota.ff.de rei ven.& in l.pp litẽ ff.de exc. tu.& in c.frequens.de reſt. ſpol. quod tñ intelligendũ eſt eo tunc procedere,ſi eadẽ litẽ rõ totius,& partis,vt ibi no. & per Abb.in c.paſtoralis.in §.itẽ cum in totum. in fi. de oſti.deleg.per not.in clem.2.de reb.eccl.non alie.& plura congerit ad idem Hipp.de Marſi.in ſing.ſuis 256.inci. eadem rõ,& per iſtã regulã etiã arguit alibi Bar.in l. edita.in 4.col.in prin.C.de eden.q̃ ſicuti quis põt renuntiare liti in totũ põt idem facere etiã in parte,vſque adeo vt emendatio quoque libelli fiat poſt litẽ conteſtatã, detra hẽdo, & alibi Bal.in l.ſi hæreditas.in §.qui filiũ.ff.de teſt. tut.q̃ confirmato vniuerſali, confirmantur etiam particularia,& multa adducit Dec.in regu. cuius effectus.ff.de
2 reg.iur.Sed tñ no.(aliæ etiam ad idem& plures quidem traduntur,quas non refero)ſingularia limitari, vt locum non habeat in iure accreſcẽdi,quia eſto, q̃ decretum interuenerit in bonorum poſſeſſione agnita,(quod intelli ge olim quia hodie præſentia tantum ſufficit l.fin.C.qui admit.)haud tamen neceſſarium eſt in parte, quæ agnoſcenti obueniſſet, iure accreſcendi. caſus eſt in l.1. & ibi ego dixi in 2.not.C.quand.non pet.part. quod menti tenebis ſemper.

CCCCXCVI.

1 *Libellus ineptus dentibus lacerandus, etiam ſi reo audientia deberet negari.*

1 SOlet dici,q̃ libellus ineptus dentib. lacerandus eſt.in l.1.ff.de offi.aſſeſ.& in c.1.& vtrobiq; no.de offi.vic.ẽt ſi reo audientia deberet negari,ſm Ale. in l. vbi pactum. in 5.col. C. de tranſact & eſt vnus de modis,quibus dicimus inſtantiã perire,vt in c.examinata.de iud.& in l.1.ff. ſi menſ.tal.mo. di.& ſicut ſidem facit iudex ex officio,etiã parte non opponẽte,ita actorem,cum ei cõſtat exactis, q̃ caret actione,repellit etiã reo non petente,vt per Ale. in loco præal.imo(quod ſemper notadum eſt pro limitatione.l.ſi.ff.de rei vend.)mendacium, q̃ maximè eſt puniendum vt in d.l ſi.& in l cõtra negantẽ.C.ad leg.Aquil. & in l.1.in ver.merito.ff.depo.& in auth. contra qui propriam.C.de non num.pec.& ſupra ẽ diximus,poſt Bald. in l.1.in 5.col.C.de fur.haud punibile eſt, ſi circa actũ inualidum dicatur, puta quia libellus ſit ineptus. ita idem Bal.in l.edita.in lect.Paduana.in pe.col.C.de eden.

CCCCXCVII.

1 *Boues & alia animalia & inſtrumenta ruſtica pro debito priuato non debent pignorari,ne agricultura,propter quã multa contra ſtrictam rationẽ diſputandi recepta ſunt, deſeratur.idem ſi debitum fuiſſet publicum nu.2.*

1 COntẽtio in foro hodie fuit maxima, & coram me iudice mercatorũ,an bouest & inſtrumenta aliquè ruſtica,pignorari potuerint pro debito priuato,tũ vel maximè quia nuntij,& officiales curiæ aſſerebant,eũ, à quo p̃dicta acceperãt,aliundè non habere,vnde poſſet creditori cõſultum eſſe,& ſibi de credito ſuo ſatisfieri,& cum multa hinc inde ab aduocatis partiũ dicta fuiſſent, & eleganter quidẽ,ac copioſè,in partẽ inclinaui tandẽ, pignora reuocanda eſſe,& reuocari debere, & ita reuocata fuerunt,& ruſtico reſtituta ſaluo tñ.& reſeruato iure creditori in cæteris rebus,& bonis quæ agriculturæ nõ eſſent deputata,& bene, fauore ipſius,& quia eriã eſt multũ priuilegiata,ne ſterilitas agrorũ,ac fructuũ exinde cõtingat vt in l.1.in §.de opere.ff.de aqua plu.arcen.& in terminis eſt caſus in l.executores.& in l.pignorũ.& ſ auth.agricul
2 tores.C.quæ res pig. obligar.poſ. imo nec etiã ſi debitũ fuiſſet publicum,& ipſe ruſticus ſpõte ea pignoraſſet,haberet locum pignoratio, rõne ſupradicta.quod videtur mirabile & notandum pro limitatione regulæ l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.& in cap.ad Apoſtolicã.de regu lar.& tranſeun.ad religio.,& quia aliis publicæ vtilitatis gratia multa contra ſtrictã rationem diſputandi recepta ſunt.inquit alibi Pau.de Caſ.in l.bona fides.in 1.col.ff.depoſit.per tex.in l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil.& eſt ar. in l.vnic.in §.j.C.de cadu.tollen.& hinc legimus ob id,q̃ executio ſentẽtiæ fieri non põt, prius in bonis mobilib. quã immobilib.d.l.executores. C.quæ res pign.obligar. poſſ.quod tñ eſt regulare.l.à diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iud.nec nouum opus nũciari in iure ruſtica,ſed agi confeſſoria,vt in l.qui viã,& ibi not.ff.de no.ope. nuntia. nec compelli occupati agricolæ,meſſium tpe,ſeu vindemiarum,quouis modo venire ad ius etiam vocati,vt in l. 1.ff.de feriis. Qua de re etiam Cato cum ab eo quæreret quiſpiam,quid maximè in re familiari expediret.Reſpõdit,bene paſcere.Quid ſm.Satis bene paſcere. Quid tertium,bene veſtire.Quid quartum.bene arare, & cum ille adhuc inſtaret,quid fœnerari,tum Cato, quid hominem inquit occidere. Sentiens Cicero.eſſe, omnium rerum ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſſe agricultura melius.

CCCCXCVIII.

1 *Vſusfructus fundi ſi legetur,hæres inde boues,tanquã fundi instrumentum ad conſequendum vſumfructum neceſſarium, in præiudicium vſufructuariæ amouere non poteſt.*

1 ADidem ferè his diebus,euenit caſus,quod cum maritus quidam vxori ſuæ vſumfructum legaſſet, hæres eius boues aratorios amouit,quærebatur an id facere potuiſſet?Multi dicebãt,q̃ ſic,quia equè cõuenit ſi dicti fundi vſum fructũ cõſequi velit,vt boues ẽt habeat,& ipſum ſuo incõmodo impenſa q̃rat vulg.l.ſm naturã.ff.de regu. iur.l.vnic.§.proſecto.in fi.C.de cad.toll.& ſimilẽ qõ decidit Bal.in l.cum pater.in §.menſe.ff.de leg.2. Sed tñ contrariũ verius eſt,nec ſecus iudicatũ exiſtitit,ipſũm.ſ.d.boues amouere minimè potuiſſe in præiudiciũ vſufructuariæ vxoris,& conſequenter reponendos eſſe,ac reducendos ad locũ,vnde amoti fuerãt.Et hoc, quia fundi inſtrumentum eſſe dicuntur,ad ipſius vſufructuariæ cõmodũ pertinens,vſque adeo vt regula ſupradicta ad caſum iſtũ applicari nullo modo poſſe videatur,& eſt tex.ſing.quem ibi Bald. dicit ſemper menti tenendum, in l.item ſi fundi.in §.ſeminarios.in 1.lect.ff.de vſufruct.

CCCCXCIX.

1 *Eccleſia vnita nõ tenetur ad debita alterius eccleſia cui erat vnita contracta poſt vnionem, niſi cum ambarum vtilitate eſſent contracta.*

CVm heri paulũ de Leone,Nob.Patauinũ Iuuenẽ qui dẽ eruditiſſimũ,& ita vniuerſis natnræ dotib.ornatũ,vt nihil ſibi deeſſe videatur,Reueren. Vicar. pſentaremus,in Epiſcopali curia(volebat.n.examinari, & inſulis doctorib.inſignari prout poſtea & honorificè, ac cũ maxima.

xima omnium admiratione inſignitus fuit)diſputabatur
1 an eccleſia vnita teneretur ad debita alterius eccleſiæ, cui vnita erat contracta tamen poſt vnionem,quia ſi ante,nulla iudicio meo eſſet dubitatio,non teneri,& cum viderem rationibus partium hinc inde auditis, aliquos ſentire eam teneri, & obligatam eſſe ad debita p̃dicta, qm̃ alias vnio nihil operaretnr,quę opinio fuit Bar.in l.j. in §.ſi cohæredem.ff.ad le. Fal.& per te,l.ſi quando.ff. de leg.1.& in c.ſi Papa de priui.in 6.alios vero aliter non tñ rationi prædictæ reſpondentes,in partem negatiuam tacitè,& mecum ipſe inclinabam,& eſt veriſſimum. & domum reuerſus comperi Inno. ita tenentem in cap.paſto
a ralis.de priuile.niſi cum vtilitate ambarum contracta eſſent,quia tunc æquitas nedum ius tuaderet teneri, alias non.Nec obſt.reg.l.ſi quando & ſimilium,quia operatur hoc,q̃ vtraque erit ſub vno rectore vbi prius non erat, & aliud,quia fructus ſuperfluentes,poterũt occupari,ad vtilitatem etiam eccleſiæ,cui eſt facta vnio, vt idẽ met. Inn.dicit.in d.c.paſtoralis.quem refert & ſequitur Ale. in præal.§.ſi cohæredem in fi.& bene,& ideo dicebat ad propoſitum dictæ regulæ gl.in c.ſi duo quam.ibi in 2.colum. Geminianus extollit, de procuratoribus.in ſexto. q̃ fallit,ſi detur aliquis effectus operatiuus,vt hic, licet per omnia non ſequatur.& eſt memoriæ commendandum tanquam quotidianum.

CCCCC.

1 *Actio realis nullam præſupponit obligationem,q̃ & in hypothecaria,& in hæreditatis petitione locum habet.*
2 *Actio de peculio perſonalis eſt ei accedit fideiuſſor.*
3 *Fideiuſſor re ularitor non accedit, vbi non eſt obligatio,nec ubi quis tenetur officio iudicis.*

1 ACtio realis nullam præſupponit obligationẽ. §. omnium.Inſt.de act.ergo idem eriam & neceſſario quidem,in hypothecaria.& hæreditatis petitione.dicemus a
quia ſunt reales.l.hæreditatis petitio.C.de peti.hæred.l. ſin autem.§ ſed & is.ff.de rei ven.l.pignorum(ſingula ſingulis reddendo,)§.1.ff.de pign.& no.Bar.in proœm.digeſtorum.in §.tertij.& ideo ob id dicebat idem Bar.(q̃ maxime notandum eſt,)in l.ſi vnus in §.pactus. in 4.col. ff.de pact.q̃ licet virtus pacti de non petendo, ea ſit, vt naturalem obligationem tollat,vltra alias,id tamen verum eſt,ſi interponatur ſuper non petenda re quæ erat in obligatione,alias ſi(vt dixi)in hypothecaria actione in hæreditatis petitione,eſſemus,non tolleret quia non eſt,vt in d.§.oſm.Sed ipſius actionis effectũ impediret, & facit,q̃ habet,in arg.tamen,in l.nam & ſi ſub conditio ne.in prin.ff.de iniuſt.rupt.irritoq; teſt.& in l.decem. ff. de verborum obliga.cum vulgar.vlterius & aliud notã-
2 dum eſt hac rõne,actionem de peculio perſonalem teſſe,quia ei accedit fideiuſſor.l.creditorem.ff.ad Macedonianum.l.eo tempore.ff.de pecu.& not.Bart.in l 1. in 4. col.ff.eodem.& tñ regulare eſt non accedere,vbi obliga
3 tio non eſt d.l.creditorem.nec vbi quis officio iudicis tenetur,qm̃ idipſum quoq; obligationẽ non habet.l.qui p colluſionem.ff.de action.empt.ſed tamen Bar. ſenſit cõtrarium.in l.Marcellus.in 1.co.ff.de fideiuſſo.& Bal.in l. dominium.in fi.C.quod cum eo.Ideo videnda ſunt quæ in materia dico ego in l.frater à fratre nuper edita. ff. de condi.indeb.& ibidẽ etiam an in delictis inſit naturalis, vel ciuilis obligatio,qm̃ dubium faciebat neutram oriri. tex.in §.Inſtitit.de pub.iud.dicẽs accuſationem officium iudicis eſſe,& non actionem.a.l.qui per colluſionem ſatis bene reſolutum,& hac rõne hic non aliter ſcribẽdũ, tum vel maximè,vt cẽpto operi finem imponamus,brevitati etiam conſulentes,quæ ſummam habet commendationem,vbi alias ꝓlixitas nimia reſpuitur,vt in l.ampliorẽ.in §.in refutatorijs.C. de appell.& in l.1.ff.de origi.in terim̃ equi boniq; cõſulat lector, neque probet, niſi q̃ probandum ſit,& ſi in aliquo defecerimus,q̃ eſſe poſſet(homines.n.ſumus,&nihil humani à nobis alienũ putamus)ignoſcat,quoniã futurum ſperamus,quemadmodum L.Actius tragediarum ſcriptor, dicere ſolitus eſt,vt ſemper meliora ſcribamus.

DI.

1 *Criminis qualitas membri abſciſionem quoties deſiderat,ſola manus abſcinditur.idem & multomagis ſi ſtatuto caueretur.*
2 *Mulieri verenda hominis apprehendenti lege Deutero.manus abſcinditur.*

1 INauth.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.legitur quoties nouo iure criminis qualitas membri abſciſionem exi-
a git,ſolam manum abſcindi debere,q̃ ſane intelligo vt iacet quodq; pecunia redimi non poſſit hoc idem ac multomagis ſi in ſtatuto diceretur.l.ille autille §.cum in verbis.l.non aliter.ff.de leg.3.l.4.§.hæc verba(ſingula ſingulis referendo.)ff.de neg.geſt.& ſignanter in materia ſtatuti,& non ſoluentis condemnationem intra menſem vt ei amputaretur caput ita arguit ẽt Bal.in l.commiſſoriæ.C.de pact.inter empt.& ven. argumentatioq; plana & materialis appellatur,vt ipſemet inquit in l.ſcire leges .ff.de legi.& ea de re Patauina ordinatione decretũ alias fuit,prout ſtatu.incip.quicunque fecerit,continetur, q̃ eſt primũ ſub rub.de fal.teſti.& inſtr. fallarium amputatione manꝰ dextræ puniri debere,quã tñ redimere poſſit intra dies decem,à publicatione ſententiæ, pro libris ducentis paruorum,vel pro pluri,ad arbitrium poteſtatis, inſpecta qualitate facti.ſeu perſonæ,& delicti,quoniam alias redimi(vt diximus)non potuiſſet,nec habet dubiũ
2 de iure.Sed tamen obſeruãdum puto,aliud in lege Deuteron.præſcriptum fuiſſet ex quo mulier apprehendens verenda hominis pœna tali abſque vlla miſericoria plecti ſolebat,vt habetur c.25.eo.lib.ſenties(quod nec expoſitores ibidem negant)niſi aliud expreſſum ſit,ex eo, redemptionem abſque dubio conceſſam fuiſſe.

ADDITIO.

Membri abſciſionem. Adde quod ſi per ſtatutum pœna manus vel membri imponitur, & iudex debet punire puerum vel ſenem,poteſt diſpenſare,non tñ cogitur, nec poterit appellare ſecundum Bal.in l.quicunq; C.de ſeruis fugit.arg.l.qui poſthumos.in rõne illius literæ.ff. ad ſyllan.pro hoc vide te.in l.auxilium.§.in delictis.ibi, niſi quatenus interdum miſeratio ad mediocrem pœnã iudicem perduxerit.& ibi gl.in verb.miſeratio.ff.de moribus.vide gl.ordi.in l.quid ergo.§.pœna grauior.in ver.oneraſſet.in princ.ibi,ſed in ipſa ſnia poteſt minuere,ratione forte ſenectutis, vel iuuentutis. ff. de his qui no.infa.& ibi hoc no.per Bar.& Doctor.Cæpol.caute.2.

DII.

1 *Mulieri verenda hominis apprehendenti,quare abſcindebatur manus.*
2 *Eunuchus dicitur homo imperfectus.*
3 *Dotes multum priuilegiatæ.& quare.*

1 DIctum proximè ſuprà, manum abſcindi.ſ.mulieri, Deutero.lege verenda hoĩs apprehendentia,vt maritum à manibus apprehenſi tueretur,nullam aliam rõnem habet,quamquam in præal.loco nõ declaretur, niſi(vt conijcio)illam,ex quo idem auferre conata erat, q̃ ad ſobolem propagandam,in creationem maris & fœminæ inſtituerat Deus optimus maximus dicens etiam (vt legitur Gen.1.)poſtquam eos benedixiſſet., *Creſcite, multiplicamini, et replete terram.* tum vel maxime cum ipſa matricem habeat,ſeu vuluam,animal, Plato. teſte in Time.vel de natu.lib.3.1.ad generandum auidum. & hinc eſt,q̃ Onam,filius Iudæ,ex quo ſemen fundebat in terram,ne liberi fratris nomine naſcerentur, & rem deteſtabilem faciebat,iuxta illud etiam Poe.quicquid per dis Pontice,homo eſt,percuſſus fuit à Domino,vt eo.li.
2 Gene.c.38.quodq; eunuchus ſi homo imperfectus appellatur,in l.eunuchis.C.qui teſta.face.poſ.imo in lege.12. tab.ſi quis puerum caſtrabat,licet precioſiorem faceret, quadruplum nihilominus præſtabat,nouiſſimè quæ pœna legis Corne.de ſica.caſtigabatur.l.3.§.qui hominem. l.4.§.conſtitutum.ff.ad legem Corne.de ſicar.l.1.& 2.C. de eunuc.Et quia in hoc quoque publicum intereſſe vertitur,

3 titur,maximeq; est cõsiderabile,& dotes amplius hac de re multum priuilegiatæ,vulga.l.1.ff.solu.mat.l.Caius in fi.ff.eo.l.hoc modo.ff.de cond.& demonst.& ad propositum hoc idem cõiectura facile assequimur,qñ Paulo supra dictum erat,si ex duobus fratribus vnus absque liberis mortuus fuisset,semẽ ipsius suscitari debere,modo & forma,vt ibi,nec aliud credi potest.Addendo etiã ad id de dote,adeo verum esse,vt si maritus pro quantitate sibi promissa accepisset speciem in solutũ,quæ post eà sibi euicta fuisset,pristinam de dote actionem habeat l.qui res,in princip.ff.de solut.& post Barto.tradit Bald. in l.libera.in 2.col.C.de sen.& interlo.omn.iud.& tenea
tur reus mulieri agenti edere instrumentũ dotis,ad eius intentionem fundandam,quod tamen non est regulare, vt in l qui accusare.C.de edẽ.& in d.l.1.ff.solu.mat.& in c.1.& vbique no.de prob.& ad primum rursus,quod olim viduitatis conditio spernebatur,quodque lex vtilis reip.ratione suprà dicta,quanquã contra mentem testantis esse reputabatur fauorabilis,& extensione digna, inquit idem Bal.alibi in l.ambiguitates.per illum tex.C. de indic.vid.tol & q; denique non immerito Ro.homines(vt memoriæ proditum est)eos mulctabant qui vsque ad annum sexagesimum cælibes vixissent.

DIII.

1 *Defunctorum interest successores habere, quia alias iniuriã afficerentur.*

2 *Et propterea successorum edictum introductum,& falcidia & trebellianica inuenta.*

IDetiam & adhuc quod in præalleg.c.25.dr,si duo fratres habitauerint simul,& vnus ex eis absq; liberis mortus fuerit,quod defuncti vxorem accipiet superstes, suscitando semen fratris sui,& primogenitus ex ea filium nomine illius appellando, vt non deleatur nomen eius ex Israel,mirabile est & notandum(quid.n.re ipsa sit hodie,& quomodo intelligatur authoritas prædicta,aliaq; multa congessi in causa matrimoniali inuictissimi & Serenissimi Regis Angliæ,alias de anno.1530.agitata Romæ,quæ hic non scribo,videã in consi.meis nuper impressis.nu.21.incip nolebam profecto)quomodo nomẽ alicuius deletur,si inhæreditate sua successorem non habet contra naturalem inclinationem,que est,vt hæredibus relictis apud posteros,memoria nostri haud deleatur penitus,lege multiplici confirmandum,dum maxime dr eum,qui interrogatus an sit hæres,tempus ad deliberãdum impetrare debere, in l.qui interrogatus.ff.de inter.actõ.non tam quia si perperam confiteretur, incõ
modo afficiatur,qua ratione prædicta,quia.s.(quod in l.
1 seq.eo.tit.subijcitur)si defunctorum interesse.est,vt successores habeant,alia iniuria afficerẽtur,inquit alibi te. in §.1.Inst.qui,ma.non pos.& in §.adhuc.de bon. pos.e.
2 li.& in l.1.in prin.ff.de successi.edic.tqua de re(vt ibidẽ) successorium edictum etiam introductum est.& p Bal. in rub.C.eo.in prin.& falcidia pariter,vt Inst.de leg. fal. in prin.& ad idem trebellianica,vt in §.sed quia de fidei com.hære.eo.lib.& substitutio pupillaris amplius fauorabilis reputata,quia per eam succeditur pupillo, ita vt filio exhæredato quoque fiat ad fideicommissariæ differentiam,l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pup. sub l.1.& ibi Bal.not.in 2.co & alii latius.ff.eo.& memoriæ commendandum est,quoniam plerunque etiam fit,vt videams decedentem sine hærede,aliquem extraneum instituere,qui nomen cognomẽ suum assumat,& de domo tali vocetur,quemadmodum his tẽporibus in Thadeo Guerino Architecto ciue Patauino nostro euenit, ita iubente,vt hoc commento sobolem suam quodammodo suscitaret.Cuius rei iudicium(ego.n.eum nec laudo nec reprehendo)an bene,vel male fecerit,aliis relinquo,& ad alia transeo.

DIIII.

1 *Confessio altero de tribus modis cõsideratur,vel prout est obscura.& incerta, vel prout est simplex & clara,vel prout est qualificata.numero 2.& 3.*

PVlcherrimũ Philippi Macedoniæ Regis exemplum de quo infrà præstat mihi occasionem dicẽdi, seu declarandi vnum,quod certe annotatu,scituq; dignum vi
1 detur.Confessionem t.s.posse altero de tribus modis cõsiderari,quod & ad executionem, & ad responsionem commode quoque applicari poterit. Primo igitur ,put est obscura,vana,& incerta,& hæc nihil valet,nec interroganti satisfacit, ex quo hoc pacto respondere,& nihil respondere,sunt paria.l.de ætate.§.nihil.ff.de interro.act.l.prætor edixit.in prin.ff.de iniu.l.vbi autem nõ apparet.§.qui illud aut illud.ff.de ver.ob.imo q; hac de cã ad torturam,& rigorosum examen procedi posset,q; sane inuentum est ad veritatem eruendam.l.j.& toto ti
2 tul.ff.de qõ.Secundò prout est clara,simplex,& certa, & tũc secus,nec aliæ iudicis sunt partes nisi in condemnando.l.proinde.§.fi ff.ad le aquil.c.nos in quemquam 2.q...qualis SERGII GALBAE,qui(vt veterum testantur monumẽta)cũ Prætor in Hispania fuisset,Lusitanosque partes Sertorianas secutos cõtra fidem publicã,quafreti in eius venerãt ptãtem, partim trucidasset,partim vendidisset,à LIBONE Trib.plebis reus factus,contra quem ẽt CATO Nonagenarius perorauerat, confessus, perfidia damnatus est, & eius quidem fuisset pœnas absque dubio nisi commendatione filiorum & nepotis, multis lacrimis commotus populum ipsum absoluisset.
3 Tertiò & vltimo,prout est qualificata, quæ qualitas si vera sit,confitentem excusat.iuxta no.in l.vt vim.ff. de iusti.& iur.in l.1.in §.cum qui.ff.de vi & vi arma. & in l. 1.C.vñ vi.vnde cum Philippo Macedoniæ Regi potentissimo,cuidam minitanti(author si bene recolo, est Iustinus)atq; superbè interoganti, nũ verum esset,q; audierat, ipsum de se nescio quid mali inter epulas cũ aliis dixisse,è vestigio & statim respondisset verum esse,cosque longè peiora euomisse,si plus vini ẽt tunc ingurgitauissent,ebrietati oĩa sic adscribens,& impudẽtię discũ bentiũ epulonũ,ad risum tã magnum eum ,puocauit,vt aĩ ẽt magnitudine & clementia,ipsius maledictis non solum pepercit,verum etiam sua gratia dignum fecerit.

DV.

1 *In ecclesiis corpora non sepelienda,dum antiquitus ne in vrbe quidem sepelirentur,nu.2.*

SIantiquitus ex rescripto diui Had.Impe.penã exinde ẽt statutis si quis prium egisset,sepeliri quis in ciuita
1 te nõ poterat nec in ea sepulchrũ fieri,imo q; magistratus.ẽt qui idipsum passi fuisset,pari mulcta coercebar,locumque publicari iubebat,& corpus amplius inde transferri, q; habetur in l.3.in §.diuus.ff.de sepul.vio.& in l. 12.tab.his verbis.*In vrbe sepelito.* Fortè ne ex cadaueribus(tetent.n.iuxta illud Io.11.Iam fœtet quatriduanus. est)habitatores inficerentẽ,& non ab re.Luc.7.dictũ est, Cũ aũt appropinquaret Iesus portę ciuitatis,ecce efferebat defunctus filius vnicus matris suę,& c.quia(vt ibi ex positores dicunt)sepulchra erant extra ciuitatẽ, Multo-
2 minus fieri deberet hodie nõ dico in vrbib.sed in ecclesijs,q; tũ fit,& male, nedum rõne supradicta verũ ẽt qa locus est ad orãdum institutus,nõ ad sepeliendũ,vt Mar. c.21.ibi,Domus mea domus orationis. vocabit.imo tabernaculum Dei,actum 5.legitur,sponsa Christi,significata quoque rubo & flãma,in qua apparuit Deus Moysi,ac p altare holocausti quatuor angulos & cornua habentis,de quib.Leuit.c.20.& Exo.(singula singulis referendo)3.& 27.quam denique mundissima esse debet,ne adorãtes,& sacerdotes,p fallantes à cultu distrahant malo habitu,q; ex ipsorũ sepulchrorũ rimulis emittit.Quæ consuetudo tũ,& tanti tpis quidem,vt non sit hoĩm memoria in contrarium,habens hac de re vim priuilegij & cõstitu.vulg.l.hoc iure.§.ductus aq.ff.de aqua quoti. & æsti.c.sup quibusdã.§ prereà.de verb.sign.rõnabilior nihilominus,si id ipsum in cęmiterijs tũ ageretur,roborata firmata,&(vt dixi)p scripta,cum maiorib. toleretur, tum vel maximè pontificibus religionis curam habentibus,siue habere debentib.nec à nobis est improbãda.

DVI.

DVI.

1 *Verba,ab epistolis,pro scriba,à secretis,pro secretario,à cõcionibus,pro cõcionatore,à pedibus,pro cursore,&c. ponũtur.*

2 *Papinianus iussu Antonini,quod parricidium noluisset excusare,occisus.*

POmponius Marãta Romanus,auditor meus,adolescens certè summæ spei,& in quo aliqui senile esse vr nec minus discendi curiosus,quam ego docendi anxius, casu,vt accidere solet,viso apud me quodam epitaphio (idipsum.n.exemplaram inter cætera alias cum Romæ essem anno coronationis Leonis Decimi Põtifi. Maxi.) quod huiusmodi est.

DIS MANIB.
LIBANO CAESARIS VERNAE AB EPISTOLIS. VIXIT ANN. XVI. M. IIII.

fsciscitatus est,quid sibi verbum in eo positũ,ab epistolis vellet,nec à proposito mihi alienum visum est,quia sex centa leguntur similia,quæ non facile intelliguntˌab his maximè,qui antiquitatis haud sunt multum studiosi.Re spõdi igit,eum prius obiurgatus, q; Romanus hõ esset, & in Latio natus,hæc q; ignoraret,q; Latina sunt,& Romæ leguntur,non secus ac seruium Sulpi.Quin.Mutius Scæuola,cuius historia nota,& recitata amplius in l.2.in §.Seruius aũt Sulpi.ff.de origin.iur.id pro scriba positũ
1 fuisset,vt pro secretario,alibi à secretis,pro concionatore,à concionibus,pro cursore,à pedib.& modum loquẽdi extitisse apud antiquos,imo q; gramatici oĩa declarãtes,hoc ipsum complexionem vocarunt,& bene,addendo ẽt,dato tñ q; loquẽdi fuerit modus,eos plura alia excogitasse,longè præstantiora,& quæ non audirẽtur,siue legerentur,nisi summa,ac maxima hominum commendatione,tum vel maximè cum præmoritur filius,paterque eidem succedit,non econtra ordine nature,filius patri,vt dicatur tunc ordo turbatus,iuxta illud,*Ordine turbato succedis Bulgare nato.*& de quo in l.nam & si parent. tib.ff.de inoffic.test.cuius author est Aemil.Papi.Iurisc. sua ætate disertissimus,& acutissimi ingenij vir,vt dr in l. cum acutissimi.C.de fideicom.& in l.cum virum.C.eo. ti.& in §.& hos tres libros.in prog. fforum. & in l.lecta. ff.si cer.pe. & sublimissima prætoriana pfectura aliquãdo decoratus,quem Aelius Spartianus quoque grauissimus historiarum scriptor,Iuris asylum, multiiugęq; vir
2 tutis thesaurum appellauit,qui t Antonini Imperatoris iussu,cum parricidium excusare noluisset, conscientia (vt conijcio)motus,forte criminis tam de testabilis, vt not.in l.vtrum.ff.ad leg.Pompe.de par.& in §.alia Instit. de pub.iud.occisus est,Romæq; postea tẽpore Sixti Pon ti.à rustico quodam,eiusdem vrnula inuenta his verbis scripta,vt sic de industria elegantissimo epitaphio finia mus,sicut cœpimus,docentes hunc modum loquẽdi oĩ modo Romanis(vt dictum est)hominibus genuinũ fuisse,turbato ordine.s.quemadmodum loco ante dicto,ab epistolis.Quod etiam Scin.retulit in l.cum auus.in prin. ff.de cond.& demon.

AEMILIO PAVLO PAPINIANO PRAEFECTO PRAETORIO IVRISC. QVI VIXIT ANN. XXXVI.

DIEBVS X. MENSIB. III. PAPINIANVS HOSTILIVS, EVGENIA GRACILIS,

TVBRATO ORDINE, IN SENIO, HEV, PARENTES FECERVNT FILIO OPTIMO.

non,quòd idem etiã alio haud exprimerent modo, hoc loco annotandum, quod epitaphio quam elegantissimo pariter legitur,Romæ in regione capitelli, propè S. Marchum, in domo Franscisci Nouelli, sic.

FVNDI HVIVS DOMINVS INFANS HIC IACET, SIMILIS DEO, HVNC AB ANTE OCVLIS PARENTIS RAPVERVNT NYMPHAE IN GVRGITE, MONVMENTVM QVOD FILIVS PATRI FACERE DEBVERAT, IPSE FECIT.

Et alibi in transtyberina in S.Chrisog ono, idem ferè,nec secus quam suprà.

QVOD FAS PARENTI FACERE DEBVIT FILIVS, MORS IMMATVRA FECIT VT FACERET PARENS PATER SVCCESSVS SVPREMVM PRAESTITIT OFFICIVM.

DVII.

1 *Remedium ordinarium,facit cessare extraordinarium, tamen aliquando concurrunt.nu.2.*

1 QVanquam dici soleat,officium ordinarium tanti esse,vt extraordinarium cessare protinus faciat.vulg. l.in causæ.ff.de min.vsque adeo vt tenuerit alibi Alex.in l.1.vl.co.in prin.C.de eden.quod si quis actione in factũ ex illo edicto compe'li potest ad edendum rationes suas opus non erit officio iudicis,ex quo illa ordinaria est, hoc ipsum autem extraordinarium,& ad idem etiam sacit bonus te.in l.quædam.in princip.ff.eod.& alibi Bald. (quod scitu dignum est,)in l.quæsitum per illum te.ff.de tutel.si Episcopo fuisset ex causa,puta infirmitatis,vel senij datus coadiutor,& postea moriatur, q; capitulum se de vacante administrauit,vsque ad successoris aduentũ & non adiutor,quoniam capitulum administrator legitimus est,& ordinarium quoddam,coadiutor autem datiuus & subsidiarius.Nihilominus tcõcurrunt alio casu, si detur.factio in factum,vt d.l.1.& not.& nimirum,qa subsidiaria ipsa quoque est,& datur ex æquitate, in qua etiam officium iudicis fundatum reperitur.l.quoties.ff. de præscr.ver.Adde tu,quod imo datur etiã quod actio simpliciter cõpetat, puta directa rei vẽdicatio, vel publiciana.l.si ego.ff.de publician.vel interdictum.l.2.§. hoc interdictum.ff.nẽ quid in hoc public.& generaliter in actionibus arbitrarijs & stricti iuris.l. .in fi.ff.de eo. qd cer.loc.nec ob.te.in d.l.in causæ.quia id locum habet in causis minorum,vt sensit & bene Calderi.in consi.2.inc. an autem.de lib.obla.& non regulariter,& recte.dictum quæ est semper memoriæ commendandum.

DVIII.

1 *Pœna in ecclesia Dei nulla est maior excommunicatione, & appellatur bãnum christianitatis.& supra.sing.480.in fi.*

2 *Excommunicatus in vno melioris est cõditionis quã bãnitus.*

1 ADeo verum est,quod alibi dr,in ecclesia Dei.s. pœnã nullam esse maiorem,neminẽq; grauius affligi posse,quam excommunicationis sententia.in c.corripiatur 24. quæstio. 3. ex quo ea innodati sunt inter homines & nihilominus eorum dulcissimo commercio carent l. hi qui sanctam fidem.C.de apostа.quam intelligit Pau. 1.ad Corin.ca.5.dum dicit, Sathanæ in interitum carnis tunc nescio quem tradi debuisse.& alibi appellat Ab.Panor.(quod nota)in c.2.in prin.de purg.cano.bannũ christianitatis,vt exinde etiam videbimus, quod licet literis ordinarii,siue testium subscriptioni minime credat: ca.in certa.20.q.5.& no.in c.1.& 2.de fide instrum.credi tur tamen,si sententia excommunicationis intelligatur c.curæ.11.q.3.c.post cessionem de proba.& in spẽ Calderi.tradit in consi.3.incip.an literas.de fide instrumen. & annotatu dignum est,ad d.pœnæ grauitatem ostendẽdam,quam per electionem extra synagogam Iudæi,q; dã quoque maximum esse existimantes,exercebant, vt Io.9.legitur.ibi,*Iam enim conspiraurant Iudæi,vt si quis cœcum confiteretur à Christo illuminatum,extra synagogam fieret.*& hac de re etiam,vt ibidem dicitur,ipsum cęcum quia miraculum fatebatur,& Christum prophetam di-

ceba-

cebat,eiecerunt foras,& longe melius q̃ alij,qui quamuis in eum crederent,hoc ipsum tñ timentes,ne extra synagogam.s. fierent palam de coloqui nó audebant. Sed (proh dolor)vt idem Abb.declarat in ca.clericos de cohabi.cler.& multi.q̃ frequentia nimia hoc tpe, quia etiã leui plerunque de causa fertur,imò fulminatur à prælatis nostri temporis,contemptibilis facta est, vbi alias à
2 suspensione & interdicto incipere deberent demum & vltimo loco ad eam deuenire. Est † verum(quod ẽt ob seruationedignum puto)q̃ excõicatus quo ad aliud, melioris cõditionis esse videtur quam bannitus ex quo ille impunè interfici põt vt concludũt communiter docto. in c.quæ in ecclesiarũ.de const.& in l.j.C.de accu.& in l. amissione.in §.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.quod in excommunicato haud est considerabile,vt originaliter inquit Bal.in l.cum mulier.in 6.col.ff.solut.ma.& quia de materia dixi alibi latius,nunc aliter insisto.

DIX.

1 *Periurus an sit ipso iure infamis.*

1 ALiud mirabile dictu vr̃,q̃ periurus, † cuius crimen apud AEgyptios capitali pœna feriebatur,graueq̃ue idipsum putantes Scythæ,simili supplicio castigabant, per solum regium tantum,& nõ aliter iurantes,& quodeniq̃ue Roma hoĩes nihil maius existimabant,diligentius iusiurandum violatum iudicantes, quam aliud crimen non sit apud nos,& de iure infamis.c.quicunq; vi. q.1.testimonium de testi.inducendo tñ vt per Calde.in consi.5.incip.an per iuris,de iureiu.adeo odiosum alias, vt suis si transfuerit in rem iudicatam,lata nihilominus prætextu iuramẽti necessarij falsi,retractetur,ſm gl.in l. admonendi.& ibi Bar.in 1.col.ff.de iureiu.in re solu.cõtrarij.l.imperatores.ff.de re iud.& l.sub specie.C.eo. ipseq̃ue à iurando repellatur,qm̃ semel malus semper præsumitur,malus in eodem genere mali.c.semel malus.de regu.iur.in 6.c.paruuli.22.q.3.& no.in l.Cassius.ff.de senato,& sic non erit de casib.ab ipso iure expressis.& de q̃bus in l.1.ff.de his qui no.infa.prio singula.dicto.tñ notãdum est, q̃ infamis erit,si à transactione iurata, seu pacto recesserit,vt idem Calde.inquit in loco supra allegato.per no.in l.si quis maior.C.de transa.nec simpliciter adhuc,& ipso iure,sed ita demum,si talis per sententiam iudicatus fuerit,& idem Ang.in auth.sceni, non solum si fideiuss.præstent ad fi.asserens ad istam distinctionẽ reduci debere, quæ habentur in d.c. testimonium de testi.

DX.

1 *De enthymemate, seu syllogismo imperfecto.*

1 ADea,quæ no.in l.1.ff.si cer.pet.de enthymemate,† q̃ nihil aliud est,quam mutilatus syllogismus,cum maior,vel minor omittitur,vt in l.Titię textores.vbi etiam Iaſ.multa,in 1.col.ff de leg.1.vr̃ mihi quod sit melior tede iure in l.aut facta.in §.fi.ff.de pœ.ibi,multis personis crassantib.exemplo opus est ex quo sequitur necessario ex hoc maleficia exacerbari debere.& fortè nõ aliter intelligitur,quod dr̃ Inno.quoque in c.1.de constit.ex causa.dicere leges transgredi.Vel & melius,quia Paulo supra hoc idem tex.prædictus,si recte legatur,dixisse videtur,quicquid alij sentiant alibi exemplum istud sic inducentes,& malè,nec ipsum iurisconsultum,si sic dixisset, reprehendi potuisse affirmemus,qm̃(quod proxime declarabam)figuratus modus loquendi fuisset,vt alibi etiã in l.1.ff.de pact.& in §.est & aliud Inst.de dona.& in §. sed ius quidem.de iur.nat.eo.li.& in l.illicitas.in §.ne tenuis.ff.de offi.præsi.& in c.forus.vbi gl.magistra in vers. parte ablata.de verb.sign.& sexcenta sunt huiusmodi non negligenda,quæ quoniam ad vnguem omnia in dialogo de figuris propediem vulgando congessimus non refero aliter,sed ad alia statim & euestigio transeo.

DXI.

1 *Mater à filio hæres instituta,rogataq̃ de restituendo,non imputat fructus in quartam,& parentibus debet relinqui iure institutionis,nec sufficit quoquo relicti titulo.*

2 *Intellectus l.non etsi parentibus.ff.de inoffi.testa.*

1 MAxima hodie fuit contentio in foro, an mater filio instituta & rogata hæreditatẽ restituere, cõputaret fructus in quartam?tenebãtq; multi audacter qđ non.per lex.in l.nã si parentib.ff.de inoffi.test.vbi in sil turbato ordine,hæreditas liberorũ non minus parẽtib. debita est,quam ecõtrà parentũ liberis,vsq; adeo,addas tu,vt sicuti ascendens tenetur descendentib. relinquere titulo institutionis legitimam,ne testamentum subuertatur,ita teneanr econtra,descendentes ascendentib.ne sufficit idipsum facere quoq; relicti titulo,ſm gl.in c.si pater.de test.in 6.per quam ita etiam dixit Imo.in l.his verbis.in fi.ff.de hæredi. instituu. & sicut filius habet annum ad petendam bonorum possessionem. l. prima. §. largius.ff.de suc.edi.ita habet pater.l.pe.§.fi.ff.quis or.in bonorũ pos.serue.& sicuti vltimo loco eiusdẽ filij hodie legitima aucta est,ita est aucta legitima parẽtũ,vt in auth. de trien.& semi.in prin.& in auth.nouissima.C.de inos. testam.& not.Bal.in l.pater filium. in prima lectura.in prin.& in repe.in vlti.col.ff.de inoffi.testa.ergo pari rõne idem dicendum videretur hoc casu,quia filius(primi gradus intellige)sr̃ haud cõputat.l.iubemus.C. ad Trebel.& per Scriben.latè in l.Marcellus.ff.eod.in auth.sed cum testator.C.ad leg.Falcidiam.Sed tñ contrarium verius est,& ita decisum fuit,ex quo te.in d.l.iubemus.resti sit,vetatq; extensionem fieri debere ad casus in ea non expressos.& qñ non resisteret,haud esset quoq; dicẽdũ, qm̃ nostrum non est legem extẽdere.l.si vero.§.de viro ff.solu.matrimo.l.si seruum.§.non dixit Prætor.ff.de acquir.hære.l.in conuentionalib.ff.de verb.obligati.l. 1.§. in re igitur dubia.ff.de exercito.acti.imò q̃ vr̃ casus ad literam,in l.filiusfami.in fi.ff.ad leg.Falcid.nec in terminis secus tenuit Bar.in l.in fideicommissariam.ff.ad Trebel.& Calde.quem palam legimus vt veritas meiius iudici innotesceret,in consi.41.inci.an mater.de testa.nec
2 facit ob id decisio d.l.nam† & si parentibus.& similium, quia procedunt in casib.suis,in quib.planè id decisum esse reperitur,non isto à l.omisso,& in quo nõ militant rationes, quæ locum habent in filio, haud computantes fructus prædictos.& est determinatio certe memoratu digna.

DXII.

1 *Parentes tenentur thesaurizare filijs,non contra.Rursum patri licet uendere filium ex causa tamen,non contra.*

2 *De materia l.nam & parentibus.ff.de inoffi.testa.*

ETsi multa dicta supra proximè,facientia ad materiã l.nã & si parentib.ff.de inoffi.testam.hoc aliud tamẽ prætermittendum non est scitu ẽt dignum,& memorabile,q̃ quãuis naturali quodãmodo debito parentes filijs thesaurizare teneanr,& debeant,non tñ idipsum facere debebunt.aut tenebunr filijs parentib.Apost.2.ad Cor.teste.ca.12.& legitur in c.prædicator.16.q.1.& in argu.in l.fi.de bo.dam.& in c.ius naturale.1.dist.traditq; Calde. & in no.q.quidem in consi.1.inci.pater.in 3.col.de don. inter virum & vxor.Nec filio rursum permissum esse,videtur,vendere patrẽ causa,vt patri permissum est filium distrahere.l.2.C.de patribus. qui fil.distra.alias non esset tã magna potestas eiusdem patris in filium,quantum sibi tribuitur,haud dicendum.l.in suis.ff. de lib.& posth. l.3.C.de pat.pot.& hoc idem lege Deuter. quoque cauebatur.c.21.his verbis.*Si genuerit homo filium contumacem, & proterunm,qui nõ audierit patris,ac matris imperium,& coercitus obedire contemserit,apræhendant eum, & ducãt ad seniores ciuitatis,& dicant, Filius noster iste proteruus est,& contumax,monita nostra audire contemnit,comessationibus vacat,et luxuriæ,atque cõuiuijs,lapidibus eum obruat populus ciuitatis,& moriatur,vt auferatur malum de medio,& vniuersus Israel audiens pertimescat.*Imo & ad propositum,q̃ nec in le.12.tab.causa allegabatur simpliciter dicente sic.*Vendi filium patri potestas esto.*

DXIII.

1 *Necessarij hæredes quare dicantur.*

Postea

POsteaquam de lege.12.tab.facta est mentio,nec aliud ignorandum censui,dum dicitur in §.necessarij vero.
1 Inst.de hær.quali.& dif.quod ideo appellantur necessarij,quia omnino siue velint,siue nolint,tam ab intestato quam ex testamento,ex lege 12.tab.hæredes fiunt.Verba.l.eiusdem,successionem tamen intestati tantum cõprehendentia hæc fuisse,quæ vt antiquitatis nihil penitus ignoretur,iuxta dictum Imperatoris,in princ.de testa.eo.li.& in l.vnic.in §.& cum triplici.C.de caduc.tol. quod etiã reassumpsit Bal. in §.quibus in 2.col.in proœ. C.hic etam subijcere decreuimus, & sunt huiusmodi. *Intestatorum hæreditates primo suorũ hæredũ velint nolintue sunto, his deficiẽtibus, agnatus proximus familiæ habito*, & de materia alias iu l.in suis.ff.de liber.& posth. & in l. qui se patris.& ibi nos multa.C.vnde lib.& in l.& si sine. in §.sed quod Papinianus.ff.de inoffic.testamen.

DXIIII.

1 *Magiatres species.*

IN eadem l.12.tabul.adhuc continebantur verba hæc, *Qui fruges excantasset,pœnas dato, neue alienam segetem pellexeris excantando.* Indigent declaratione. Ideo dic,
1 q̃ ex tribus† magiæ speciebus,hæc venefica appellatur aliarum autem vna naturalis,altera vero mathematica, earumq; sectatores,magi,quos sacrorum euangeliorũ interpretes,Caldeorum Philosophos exponũt,& sic magiam naturalem,Philosophiam quandam intelligentes, ijq; multi fuerũt,tũ vr̃ maxime q̃ Christũ natũ munerib. salutarũt Apolloni? Thianeus,Hiarchas,Testio,Budda, Numa Pompilius,Zamolzides,Abbatis,Hermes,Zoroastes,& alij innumerabiles,quorum Brachmanes,Gymnosophistæ,Babilonii,Romani, Thracæ, Hyperporei, Aegypti,& plæ,maximè gloriabanr̃.multi item Mathematici,pcipuè Architas Tarentinus, Mercurio & Albertus Magnus,à quib.statuæ loquentes,,siue colũbæ volantes,miro quodam artificio fabricatę fuerunt.Venefici,p pemodum infiniti,ita vt quemadmodum hic fruges excantari posse dicta lex sensit, verbis prædictis,Magis amplius & veneficis pœnam minitans,quod Virgil.quoque in Buco.ostendit,dicens.

Has herbas,atque hæc Ponto mihi lecta venena.
Ipse dedit Mœris,nascuntur plurima Ponto.

Pari modo hoĩes aliqñ in lupos versos fuisse, vt Demarchus Parrhasius, extis in sacrificio degustatis,aliaq; multa fieri posse,credere debemus. Quandoquidem etiam Nabuchodonosor in bouem(historia nota)versus sit Tẽpestatẽq; hymno compescuerit Orpheus, & Vlysi tandem sanguis verbis restrictus fuerit. dicta omnia cum scitu,tum ẽt non minus quam alia,meram iuris peritiã sapientia ad d.legis.12.tabu. declarationem, seu potius exornationem memoratu digna,& ga apud nos plerunque istorum facta est mentio, quæstionesque accidunt sępissimè,vt in c.qui sine.26.q.2.& in c.si quis Epis.26.q. 5.& in c.Episcopi.& in c.nec mirum.ea. q.& cau.& in l. nemo.C.de malefi.& mathe.imo & toto titu.

DXV.

1 *Clericus in ludo niuis cum cadat alio impellente,ita vt sanguis exeat, impellens incidit in canonem si quis suadente diabolo,& indiget absolutione.*

IN ludo niuis quidam clericus,his diebus ludẽdo,'vt fit, cecidit adeo grauiter,alio clerico tñ ipsum impetẽte,vt ei è naribus, & ore pariter exiuerit sanguis,quærebat à me Aegidius Tapia Hispanus,scholaris quam maximè doctus,& ex nostris auditoribus lectissimus,qui cum nõ minus semper dubitet,quam iuri operam nauet, efficit vt credam facilè,ipsum breui euasurum in magnum vi
1 rum,an dictus clericus simpulsor esset excommunicatus,anque incidisset in canonem Concilii Lateranens.si quis suadente diabolo.17.q.4.cui dixi tunc non recordari vbi præcisè & in specie qõ hæc tradetur, & rñsponderi amplius potuisse,q̃ si verba odiosa dicta fuissent, qm̃ vt plurimum rixæ & rumores sequi solent, taliter vt ludus noxius possit,& iure merito quidem appellari.ludus autem noxius est in culpa.l.nam ludus. ff.ad leg. Aquil. cap.1.de præsum.c.recurrerit.23.q.3.& de materia alias in c.continebatur.de homi.ego non potui non dici talis & in terminis domum reuersus comperi decisionẽ Calde.ita declarãtis & tenentis,& bene,vlque adeo vt absolutio etiam fuerit necessaria,in consi.suo incip.clericus. sub ru.de senten.excom. & est quotidianũ ac singulare.

DXVI.

1 *Libertas licet non detur per procuratorem,potest tamen dari per filium iussu patris,Item & per patrem de consensu filij,& in hac re multa in discursu.*

PEtrus Leonissa Patauinus iuuenis multijugæ virtutis, & optimarum artium perquam studiosus,hodie,quę fuit dies vltim. Decembr. MDXXXVIII.habuit in punctis.l.nec mulierem. C. de vi liber. quam,pro singulari iuncta tamen gl.& dum recitaretur,cogitantes obseruabimus,quod licet† libertas per procuratore dari non possit,vt ibi.& in l.seruus furiosi.ff.de manumis.eaque ratione,quia in administratione patrimonij.manumissio nõ est dari, dari tñ põt per filium iussu patris.l.furdi.ff.de ma.vind.l.1.in fin.C.commun.de manumi.& econtra filii consensu per patrem.l.pe.C.de his qui à nõ do. ma. & no.in d.l.1.argumẽtũq; optimũ est in l.nã si parentib. ff.de inof.test.& consensu filii diximus de industria,qui non videtur cõuenire,ipsum patri iubere debere,vt ecõtra pater filio.l.filio famil.C.de iur.delib.& ibi declarat Sal.dictum certè pro exornatione l.si quis mihi bona.§. iussum.ff.de acq.hær.egregium.& idem habetur etiam in l.nepos.ff.de manumis.& in l.si pater.ff.de man.vind. & non ab re,quia libertas fauorabilis est, quam fauere, & tueri amplius.Roma.legibus,& præcipuè Imperatorio nomini,peculiare est,vt in præa.l.1.tex.met ait.& in simili in d.l.si pater & facit, quia videmus,quoq; manumissionem ex causa semel approbatam per iudicem,retractari nõ posse,etiam si postea falsa appareat.§.eadem Inst.quib.ex cau.ma.li.Item q̃ mulier pro nullo interedit.nisi idipsum pro libertate faciat.l.1.ff.ad Velleian.l. pen.C.eo.& quod seruus denique libertatem cõsecutus minore restituto,eam non perdit.l.& si sine §.sed quod Papin.& ibi per Doct.ff.de inoffi.test.Quæ rõ tamẽ mihi non placet,ex quo ea attenta,deberet etiam per aliam dari posse.& tamen(vt regula ipsa dictat)non datur, nec isto casu locum habet,quod traditur in l. 1. in §. usus.ff. de procu.& in reg.qui per alium.de re.iur.in 6.considerando.etiam hoc nõ dici in d.l.1.per modum rõnis, & si rõ est,non videtur finalis.Ea igitur(vt coniicio)assignari potest,quia lex identitatem personarum cogitauit.l.fi.C. de impub.& alijs subst.l.in suis.ff.de liber.& posthu.rata hoc ipsum in patre & filio tolerari, quemadmodũ alia multa alibi à me scripta,quæ hic non repeto.quod ex eo etiam.nouissimè videre licet,quia in d.l. 1. emancipati excluduntur,in quibus non habet locum, quod dicitur in d.l.fina. & similibus. & hac de causa ipso patre mortuo,testes esse possent in negotiis ipsius,secundum Baldum in l.qui testamento,in §.quæcunque 2.col.ff.de testam.& in terminis probatur in l.qui in potestate.C. de in ius vocan.& in l.lis nulla.ff.de iud.

DXVII.

1 *Arbitri,seu arbitratores partium consensu electi, & semel approbati,possunt tamen vt suspecti recusari,et qua sit rõ.*

ALiud mirabile etiam mihi semper est visum, quòd
1 Arbitri,seu arbitratores,partium consensu electi,& semel approbati,possint vt suspecti recusari,quodque recusatio non sit temeraria arg.sumpto ex hisq; habentur in simili in l.postquam liti.C.de pact.in l.1.in §. qui semel.ff.de succes.edic.& in c.quam sit periculosum. 7.q. 1.& in reg.quod semel placuit.de reg.iur.in 6. Considerando etiam tertii præiudicium,cui ius ex dicta electione acquisitum esse videtur,quod inuito eo ei auferri non debet.vulgari.id quod nostrum.ff.de reg. iur. l.si. ff. de pact.Sed nimirum,quia causa semper excepta videtur in quacũque dispositione.l.si hominem.ff.man.& quia no

uo indi-

uo indigent auxilio, quæ de nouo emergunt. l. de ætate. §. ex causa. ff. de inter. actio. c. cæterum. de iur. cal. Consi derando etiam durum esse coram iudice suspecto litiga re, quanquã eũ quoque nos elegerimus, antequam suspi tionis causa superueniret. l. apertissimi. C. de iudi. c. q̃ su specti. 3. q. 5. & ita in terminis tenuit. Calde. in cõsi. 6. inc. an officiales. sub rub. de app. nec secus dicendũ censeo.

DXVIII.

1 *Emancipato filio pupil ariter substitui non potest, exhæredato tamen sic & quæ sit ratio diuersitatis.*

1 EMancipato filio pupillariter substitui nõ potest, quã quam substitutio huiusmodi fauorabilis sit, gratia pupilli introducta à lege, vt no. in l. 1. & 2. ff. de vulg. & pu. subst. & in l. ex tribus. C. de inof. testa. cui tamen pa ter stipulatur. l. quod dt. & ibi per Bar. in vlt. co. ff. de ver bo. ob. durum certè & prima facie à rõne pœnitus alie num, cum sit maximè, q̃ substitutiones longè magis fa uorabiles sint, quam contractus, secundum Bal. in l. hu manitatis. in 12. col. C. de impu. & alijs subst. & in l. sanci mus. ad fi. C. de ver. sign. & probatur in l. in testamentis. vulga. ff. de reg. iur. & in c. cum dilecti. de donatio. adeo vt nec hodie sublata sit differentia emancipationis & pa triæ potestatis. iuxta ea quæ habentur in §. si vero. in ver sicu. nullam. in auth. de hære. ab intest. venient. & in l. me minimus. C. de legi. hær. idipsum permittatur, ex quo su blata est tũ in successione intestati, non autem testati, vt declarant Doct. in l. si emancipati. C. de colla. & in l. sicut. C. de milit. testa. & in l. ventre. vbi Bar. in 6. col. ff. de acq. her. & Iaf. latius in l. Gallus. in §. & quid si tũ. in 7. ff. de li be. & posth. Nisi dicamus, & perpetua dignũ est obserua tione, q̃ quãuis alias fauorabiliores sint substitutiones, & vltimæ voluntates generaliter, alijs casibus, quam cõ tractus, non sunt tũ in isto, qm̃ inuentæ de iure ciuili, La cedæmoniorum moribus. d. l. 2. non immerito etiam pa triam potestatem desiderant, quæ nullo alio iure inuen ta dt. l. nam & ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. qua rõne exhæredato fieri etiam permissum est, ex quo tunc & eo casu potestas patria non amittitur. l. quemad modum. ff. de inoffi. testa. §. non solum. Inst. de pup. sub. & in prin. eo. tit. & lib. alias mater quoque filio, vel pater ipse naturaliter tũ posset substituere, & frater fratri pari ter, quia ipsi ẽt stipulatur, habetur in l. stipulatio ista, in §. alteri. ff. de verb. ob. & tũ falsum est. l. si mater. l. Lucius. ff. de vulg. & pup. sub. §. igitur. & in prin. (singula singu lis referendo) Insti. de pup. subst. & dixi ego latius in l. p cibus. in 3. lect. in 9. q. textualium. C. de impub. & al. sub.

DXIX.

1 *Pacta nouissima prioribus derogant, quando illis sunt contra ria, et nouissima sint ĩ viridi obseruãtia, et an sit perpetuũ.*

1 PActa nouissima prioribus derogant, qm̃ illis sunt con traria. l. pacta nouissima. C. de pac. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. 1. alias secus. l. nõ ad ea. ff. de cond. & de mon. & tradit Alex. in l. si quis eum. in prin. ff. de vulg. & pup. subst. si nouissima tũ sint in viridi obseruãtia, & vtẽ tium moribus approbata. l. 2. ff. eo. l. Arriani. C. de hæret. & per Bal. in authen omnes peregrini. in vlti. co. C. com mu. de suc. & Arc. in c. fi. 4. dist. Sed contra (& vr̃ singula re dictũ) q̃ imo non derogent, & fortius, quia si stet sta tutũ, quod de adulterio & furto omnes iudices ciuitatis cognoscãt, & nouum factum sit statutum postea, quod cognoscant solus capitaneus, non propterea cæteris adẽ pta est iurisdictio, & tamen ex supra dictis contrarium dicẽdum esset, ideo videndus est Ang. vbi rationem etiã assignat, in l. 1. per illum. tex. C. vbi & apud quem.

DXX.

1 *Deceptis & non decipientibus iura subueniunt. fallit in do ctore, si causam perdat, erum integ. restitui postulet, item in mercatore, si se in actibus mercantiæ deceptum dicat.*

1 DEceptis, t & non decipiẽtibus iura subueniunt. c. cũ vniuersorum. de rerum permu. l. 2. §. verba. ff. ad vel leia. l. si fine. C. eo. & tamẽ (q̃ nota, & obserua) mercator minor descriptus in matricula mercatorũ, si se deceptũ in actibus mercantiæ dicat non auditur. ita Ange. in l. 1. C. q̃ & aduer. quos. maxima certe admiratione dignũ, cum inter eos non agatur nisi de bono & æquo. l. Quin tus. ff. manda. & not. Bal. in l. cum fidem. C. de non num. pecu. & in l. si pro ea. in vlt. col. C. manda. & in l. fin. in pe. C. de hære. vel actio. ven. nisi hoc idem esse ea rõne dica mus, quia quodammodo turpitudinem suam allegat, & est verum. & idem in doctore, qui se peritũ profitearur & causam perdat, vt non audiatur, si in integrum restitui voluerit. l. transactio. C. de transa. l. 1. C. de furt. c. in ter delictos. de donatio. & est argum. in l. 2. in §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur.

DXXI.

1 *Qui in vtero est cũ de eius commodo agitur, habetur pro iam nato, nõ si de eius incommodo, præscriptio tamen ei currit, pupillo vero non et quæ sit ratio.*

1 QVi in vtero est, cum de eius commodo tractat, ha betur pro iam nato. l. qui in vtero, vulga. ff. de sta. ho mi. non si de eius incommodo. c. 2. & ibi Abb. Pa. not. ex trã qui fil. sint le. & multa in collecta. super. d. l. qui in vte ro. congestimus, videnda alias. Hoc vnum tñ nunc haud prætermittẽtes certè annotatu dignum, & q̃ ibidem ẽt retulimus, quod pupillo præscriptio non currit, ei vero qui in vtero est, sic. l. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. anno. l. etiam ei qui prius. ff. de mino. & per Bal. in c. 1. in 2. no. de præsc. & Ang. in d. l. qui in vtero, & tamen aliquo re spectu de eius commodo agi vr̃. & annotatu dignum est se dixi, quia præscribit, & nihilominus contra neminem præscribitur, ſm Bal. in loco præallega. dicentẽ alibi non reperiri. In terim tu diuersitatis rõnem cogita, & nouis simè vide Fran. Bal. in tract. præscri. in 1. par. 6. par. prin cipa. in 33. casu. in prin. & 7. co. in ver. de ista materia.

DXXII.

1 *Filiusfamilias non debet esse deterioris conditionis, quam ex traneus. fallit. nu. 2.*

1 FIliusfamilias t deterioris condionis esse non debet, q̃ extraneus. l. Celsus §. fi. ff. de leg. 2. vbi plurib. hæ dibus institutis, si vnus rogetur legatum restituere, isq; portionem sibi debitam repudiet, cæteris accrescet, nec ad onus repudianti iniũctum tenebitur, multoq; minus alias deterioris conditionis esset quam extraneus, haud 2 dicendum, vt suprà. Et tamen (q̃ nota) deterioris t condi tionis est alio casu, qm̃ non vsucapit pro hærede, extra neus autem si c. l. nihil. C. de vsuca. pro hæred. l. 2. §. filiũ. ff. eo. nisi ex capite agnatorum veniat, quia tunc secus, vt inquit Alex. in l. 1. in vlt. co. C. qui admit. ad bo. posse. ex quo cõtinuatio dominii, de qua in l. in suis. ff. de lib. & posth. retinens fortè ne vsucapiat regulariter, nõ est hoc casu considerabilis, & in d. l. 1. non etiam late diximus, & latius in l. qui se patris. in euidential. C. vnde lib. & est arg. in l. si pater. ff. de adop. & in l. pro hære. ff. de acqui. hæ re. & in l. tutor. in prin. ff. de fideiuss. & mille sunt huiusmodi, quæ non refero.

DXXIII.

1 *Argumentum ab effectu adeo est efficax, vt simile dicatur.*

1 A Deo t efficax est argumentum ab effectu, vt simile di catur, quod idem est taliter, Alc. teste. in l. qui liberis: in prin. ff. de vulg. & pupi. substi. quia dẽ alibi in l. 1. in §. lex Falcidia. in 3. col. ff. ad leg. Fal. non referre, an interpre tatio sit extensiua, vel effectiua, ex quo ius in nomine nõ cõsistit, nec talis disputatio aliis quã pertinacibus est re linquenda. iuxta gl. in rub. ff. fol. matrimo. & alibi Bal. in l. legitimos. in fi. prin. ff. de legi. tuto. quod cum iura esse ẽum, non autem formulam verborum considerent, & inter tria requisita in tutelis, necessarium sit tutorem p̃mittere, q̃ pupillum inde sensum non relinquet, paria erunt q̃ formaſ in p̃missione dicatur, sine vlla cunctatione, vel verba æquipollentia ponantur. l. oĩm. l. qm̃ in dignũ. de testa. & alibi Ang. Vltimo loco (quod est quo tidianum) in §. hæc autem. in 2. co. in procem. fforum, q̃ si quis percutit aliquem, præsumitur eum appẽsate per cussisse. qua de re fortè inoleuit practica, qd̃ assessores hoc ipsum

hoc ipsum faciant verisimiliter lucri causa, & vt pecunias ab infœlicissimis reis his hamis expiscantes extorqueãt, sciturihac theorica deinceps, & posthac, iuridice fieri, ni si aliter ex processibus constet.

DXXIIII.

1 *Homo dignissima est creaturarum.*
2 *Actio personalis reali dignior.*
3 *Persona aliquando facilius alienatur, quam res.*

1 HOmo t dignissima creaturarũ est. l. iustissimè. ff. edi. Hedic. l. cognitionum. ff. de varijs & extraor. cogni. l. in pecudum. ff. de vsu. vnde Virg. alibi nob. Poeta, *Illi cœlestis origo est.* idipsum Gene. 1. sentiens, quod eum Deus opti mus maximus ad imaginem & similitudinem suam crea uerat, relatum etiam in capitu. hæc imago. 33. quæst. 5. vn de Ouid. quoque alibi.

Pronaque cum spectant animalia cætera terram.
Os homini sublime dedit, cœlumque videre.
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

& alibi Claudia.

Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum?
Erexisse caput pecudum simore pererrant,
Auia si frangunt communia pabula grandes?

dicẽte ẽt Psal. *Minuisti cũ paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, constituisti que super opera manuũ tua rũ, oĩa subiecisti sub pedibus eius, oues et boues et pecora cãpi.* dixique ego multa in dialogo de hominis dignitate & ex cellentia, quem propediem vna cum alijs Deo dante, pu blicauimus. & hac ratione t actiones personales sunt reali bus digniores, vt no. in rub. ff. si cert. pet. nec rei appellatio ne. quamquã generalis sit, l. 1. ff. de eo. venit homo, vt ibi 2 diximus, & no. etiam in l. 1. ff. de rer. diui. aut rei minoris accessio esse debet, vt in d. l. iustissime, præterquam in ca su capitul. multorum de Iudæ. connexitatis & adiuncti rõ ne. Nihilominus vnũ notetis velim, q̃ interdum t facilius 3 persona alienatur, quã res, probo, quia minor seipsum alie nat, & tamen non alienat bona, ita Ange. in l. & seruorum. in prin. ff. de sta. ho. Item paterfilium vendit. l. 2. C. de pat. qui fil. distra. & tamen de re filij non transigit. l. de re filio rum. ff. de transac. cogita.

DXXV.

1 *Aequalitas in iudicijs seruanda, & ideo publicato processu si minor restituatur ad probationes inducendas, eius ad uersarius prædicto beneficio utetur.*

1 MInor, t publicato processu, restitutus est ad probatio nes inducendas, dubitabatur heri in foro, nũquid ad uersarius suus beneficio prædicto vti potuisset? Dicebant aliqui cauillosi aduocati, licet hoc ipsum fortè haud sentiret, q̃ nõ, quia restitutio facta est mero fauore ipsius mi noris, vsque adeo vt ad ipsius lesionem nõ debeat hoc mõ retorqueri. vulg. l. q̃ fauore. C. de leg. capitul. quod ob gra tiã. de reg. iur. in 6. & male, qm̃ in iudicijs æqualitas seruã da est l. fi. C. de fructi. & lit. expen. l. amicissimos. §. Lucius & ibi Baldus in 2. col. ff. de exc. tutorum. l. petendæ. C. de temp. in integ. rest. pet. & ideo dicebat alibi idem Bald. in l. hac edicta. li. in 3. col. C. de secun. nup. quod licet in proui dentia testatoris inæqualitas esse possit, æqualitas tamẽ es se debet in lucro legis & hoc modo, quo solent. d. l. quod fauore, & similes limitari, vt ibi Bal. in 7. opp. declarat, læ sio prædicta dicetur rationabilis, & in ipsius fauoris con sequentiam venire. l. cum ex oratione. §. fi. ff. de excu. tuto rum & ad propositũ ita tenebat Ang. in l. qui res. in §. huic applicatur. ff. de sol. & in d. l. petendæ. in 1. col. ad fi. nisi aduersarius fuisset in dolo, quia tunc secus, nec eidem patro cinari deberet. l. in fundo. ff. de rei vend. capitul. sedes apo stolica. de rescrip.

DXXVI.

1 *Forma petendi re stitutionem.*

1 QVoniam t vidi quam plurimos etiam errare grauiter, in formatione libelli cũ petitur restitutio, volui pra cticã Ang. subnectere, certe non spernendam, vt semper dicat petens, seu petat quis dicens, ipsum lesum restitui de bere aduersus id, quod sibi læsio abstulit, in l. cum & mino res. in 1. col. C. si aduer. rem iud. quoniã id quoque regula re est l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. & tradit Ale. in l. cũ quidam in princ. in 2. col. ff. de acqui. hered. ita vt si rẽ ab stulerit, ad rem etiam fiat restitutio, si actionem, ad actio nem, si ius denique, quod in processu & in sententia habe bat, ad sententiã & processum pariter, alias non esset in pri stinũ statũ repositio, & in quo læsus reperiebatur, ante quã lederetur, imo quod si bona alicuius dudum exiticii ciui tatis venderentur, tenebitur venditor, hac ratione. si ipsi exiticio rejntranti bona restituantur, secundum eundem Ang. in l. 1. in 2. not. C. de peric. & com. rei vend.

DXXVII.

1 *Forma per assessores visitandi cadauer. & quid facere debe ant, & vnde sumatur practica illa.*

1 ALiud simile perpendi,eodem instãti fere,quo modo possibile sit q̃ si filius emãcipatus diceretur de iure ciuili incognitus penitus,in successione intestati, non ẽt testati,iuxta no.in §.emancipati.Inst.de hære.quæ ab intest.defe.& per Bar.in l.si ex duobus.in prin.& in l.illud. in §.fi.ff.de bo.pos.contratab.qua ratione quoque auum si ne testamento mortuũ fuisse dicimus alibi.in l.q̃ se patris: C.vnde lib,& si ceo casu ab eo,qui in potestate patris esse reperitur,nõ differre,cum tamen hodie differentiam præ dictam sublatam esse legamus in quacunque successione casus est in §.si vero.in ver.nullam.in auth.de hære.ab in sesta.veni.Sol.facilius est,si arg.negaueris,verba prædicta generalia restringendo tolum ad successionem intestati, tum quia idipsum iudicat titulus, sub quo. §. situatus est vulga.l.imperatores.fi.de in diẽ adiec.tũ ẽt quia ibidẽ, in fi.dicitur ad literã,& est verisimũ,nec secus teneri põt.

DLXI.

1 *Posthumi præteriti natiuitate regulariter rumpitur testamentum.fallit in casu.si quis filio exhæredato.in principio.ff. de iniust.rupt.irrit.testamento.*

1 POsthumi præteriti natiuitate regulariter testamentũ, rũpitur.l.3.§.ex his l.posthumorum.ff.de iniu.tu.irrito q̃ test.& tamen non rumpitur in casu,l.si quis filio exhæ redato.in prin.ff.e.tit.forte quia pater ipsum præcedebat in gradu,ita vt ne fuerit necessarium ipsum instituere,aut exhæredare,alias sic,vt ibi.& in §.posthumorum.Inst.de exhæred.lib.& ideo regulariter dixi.quia oportet rumpẽtem tenere primum locum in suitate,vere vel ficte.l.si qs posthumos.§.si filium.ff.de libe.& posthu.Imo q̃ gradus prioritas est de substãtia ipsius.d.l.posthumorũ.in pri.intã tum vt hac rõne si filius & nepos in potestate fuerint, & velit nepos,repudiata patris hæreditate,venire ad succes sionem: auitam de iure ciuili,non possit,si pater ipsum tẽpore mortis aui præcedebat in gradu. Considerando etiã suitatem adeo nobilẽ esse(quod omnes attestantur) vt nõ capiat nisi vnum gradum.l.1.§.sciendum.ff.de suis.& leg. §.sui.Inst.de her.qual.& diffe.& ad propositum tradit Bar. in l.qui se patris.in 1.col.vbi nos etiam multa.C.vnde lib.

DLXII.

1 *Emancipati & si aliquando iure ciuili fuerint incogniti,nun quam tamen fraudati fuerunt legitima sibi iure naturæ debita.*

REgulariter etiam dici solet,emancipatos incognitos esse de iure ciuili,& lege 12.tab.taliter vt ad successio nem ascenden.non admittantur.§.emancipati.Inst.de hæ re.quæ ab inte.defe.& dixi de iure ciuili,qui alias fuerunt æquitate prætoria recogniti,vt ibidẽ,& in §.quos aũt Inst. de bonor.possess.& nouissime postea sublata differentia emãcipationis & patriæ potestatis,vt supra declarabam in apopht.560.incip.aliud.& probatur in §.si vero.in ver. nullã in auth.de hære.ab inte.ven.recogniti ẽt erãt quo ad dimidium bonorũ,per titulum de coniugen.cum emanci patione.lib.l.1.eodem tit.sublatum pariter qũa filius quã quam emancipatus,semper tanquam primus in gradu suc cedit,in gl.alibi.in l.fi.ff.de libe.& posthumis.& Bar.in au then.de hæred.ab inte.veni.in fi.prin.Nihilominus. scien-
2 dum est,nullo iure,quo ad alimenta,& legitimam sibi in sticto naturæ debitam fraudatos fuisse.l.cum ratio.ff.de bono.dam.l.eas obligationes.& l.legatum.ff.de cap.dimi. l.si quis à liberis.in prin.ff.de lib.agno.& tradit not.Bal.in l.vnica,in 4.col.C.quando non peten par.facit reg.l.iura sanguinis.ff.de reg.iur.& l.ius agnationis.ff. de pact.& §. sed naturalia quidem.Instit.de iur.natu.& cap.pasce fame morientem.& cap.non satis.86.distin.& in simili arguit Rot.in consi.179.inci.amplissime doctor.in 5.co.in fi.& in consi.194.inc.in proposita consultatione.in vlt.& Sic. in consi.l.incip.illud afferam.in 3.volu.

DLXIII.

1 *Defunctus si cõtingat ipsum sine hærede decedere,maxima af ficitur iniuria,adeo vt nepotes nec instituti nec substituti admittantur,ne sine hærede decedat.*

DIcebam supra in apopht.503.inci.Id etiã q̃ maxima iniuria afficitur defunctus,si contingat ipsum sine successore mori,quoque affectat quisque habere heredẽ, nunc placet,aliud addere,hoc adeo verum esse,vt nepotes admissi sint alio casu,quamquam nec instituti nec substituti fuissent,si enim aliquo modo vocasset eos testator res dubitationem non haberet.quando scilicet institutus filius reperiretur sub conditione potestatiua,quę vltimo vitæ spiritu impleri non possit,quoniam tunc nepotes succedunt testatori,& cum hæredibus moritur,ab intestato tamen, dictumque & singulare.l.hn.ff.de cond.insti.& idem si pater fuisset exhæredatus, hærede extraneo instituto,isque hereditatem repudiasset filio mortuo.l.1. §.de su.& legi.l.scripto.ff.vndelibe.& minime mirũ, qm lex subordinat successiones secundum naturalem hominum charitatem,quæ est,& commune votum parentum pariter,vt ad posteros & nepotes,more fluentis aquæ,decurrant.ita Sicut in repe.l.cum acutissimi.in 95.col.C.de fideicom.& memoriæ commendandum.Sed quo modo potest naturale votum parẽtũ & charitas in his considerari,cum fuerint præteriti? Sol.non est proprie præteritio ex quo pater ipsos præcedebat in gradu,quos nec instituere,nec exhęredare tenebatur.l.si quis filio exhæredato.in prin.ff.de iniu.rup.irritoq̃ testa.

DLXIIII.

1 *Emancipati admittuntur ad successionem in feudis.*

1 MVltiplici ratione,decisum est,& communiter etiam tenetur,quod filij emancipati in feudis admittantur,& maxime,vt alia omittamus,breuitati inseruientes, quia in successionibus ab intestato differentia(quod alibi quoque supra,licet ob aliud,tactum fuit) emancipationis & patriæ potestatis tublata est.§.fi vero.ver.nuilam.in au thentica de hære.ab inte.veni.sed in feudis de succe ssione testati quærendum non est c.1.de suc.feu.in vsib.feu.ergo & male iudicio meo,quoniam(vt dixi alias in l.qui se patris.in gl.facultates.in prin.ita 3.q.C.vnde libe.) sequeret hoc q̃ filius institutus à patre pari modo eidem succedẽs in feudo,idipsum & alia consequeretur ex testamento & ab intestato,& quod taliter ẽt esset mortuus,nullo modo dicendum.l.ius nostrum.ff.de reg.iur.Ideo videndus est Bal.in c.1.(opi.enim communis verisimia est, nec aliter sentio)in prin.in 3.col.de suc.feu.e.lib.vt supra.

DLXV.

1 *Maritus locans fundum dotalem Titio,si ab vxore Titius expellatur,& id quidem iuridice,habet contra maritũ actionem.*

1 QVidam his diebus locauit fundum Titio,& cum ab vxore ipsius locatoris de facto expulsus fuisset.vole bat vt locator ipsum tueretur,dubitabatur quid iuris?(intelligo enim in fundo dotali,quoniã alias quæstio difficultatem non haberet.(Multi.cebant maritum non teneri, quia tunc locatione facta periculum in accipientẽ trãsit, l.expulsos.C.de actio,emp.quod secus tamen esset,si iuri dicens ipsum expulisset vt per d.l.declarat,& longa quidem distinctione Bald.in l.non solum.in §.fi;status.ff.de procu.& tamen contrarium est verius.l. damnum. C. loca.l. & hæc distinctio.ff.eo.& ideo donec fructus pendent in agro,damnum pari modo,contingens in eis contingit in re domini,& eidem absque dubio nocet,quia carẽtię sunt habentium.l.Titio vsus fructus.ff.de cond.& demõ.Idẽque Bal.nõ.in l.licet.in 2.col.C.loc.Nec ob.tex.in d.l.expulsos.quia loquitur in contractu emptionis & venditionis,quæ & si proxima eidem sit locatio & conductio.l.2. ff.de loca.non tamen hoc casu eandem habet naturam,vt tradunt docto.in l.si filiofami.in §.si vir in quinquẽnium, in prin.ff.sol.mat.& ita fuit determinatum.

DLXVI.

1 *Accusatus,quod insultum fecerit,& mox vulnus insultato intulerit,intelligitur quod statim,& non cum temporis interuallo.*

Mali

MAli ac improbi assessores præ oculis Deum non habentes,plerunque in eorum inquisitionibus, cũ aliquis est acculatus,quod insultum fecerit,mox vulnus insultato intulerit,adijcere solent verbum, cum temporis interuallo,& si nõ ita, veritas se habeat, vt sic insultatẽ de insultu.& de vulnere pariter puniant,& hoc casu non est difficultas, insultum vulneri haud inesse.Sed quæritur qd
1 si adiectum non sit,intelligitur ne cum temporis interual lo,an vero confundentur,ita vt insultus insit,quemadmodũ dixi,ipsi vulneri.Prima facie dicendum videbatur, in telligi debere,cum temporis interuallo,vt delicta puniantur,verbum mox,hac rõne ita interpretando, & si aliam quoque significationem habeat,vulga.l. ita vulneratus.ff. ad leg.Aquil.c.vt famæ.de sent.excom.,adeo vt sententia etiam exequi debeat sine dilatione,quoniam quandoque ex superuenienti & inopinato casu eluditur executio.l.cõtra maiorem.C.de appella.l.quoniam nonnulli.eod.lib.& declarat Calde.in consi.1.incip.an executio.de sent.& re iudica.Nihilominus contrarium teneri debet,& in mitiorem partem verbum prædictum interpretari,iuxta nõ.in l.qui de crimine.C.de accusa.& in l.illud in.§.fi.ff.ad leg. Aqui.tradit Bal.in terminis,quem ibi sequuntur omnes. in l.diuortio.in 3.col.ff.sol.mat.& potissimum per regulã l.si præsens.& l.interpretatione.ff.de pœ.cũ si.Nec ob.q̃ delicta puniri debeant quia verum est,quoties innotescũt & constant,at hic dubium est, ergo (vt diximus) in partem mitiorem inclinandum. Considerando etiam q̃ nõ ex toto remanẽt impunita, quodque vnus est finis,inquit idẽ Bal.in l.quicunque.in 1.col.C.de ser.fugi.& in l. cum mulier.in 2.ff.sol.mat.& præambulum ordinatum naturaliter,quod per se non cẽsetur,vt osculum in adulterio, dicit alibi.idem adhuc in l.aduersus.in 2.colũ.C.de fur.& ita tenendum censeo.

DLXVII.

1 *Titius accusatus,quod vulnerauerit.& insultauerit aliquẽ in dubio si nihil aliud appareat,non est puniendus de vulnere & insultu,sed de altero tantum.*

FEre ad idem aliud non est omittendũ,in practica quotidianum. Nam quidam Titium accusauerat sub hac
1 forma,quod vulneraſſet,& insultasset fratrem suum. Dubitabatur,an de vulnere & insultu pariter puniri deberet & ita signãter & formaliter testes deponebant. Nonnullis visum est,quod sic,idipsum hac de re existimantibus verum,quia id,quod prius est in ordine scripturæ,prius etiã esse præsumitur in ordine temporum.l.quoties.ff.de vsufruct.§.quibus.in 1.constitu.Cod.in dubio & vbi aliud nõ apparet,intelligendum,secundum Ang.in procem.ff.orũ. in prin.in 7.col.Alijs vero contrarium, quorum sententia prævaluit,ex quo accusatio prædicta incerta est, & in humaniorem partem(vt proxime dicebam)interpretanda.& nouissimè facit quod habetur.in l.si post motam C. de peti.hær.& in c.inter dilectos.de fid.instru.& in simili per Anch.in repe.c. canonum statuta.in 294.col. de const. & Bal.in l.1.in 2.ff.sol.mat.& in terminis in d.l.aduersus. C.de furt.

DLXVIII.

1 *Præsumptio iuris & de iure,tantæ est virtutis,vt quis se fundando super matrimonio vero,si probet de præsumpto præsumptione iuris & de iure.obtineat.*

1 IN materia præsumptionis,quæ iuris sit & de iure, vnã legi alias perpetua obseruatione dignum,& addendũ fe linanter ad no.in l.antiquæ, C. ad Velleian. quod tantæ virtutis est,vt si quis se fundauerit super matrimonio vero,probando præsumptum,præsumptione tamen iuris & de iure,obtineat absque dubitatione.ita Abb.Pa.in ca.pertuas.in 1.col.de cond.appo.& nimirum,quia tantum debet operari,quantum veritas in foro iudiciali,vt idẽ Abb. declarat in c.is qui fidem.in prin.de sponsa.& in c.veniens eo.ti.vbi etiam quid sit,declaratur,& præsertim in capis qui fidem.& in l.si duo.vbi Ang.in fi.ff.de acqui.hære.

DLXIX.

2 *Res minorum mobiles, quæ seruando seruari non possunt, venduntur sine aliqua solennitate,immobiles vero non nisi cum iudicis decreto.*

2 *Res dicuntur seruando seruari non posse, quando triennio nõ sunt duraturæ.*

1 REs minorum mobiles,quæ seruando seruari nõ possunt permissione legis venduntur sine aliqua solenni tate.l.lex quæ tutores.in fi.C.de admi.tu.aliæ autem nõ ni si imminente necessitate,& cum decreto iudicis,vt ibidẽ. & nimirũ, vltra,quia earum vilis est & abiecta possessio, vbi alias pecunia humanæ necessitati deseruit.l.si ita fideiussorem accepero.ff.de fideiuss.qua ratione,quamuis hu iusmodi sit,vt seruando seruari non possit, eius alienatio etiam concessa est secundum gl.in l.1.in §.fuit quæsitum. ff.ad Trebel.quam peregrinã exclamat Bal.in l.1.in prin. ff.de reb.eo.dictum sane adeo verum vt in venditionibus quoque mendicantium nihil delideretur nec ob id quia pretium succedat loco rei,vt sensit Arc.in c.de viduis.27 quæst.1.eorum regula infringatur,ex quo eorum etiã dominium momentaneum est.l.fin.in fi.C.de bon. quæ lib. & tenuit vltimo loco idem Bal.in cap.cum causa.in fi.de re.iud.Sed pro prædictorum declaratione quæro,quo mo
2 do cognoscatur,quod res seruando seruari non possit?re sponde si triennio non sit duratura.ita Ang.(quod nota) in l.1.C.si aduer.vsucapio.

DLXX.

1 *Tutor debet promittere pupillum indefensum non relicturũ &c.& hæc sunt de forma, adeo vt præter mitti non possint,item,& quod defensionẽ sine vlla cũctatione suscipiet.*

SCiunt etiam omnes,maxime notarij, quia ita quoque inoleuit practica,postquam de minoribus locuti sumus
1 Proxime,quod tutor debet promittere indefensum pupillum non relinquere vtiliaque facere,& inutilia prætermittere penitus,imo quod hæc & alia multa sunt de forma,vsque adeo vt nullo modo prætermitti possint.l. fin. §.omne.C.de administra.tutor.& no.in anth.matri & auiæ C.quando mul.tute.offi.fun.pos.& in l.legitimos.ff.de legi.tuto.& in l.tutor qui repertorium.ff.de admi.tut. Sed nesciunt aliud specialissimum capi.scilicet addi debere, obseruandum perpetuo,ne contra instrumentum tutelæ, aliquando opponatur,quod defensionem sine vlla cunctatione suscipiet,ita gl.quam ibi signat Bal.in l.1.in princ. ff.de tute.& ra.ditt.quod tamen ego parum curarem,dũmodo essent in eo verba equipollentia,& comprehenderetur ex alio,ex quo iura effectum,& non formulam verborum considerant.l.omnium.l.quoniam indignum.C. de testamen.l.1.C.de formul.& eundem Cal.cõperi postea sibijpsi cõtrarium,nec secus tenẽtem in d.l.legitimos in fi.prin.ff.de leg.tuto.cogita.

DLXXI.

Maritus vxorem suspectam de adulterio habens si adulterum coram tribus testibus monuerit.ipsum poterit postea impune occidere,si inueniat eum colloquentem cum vxore & quaratio.

1 MIrabile dictu videtur,quod si quis vxorem suspectã de adulterio habuerit,& adulterum coram tribus testibus admonuerit,ipsum impune interficere poterit, cum vxore loqui inuentum, ex quo hoc modo suspicio precedens,& admonitio sequens spreta probationem delicti inducunt.auth.si quis.C.ad leg.Iul.de adul.& tñ hoc idem de directo videtur contra te.in c.si quisquam de coha.cleric.& mulie.vbi prima,secunda, & tertia admonitio requiritur.Sol.illud ideo cẽ dicas,quia difficulter tẽpe ratur tam iustus dolor.l.si adulterium cum incestu.§.Imperatores.ff.ad leg.Iul.de adult.c.si vero de senten.excõ. Vnde si insultatus(quod nota)insequatur incontinenti in sultantem,eumque interficiat,nõ tenetur hac ratione de occiso,sed vulnere,ex quo etiã homicidium dolosum esse debet,vbi hoc casu alias sola culpa est in consideratione inquit Abb.in cap.cum olim.in 7.col.de resti.spo. & exclamat

mat Fel.in c.delicti filij.in pe.de exce.& ita in facto sæpius determinatum fuit, vsque adeo,& ad propositum, vt decisio quoque d.auth.si quis extendi non debeat.huius singulare.quod vero contra.ff. de leg.c.quæ à iure de regulis iuris in sexta.& declarat idē Abb.in dicapitulo si qsquā & bene.

DLXXII.

1 *Pluribus constitutis administratoribus si simpliciter fuerint constituti, qui non administrauit, non potest petere ab alijs vt ibi rationem reddant.*

1 PLures tē cōmissarij simpliciter relicti fuerant his diebus vt communiter fieri solet, in quodam testamento quorum vnus volebat ab alijs, qui testatoris bona administrauerāt, sibi rōnē reddi, dubitabatur an posset hoc idē petere? Plerique prima facie dicebant q̄ sic, nec à ratione alienū videbatur, qm̄ si vnicuique officium p̄dictū iniunctū est, iure merito quoque, is qui non administrauit, nec ad ministrationi interfuit, repræsentans quodāmodo defuncti ac cōmitentis personam, debet posse idipsum petere. Et tñ cōtrarium verius est, & sine dubitatione, ex quo simpliciter (vt dixi) tales constituti fuerunt & non insolidū, libet. ita vt pp parē potentiā insistētis, & resistētis, vnus in alterum possit nihil. lille à quo. §. tempestiuum. ff. ad trebe. l. nam magistratus. ff. de arbi. l. 1. C. de contractib. iud. & est simile in pluribus procuratoribus, in l. qui duos, vbi in terminis ēt Bal. hoc ipsum decidit, signandum perpetuo ff. de procucato.

DLXXIII.

1 *Publica vtilitas priuatæ præferenda.*

1 DE publica vtilitate, q̄ priuatæ præferatur. l. 1. §. fi. C. de cad. toll. l. vtilitas. C. de primipil. lib. 12. c. bonæ 1. de postulat. prælato. recordor alibi dixisse multa, propositio adeo vera nouissimo loco vt ea de re quique sine dubitatione proprio iure priuari possit. lita si verberatum. §. 1. ff. de rei ven. nec valeat inferior magistratus impedire ea, q̄ sunt meri imperij, secundum Alex. in l. dies. in §. 1. in fi. ff. de dā. infect. imo q̄ vltimæ voluntati ēt derogatur, publicæ vtilitatis gratia. l. testamento. & ibi no. ff. de hær. instit. & est simile in voce. vt in præalle. l. testa. probat, ga si decurionis quod fuerit, plus valebit cæterorū ciuiū, testatur Bal. in l. 1. in 4. col. ff. sol. mat. & non immerito ad prorpositum quia bonū gentis Aristo. teriā test. ethi. 1. melius. ē q uā vnius hominis pulcherrimo exemplo nūc quoque confirmanda' Cor. Cel. medici præstantissimi, dicentis in lib. de re medi. de tertia medicinæ parte tractans quā Græci chirurgicam nominā, optime Herophilum & Erastratum fecisse, qui nocentes homines à regibus ex carcere ac ceptos inciderunt, vt eorum viscera. & intestina scrutarē tur. nec crudele fuisse, vt plerique arbitrabātur, qm̄ (nota) paucorū & priuatorum quidē nocētiū suppliciis remedia prope infinita populis innocentibus seculorum omnium quærebantur.

DLXXIIII.

1 *Mulier an possit esse testis in testamento.*
2 *Legitimi tantū, & non bastardi memoriā parētū perpetuāt.*

ā MVlier in testamento testis esse non pōt. l. q̄ testamento. §. mulier. ff. de testam. alias aūt & regulariter, sic, in qualibet alia vltima voluntate, vt post Spe. in tit. de test. in §. 1. & in §. compendiose. de instru. edit. tenuit Calde. in consilio 8. inc. testa. vel si testamentum sit ad pias causas, aut inter liberos, vt in d. §. mulier. no. & in auth. quod sine. C. de testamen. & in l. pe. vbi Bal. in fi. (singula singulis referendo) C. de sacrosanct. eccle. & disputat Ro. in authē. simiiliter. in 15. special. C. ad leg. fal. id maxime de causa pia, & Dec. in l. fœmine. in 4. & 5. colu. ff. de reg. iur. nec planè hæc dubitationē habent. Sed quid in testamento patris bastardum instituētis, poteritne mulier in testem adhiberi? Multi senserunt quod sic, nec absque ratione, quoniam vt idem Bal. dicit in d. authē. quod sine. in 2. col. rigor, quo masculi desiderantur, hoc casu remissus videtur, quia sicuti permittit lex tutorē dari à patre in testamēto minus solenni. pari mō pmississe videt, mulierē testē esse posse ī casu isto & quia denique similibus reliquis pōt. l. 2 §. humanitatis. C. de natu. libe. ñ quia bastardo non debetur hæreditas ab intestato, testamentum imperfectum legis auxilio confirmari non debet, & dixi contrarium esse verius, nec facit q̄ rigor remissus sit, quia verum est in liberis legitimis & naturalibus, non in bastardis à lege reprobatis. auth. ex cōple xu. C. de incest. nup. minusque quod detur tutor in testamento minus solemni, ga nec istud falsum est, sed tamen datio non valet, nisi à iudice confirmetur, à quo ēt hac ratione denominari debebit. l. adoptio non iure facta. ff. de adop. l. 1. §. omnia. C. de vet. iur. enu. & per doct. in l. nōs populi. ff. de iusti. & iure. Non ēt & vltimo q̄ similibus relinquatur, ga fateor nec hi esse possunt nisi legitimati, quibus cum omnis macula absterla sit. l. imperialis. §. 1. C. de nup: adhuc licet non ita latè in d. locis sensisse videtur, tum vel maxime in d. mulier. in fi. & in d. authen. q̄ sine. & bene, & ita teneo. Et quia de bastardis locuti sumus, sciēdū est, eos
1 memoriā parentū non perpetuare, sed solos legitimos, tq̄ præclaram & illustrem etiam ciuitatem reddūt, vt in aut. de nup. in prin. per quem texr. ita quoque dixit Bal. in l. 1. in 5. col. ff. sol. mat. & hæc sufficiant.

DLXXV.

1 *Communionis ratione quis admittitur ad agendum, etiam sine mandato, duobus tamen concurrentibus. siue ex his altero. per totum.*
2 *Intellectus. l. licet. ff. de procurator.*
3 *Amicus pro amico, sicut consors pro consorte, ad agendum admittitur.*

1 COmmunionis rō facit, quis admittatur ad agēdum, ēt sine mandato. l. 2. C. de consorte. iud. lit. duobus tamē cō currentibus, siue ex his altero, si præsens scilicet paratus sit cauere, rem ratā dominū habiturum, vel, si iudicatum solui satisfaciet, quanquā obstare aliquantulum videatur re. in l. licet. in prin. ff. de procu. sed vere, vt inquit Bal. in §. is
2 cui. ea. l. nō obstat, ga loquitur in actione populari, q̄ vnica est, & non dinumeratur in singulos de populo, quantū ad essentiam, sed solum quantum ad nudum ministeriū agendi, vsque adeo vt vnus alium procuratorem non constituat. & latius vt per eum. & si communionis rō ad propositum hoc idem facit multo magis facit rō affectionis, ex quo amicitia æquipollet affinitati. l. cum allegas. C. de castren. pecu. lib. 12. & sicuti coniunctus admittitur, & (vt dixi) consors, pari modo admittetur amicus, probaturq̄ve
3 in l. 1. & in l. at qui natura in §. cum me absente. ff. de negest. per quæ iura ita etiam sensit idem Bal. in l. sed si hæc. in prin. in 2. col. ff. de procu. & Alex. in l. exigendi in 3. C. eo, & nimirum quoque, quia amici vna anima in pluribus corporibus esse dicuntur. Arist. teste, ita vt hac rōne, non minus gratia eorum q̄ ipsos tuentur, & coniunctos, cō dita fuerit. l. vt vim. ff. de iust. & iur. quam amicorum suorum inquit ibi idem Bal. in 2. col. & verbum sui factū non ministerium iuris designabit alibi declarat in l. 1. in penu. col. C. vnde vi. Imo si contra absentem procedatur, affines & amici sunt vocandi. l. fi. vbi bo. tex. ff. vbi pup. edu. deb. & si conductor, (quod perpetua annotatione dignum videtur) recessurus est, domino primum, ne ad pensionē teneatur, idipsum notificare debet, posteà amicis & affinibus, si dominus non sit in ciuitate. l. prima. §. fi. quem ad hoc no. dicunt ibi Doct. ff. de eo qui pro tuto.

DLXXVI.

1 *Sententia nulla quomodo validetur partium consensu, & an hoc sit indistinctè verum. nu. 2.*

1 QVod dicitur in l. 2. C. com. vtri. iud. sentētiam scilicet nullam, valere partium cōsensu, quodq̄ue iudicium minus legitime inchoatum à filio, pari modo consensu patris recōualescere potest. in l. fi qui mihi bona. in §. iussum & ibi p Doct. ff. de acquir. hæred. non simpliciter verū debet intelligi, prout intellexit gl. in l. 1. C. qui pro sua iurisdictio. sed in vim pacti, sic postea declaranda, qm̄ cōsensus partium alias iurisdictionē tribueret, & male, ac cōtra tex. in l. priuatorū. C. de iur. om. iud. & late tradunt Cano. in c. prudentiā. de offi. deleg. & Cald. in consi. 8. inc. an sententia. in 2. co. de fe. & reiu. & vtilitatē ex hoc resultātē. an vt sententia valeat, vel vt pactum, declarat Aret. in cons. 56. inc. post absolutum. in 2. col. Sed ad idē dubito, nunquid hoc
2 ipsum verum sit inditinctē, & in sententia cuiuslibet iudicis. tam ordinarij quā delegati? Videretur prima facie dicendum q̄ sic, ga delegati æquiparantur arbitris. l. sicuti. ff. de arbit. & arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt l. 1. ff. eo. & tñ contrariū tenetur, ga non p omnia æquiparantur, vt in d. l. sicuti & per Bal. in rub. de offi. deleg. in 2. col. & ideo quamuis sentētia ordinarij nulla re conualescat ex ratihabitione efficaci. l. cum minor. §. fi. ff. rē rat. habe. vel ex pacto vt hic, & melius, lecus tñ est in sententia delegati quia mandatū deficiat, vel forma repugnet. l. instar. & ibi no. C. de iur. fis. libro decimo. & in specie declarat idē Bal. in rub. præal. in vltim. col. in fi. & est verisimum.

DLXXVII.

1 *Pecunia debita superioris mandato, lege, vel statuto si mutetur, attenditur tempus solutionis, & quæ sit ratio.*

MVlta in materia solutionis faciendæ, cū moneta mutatur, scribunt Doct. in l. Paulus. ff. de solut. & in l. in minorum. C. in quib. cau. in integ. restitut. non est necesse. & in specie Spe. in ti. de obl. & sol. in §. nūc aliqua. & maximè si pecunia ex contractu, vel testamēto debita sit, quod nāque tempus attendatur, q̄ scribere hic non intēdo, quoniā clara sunt, & difficultatem nō habent. Sed quid si debeatur
1 superiorist mandato, lege, vel statuto? Dicas breuiter, & é quotidianum, tēpus absque dubio solutionis attendi debere, ex quo lex, cum sit semper in viridi obseruātia, semperque loquatur. l. Arriani. C. de hæred. contingente mutatione pecuniæ post eā, de ea ēt loqui videt, & qa mutata pecunia, intelligitur ad nouā mutationē, mutata quoque lex, seu statutum p̄dictū. l. pen. C. qui adm. l. 2. C. de const. pec. l. vnic. §. 1. C. de rei vxo. actio. & tetigit Spe. in d. §. nunc aliqua. & Bal. in l. illud in fi. C. de sacrosanct. eccl. & But. in c. quanto. in 2. char. de iureiur. nec potest negari nisi in casu, quando soluens fuisset in mora, quia tunc tenetur ad id, p ut moneta prædicta currebat, tempore quo soluere tenebatur, vt Doct. in locis præall. dicunt. & signāter Bellenzi. in tract. de charita. subsi. in 82. quæst. inc. dicit in 2. & 3. co.

DLXXVIII.

1 *Beneficium epistolæ diui Adriani, de quo in l. fi. C. de consti. pecun. habet locum inter curatores.*

IOan. Ant. Tripona Siculus, vir certe omniū horarum, & adeo ardens, ac cupidus huiusce disciplinæ legalis, vt nil aliud cogiter, nil loquatur, nil denique cupiat, nisi q̄ à nobis, vel à quouis alio ēt discere possit, interloquēdum, vt fit, dubitabat (differueram enim tūc nescio quid maximè conducens ad intellectum. l. fi. C. de const. pecu.) an beneficiū epistolæ diui Adriani. de quo ibi, & in l. si dubitetur. ff. de fideiussor. & in §. si plures. Inst. eodem locum haberet
1 inter curatores, & non immerito, quia Bar. in l. secūda. in §. fin. ff. de curat. bo. dan. gl. reprehendit ibidē hoc ipsum q̄ rentē, & inepte quidē, ex quo tex. in materia præcipuus, & quē no. dicit Aret. in consi. 66. inci. vilo puncto. in 6. col. in d. l. fi. vult. solum habet locū inter fideiussores & mandatores accessorie obligatos, ergo non inter alios. l. si vero. §. de viro. ff. solu. ma. & tamen dixi ego contrariū esse verius, & ita teneo ex ipsomet tex. iuncta gl. quem nec secus inducit Aret. in loco præall. imo quod subsistēte eadem ratione, ad casum sibi parem ēsem perextendi debet, & nedum eo. sed etiam alio, vt ad longum probat Stepha. de Fede. in tracta. de interpreta. iu. in 75. col. & seq.

DLXXIX.

Donantis assertioni standum, asserentis se donare pietatis causa & eleemosynæ affini suo aliquin egeno, & inop:

DOnauerat quidā alias affini suo egeno & inopi, numerosaque familia onerato (quod ego cōsultus vere scie bam) notabilem pecuniæ quantitatem, & in instrumento donationis amplius appositum fuerat, se idipsum fecisse pietatis causa & intuitu eleemosynæ. Dubitabatur, an eidem credere tur, & assertioni huic stantum esset? Breuiter difficultatem faciebat tex. in l. si donatione. C. de colla. & in l. qui testamentum. ff. de probation. & in l. data. C. de donat. vbi donatio coniunctus personis facta non valet, nisi interueniente actorum testificatione conficiatur, & insinuetur, ex quo (vt subijcitur in d. l. data) clādestinis ac domesticis, fraudibus facile quiduis, pro negotij opportunitate confingi potest vel id quod vere gestū reperitur, aboleri & ē argu. in l. in fundo. ff. de rei vend. & in l. sub prætextu. C. de transact. & in c. sedes apostolica de rescrip. Considerando quoque quod ad id, vt fraudibus scilicet obuietur, cū publica, tum priuata etiā nos suadet vtilitas, l. si libertus. ff. de iur. patron. & tradit Cald. in consi. 21. inc. Episcopus in prima columna de constitutionib. Nihilominus contrarium existimo verius fore, & tenēdū, quod imō valeat, quoniā prædicta procedunt, & intelliguntur in coniūctis simpliciter, & quando aliud non est speculādum, sed in casu isto donatarius erat coniunctus, & inops pariter, ergo p̄sumetur omnino donans magis misericordia motus, quam affectu & sanguinis. ratione casus est no. & obliuioni nūquam mandandus in l. liber captus. C. de captiuis, & postliminio reuerſis per quem dixit alibi. Bal. in l. sed & si. ff. soluto matrimonio quod si pater pari modo condemnationem filij soluisset, videretur intuitu pietatis soluisse, & non repetendi animo & interminis nostris postea idem met in l. illud. in prin. C. de sacro sanct. eccl. esijs.

DLXXX.

1 *Animus amicitia, & inimicitia coniecturis probantur, nec vere aliter probari possunt.*
2 *Cessio alicui facta an præsumatur in fraudem facta, an vere necessario probari debeat.*

1 ANimus vere probari non potest nisi coniecturis. l. do lum C. de dolo. l. quoties. §. q. dolo. ff. de probatio. ca. 2. de renūtiatio. in sexto nec secus amicitia & inimicitia, qm̄ pari modo ex animi affectione cōtrahitur, vt declarat Abbas Panormitanus in c. repellantur. in prin. de accusatio. & notanter in dolo in ca. super literis in quinta col. de rescri. & singul. quæst. Sicul. in consi. 57. inc. illud in 7. in tertio volum. & ideo quam quis dictum testis ne cessario concludere debeat, sufficit tamen si concludat ēt præsumptiue, & præsumptio iuris sit, ac talis, vt ad condēnationē sufficiat, sm̄ Bar. signanter in dolo exemplificantē in auh. ingressi. in repetitio. in vlt. col. C. de sacrosanct. eccl. & dixi ego late
2 in l. 1. ff. si certum petatur. Sed quæro quid in cessione alicui facta, nunquid in fraudem facta præsumatur, an vero probari necessario debeat? Respondeo, in clerico plumi, & de iure canonico, quod mirabile videtur ad limitationē c. absit. 11. q. 3. in laico vero & de iure ciuili non ita. Alex. in l. q stipendia. in prin. C. de procurator. & in dolo ad ppositum quorundam Hispanorum cautelam recitat gl. in d. l. dolum. q Aldricum ad prandium inuitarant vt fideiuberet, dantes exinde & vinum album rubeo mixtum, vt inebriaretur, simili exemplo cōprobandum Mirrhæ Cinaræ Regis filiæ quę cū nephasto amore patrem deperisset, cū eo, ebrio nutricis opera facto pariter concubitum habuit. Et vtinam vt messores Icari, similiter ebrij fecerūt, q (vinum sibi haud solitum exhibuerat) ipsum interfecerunt, Hispani ab Aldrico, & à Cinaria Mirrha, interfecti fuissent, vt alijs exemplo essent, ne huiusmodi fraudibus, & rebus cum dictu, tum ēt auditu, nedum fœdis, & turpib. verum etiam incredibilibus, operam darent, nisi ioco Accursij ascribamus & Poetarum figmentis, non quod vera fuerint, dicta fuisse credamus.

DLXXXI.

1 *Agens, fundamentum suæ intentionis probare debet, alias succumbit.*
2 *Crimina vndecunque clarucrint punienda sunt, si quidem*

propolita

proposita & probata fuerint.

3 *Infamatus licet nihil sit probatum contra eũ,nõ tamen absol uitur simpliciter,sed indicitur sibi purgatio pp infamiam.*

1 REgulare est(vt sciunt oẽs)agentẽ tẽ fundamentũ intentionis suæ probare debere,alias succumbit.l.ei q̃ l.in exceptionibus.ff.de proba.l.qui accusare.C.de eden.aliq̃d Alex.in l.is post.in 3.col.ff.de acquiren.hered.& quemadmodũ rhetores dicũt,cõfirmatio appellat,qua causę nostræ dubiæ,& controuersiæ,authoritatẽ impartimur,fidẽque argumentis facimus,q̃ ei(vt diximus)incumbit, q̃ ꝓponit,& non ei,q̃ negat qm̃ nulla nec ciuili rõne ad idẽ cõpelli põt,imo q̃ ipso ꝓponẽte nõ ꝓbante, absoluitur, vt in iuribus præall.& in c.1.vt eccle.benefi.siue diminutio. confe.quãquã nec iuret aliter,declarat Bar.in §.si tñ ad fin. in auth.de instr.cau.& fid.& ꝓbat text.in d.l.q̃ accusare, *Et si nihil ipse prætiterit &c.*& notat q̃ nõ ꝓbasse dicetur ẽt, quamuis probauerit id ad qđ alia cõpetebat actio.l.1. §.docere.ff.vi bon.rap. & est arg.in l.quoties.ff.q̃ satisf.cog. dixiq̃; ego alias in l.qđ ergo.in §.pœna grauior.ff. de his qui no.infam.& id, q̃ vulgo dici solet,crimina vndecunq;

2 claruerint punienda esse,vt in c.eccle.24.q̃st.3.intell gi debere verũ,si quidẽ ꝓposita & ꝓbata fuerint & ẽm modũ ẽt ꝓpositũ,quia q̃ñq; p accusationẽ,q̃ndoque p inquisitionẽ.nonnunquã & vero p denũtiationẽ, & exceptionẽ ꝓcedit.l.illicitas.§.veritas.l.cõgruit.ff.de of.pñs.e.iup his.&

3 ibi no.Abbas.Pan.in 2.col.de accusa.in inquisitione tñ dico obseruãdũ esse, q̃ quãuis nihil ꝓbatũ sit cõtra infamatũ,nihilominus ipse non simpliciter absoluitur,sed indicit sibi purgatio propter infamiã,vt ibidẽ Abb.declarat, in c.cũ oporteat.in 2.col.e.tit.& plus,q̃ plerumque ẽt fit cõdẽnatio in casu absq; probatione.l.si q̃ñ.C.vnde vi.c.si. q̃ met.cau.specialiter propter tria,q̃ sunt dolus rei, difficultas probationis,& quia denique reus ipse difficulsatẽ induxit,vt ibi Bal.no.& bene,nec secus dicẽdum est.& ad regulã redeuntes,distingui posset,nec à rõne videtur alienũ,& distinguit Bar.in l.in bonę fidei.C.de reb.credit.q̃ q̃nque actio probat plene,& tunc vincit, q̃nque nihil, & succumbit,quandoque semiplene,& isto casu negotium & lis decidit iuramento & dixi etiam in d.l.qui accusare.

DLXXXII.

2 *Curator datus tantum liti non conficit inuentarium.*

LIti erat datus curator quo casu sciunt omnes.ipsum ad id compelli posse,nisi legitimam habeat excusationẽ: l.scire oportet.§.consequẽs.ff.de excusat.tutor.l.munerũ. §.defensore.ff.de mun,& hon.l.nullus.C.de decur.lib.10.

1 §.quibus.Inst.de satisda.tuto.Sed quæro, nunquidtẽt inuentarium conficiat? Videretur dicendũ q̃ sic, primum quia regulare est.l.tutor qui reprtorium.ff.de adminilt. tuto.demun.vt mala suspitio subtractarũ rerũ vitet,quemadmodũ in hærede legitur in §.si uero in aut.de hær.& falcid.& quia expedit ei ẽt,cui datus est l.fin.& ibi no.C. arbi.tute.sed non est verũ,ex quo datus est simpliciter ad litẽ,ita vt iure merito,cũ nullũ habet ipsarum rerũ administrationẽ,sed litẽ tantũ instruat,nec inuentariũ cõficiat. gl.est egregia & singularis in d.l.de creationibus.C.de episcopo.audi.& ita practicatur,& seruatur quotidie,secũdũ Cy.& Bal.in l.qui habet.in prin.ff.de tutel.& nõ ab re quoque ac vltra eos,qa si grauat in hoc,vt inuitus acceptet,& litem instruat,suaq; negotia deserat, vt aliena agat.l.sed si qs ex signatoribus.ff.quemad.testa.ape.in alio ẽt debet releuari,ne inuentariũ cõficiat,si maximè(vt diximus)bona nõ administret.vul.l.eũ q̃.ff.de iureiu.l.quidã decedẽs. §.1.ff.de adm.tu.l.incẽdiũ.C.si cer.pet.l.periculi.ff.de nauti.fœno.& declarat Odof.in rub.e.ti.ex qbus rõnes dubitationẽ facientes sublatę manebũt,haud aliter scribendæ.

DLXXXIII.

1 *Delicta non solum punienda,verum quoque publicanda, vt infamiæ nota fontes aspergantur,*

IN l.fustibus.C.ex quibus cau.infa.irrog.ibi,*Cui per præconem ita dictum est.* ἐσημεφάντησας obseruat Bal.præconẽ alias cõdẽnatos precedere solitũ,exclamãs cõtinuo eos sycophãtas,& calũniatores & nimirum addas tu,vt crimẽ detestaretur & vt alii deterrerẽtur amplius.& idem quoq; VENETIIS seruatur,cum ad supplicium ducitur nocens,q̃m præco pariter ipsum anteit,dicens,horrida voce, *Ecco il malfatore,è* vestigio delicti qualitatẽ astantibus & audientib.subnarrãs. Institutũ ẽt obseruatũ Ale.Seueri tẽporibus in Turrino quodã,q̃ cũ eiusdẽ Ale. Domini sui audientias mercaretur,stipiti alligatur fumo necatus est,p̃cone similiter exclamante,fumũ vẽdidit Turrinus,fumo

1 necatus est,arg.planè apertissimũ,delicta nedũ puniri debere,verũ ẽt publicari.vt infamiæ nota fontes aspergãtur, & alii(q̃ proximè quoque,tẽplũ ceteris ingredi prohibeãtur impii,dicente adhuc(& scitu dignũ est) *Procul ò procul este profani.* quemadmodum contra,iple pariter olim in ludis Gymnicis victoris nomen,laudesque dicebat,& corona victorię etiam eum honestabatur,vt 5.Aenei.Poeta his versibus orsus est.

Victorem magna præconis voce Cloanthum.
Declarat,viridique aduelat tempora Lauro.

DLXXXIIII.

1 *Vxor vestem lugubrem,qua ob mariti mortẽ vti debet, habere debet de patrimonio mariti,nisi cõtrarium sit cõsuetudo.*

FVi multoties interrogatus,an vxor,tquę ob viri mortẽ veste lugubri vti debet,eam sibi suis sumptibus faceret, an vero haberet de patrimonio mariti? Respondiq; semp mariti sumptibus,& de ipsius patrimonio fieri debere, & est verissimũ,si maxime cõsuetudo diceret,vt hic Patauii, & nouissimè videtur casus in l.decreto rectè intuendi. C. ex quib.cau. infa.irroga.p quẽ ita signãter ẽt dixit Ang.in l.sed & si quid.in fi.princ.ff.de vsuf.& vt quotidianum,no tandum perpetuo.

DLXXXV.

1 *Consuetudo iurisdictionem priuato non tribuit.fallit in casu cap.cum contingat de for.competen.*

QVam quam consuetudinis authoritas parua nõ sit.l.1. C.quæ sit long.consuetu.haud tamen tanta est,vt iurisdictionẽ priuato tribuat.l.1.C.de emanci.li.vbi de lola prorogatione fit mentio,& est communis inductio.arg.sa ne apertissimum,de nouo tribui minime posse,ex quo id longe facilius quam istud a lege permissum videtur.l.sed si manente.ff.de preca.& est verisimum,præterquam in casu.c.cum contingat.de for.compet.q̃ vnicũ dicit Ang. in l.imo.in prin.ff.de leg.& ad Plebanum certũ territoriũ nõ habẽtẽ extẽdit.Cal.in consi.2.inc.an cõmissio in prin. de elect.imo q̃ Abb. in capitulad nostram.in 1.colum. de consue.& Anch.in consi.132.inc.in primo dubio.in 2. & Rom.in consi.3.inc.in casu.in prin.hoc idem generaliter procedere.nedum in casu d.c.tenuisse vidẽtur.Sed primũ verius est & tenendũ,vt declarat etiam Arch.in c.con questus.ad fi.9.q.3.

DLXXXVI.

1 *Actus voluntarij diebus feriatis etiam in honorem Dei, fieri possunt. Item & latrones insignes puniri.non tamen vtrunque potest fieri coram iudice incompetenti. num.2.*

ACtus voluntarii diebus feriatis,ẽt in honorẽ Dei, fieri possunt,& latrones insignes amplius puni.l.actus.l. prouinciarum præsides.C.de fer.& nimirũ,cũ primo casu de substantia non sit causæ cognitio,secũdo vero multorũ incolumitas & salus procuret,vt in d.l.prouinciarũ dicit.& sensit ẽt Bal.in l.obseruare,in §.proficisci.in 5.col.in 1.lect.ff.de offi.procõs.& Fed.de sen.(singula singulis reddendo)in cõsi.11.inc.q̃ritur.in 2.& 3.col.& quãtũ ad ista duo nõ dubito.q̃ ex decisione Ba.quoque nouite cõfirmãtur,ad idẽ multa allegãtis,in l.3.in §.quolibet.ff.de tu.Sed

2 q̃ro ĩ vtrũque pariter posit fieri coram iudice incõpetẽti? Videretur dicẽdũ prima facie q̃ sic,ex quo lex vtrunque (vt diximus) pmittẽdo quocũque tẽpore,feriato & nõ feriato,permisisse videbitur ẽt,vt fiat coram quocunque iudice quãquã incõpetẽti.l.q plures liberos.ff.de vulg.& pup. substi.& no.in l.cõuẽticula.C.de episco.& cler. Sed tñ contrariũ est verius.l.1.C.vbi pet.tu.l.testamẽta oĩa.C.detest. l.1.& 2.C.vbi de cri.agi.oper.§.si vero in auth.vt nul.iud. & in specie per Are.in cõsi.94.incip.respondeo in 2.colũ

&ita.

& ita tenendum est,quia est argu. de tempore ad psonas nõ pcedit,vbi secus à lege reperitur decisum,maximè in casu nostro,& est arg. vltra eum in l.si tuto.C.de neg.ge. & in l.si non lex Aelia sententia.ff.de hæred.instit.& in l.q̃ vero.ff.de legibus.

DLXXXVII.

1 *Actus voluntarij causæ cognitionem non desiderantes,diebus festis expediri possunt alias secus.*

1 NOn ab re proximo apoph.dixi,actus† voluntarios causæ cognitionem non desiderantes diebus festis, etiam in honorem Dei,expediri posse,quoniam alias secus.l.dies festos.C.de fer.ibi,*Sit idem dies à cognitionibus alienus,præconis horrida vox sileſcat.* dictum sanè exẽplo, Nehemiæ comprobandum,qui vt 2.Esa.c.13.legitur,videns homines torcularia calcantes,oneraq̃; portãtes venalia,in sabbatis,obiurgauit eos acriter,quod diẽ,ipsum prophanassent.Imò q̃ qui tunc ligna collegisset,vt *Mã, vt* nu.15.habetur,in præceptum Domini faciens lapida batur,igitur vt Poe.inquit,& ad idem.

Luca sacra requiescat humus,requiescat arator.
Et graue suspenso vomere,cesset opus.

Qui alibi etiam ait.

Prospera lux oritur,linguis animisq̃ fauete
Nunc dicenda bona sunt bona verba die.
Lite vacent aures,insanaq̃ protinus absint.
Iurgia, differ opus liuida turba tuum.

Quid q̃ Delphis religiosis quibusdam diebus responsa reddi minimè solutum fuit.vt Pluter.in Alexand.refert, meminit & Auso.ad Paulinum, Papiniique imitatio est apud quem milites Argiui sic Amphiaraum deflent.

Multisq̃ diu plorabere Delphis.

& Claudia.quoque in 2.de Proserip.rap.sic,

Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.

Scitu oĩa memoratuq̃ digna,& adeò legẽ,hãc exornãtia vt pluris ea facienda sint sine dubio,quam ipsa lex,sanctã tamen alias,& nullo modo à nobis negligenda.

DLXXXVIII.

1 *Religiosi licet ex concessione Papæ non possint excommunicari prætextu decimarum,eis tamẽ ob id non censetur remissa,aliys enim remedijs poterunt compelli.*

1 PApa religiosis quibusdam concessit, ne prætextu decimarum possent excommunicari,dubitabatur nunquid propterea decimæ viderentur remissæ? ipsi dicebãt, q̃ sic,& fortè non absque ratione,quia si excommunicari non possunt,nec ad soluendum compelli,eas sibi habebunt præcipuas,& si non expresè,tacitè saltem, ac in cõsequentiam omnino remissæ videbuntur.Nos vero contra,& verius existimamus,quia esto q̃ pœna excõicationis ad id astringi non possint)nulla.n.in ecclesia Dei ea est maior,l.hi qui sanctam fidem.C.de apostа.c.solet. de sent.excom.in 6.c.corripiantur.24.q.3.aliquid Abb. Pa. in c.postulasti.de Iudæ)alijs remedijs nihilominus compellentur.casus est singularis.in l.omnibus.& ibi Bald.signanter notat.C.de vecti.& videtur quotidianum.

DLXXXIX.

1 *Intellectus l.cum acutissimi.C.de fideicom.*
2 *Cõsuetudines & iura feudalia ad trahãtur an consequẽtias.*

LCum acutissimi. C. de fideicom. quam solenniter ẽt repetijt Andr.Barbat.ad eò vtilis est,vt silentio à nobis nunc non sit transeunda,& inter alia apoph. hoc ipsum luceat,vt inter stellas Luna minores, argumentũq̃; mihi præstitit solertissimus legum scholaris,nec minus, acutus,quam nobilis,Francisus Fumatus Dalmata, cũ à me scisciteretur,an locum haberet in legatis particula

1 ribus.Sciẽdum igitur est primum pro ipsius intellectu, & declaratione,q̃ loquitur de conditione,si sine liberis decesserit,non expresse à testatore, sed subintellecta à lege,& hoc passim ibidem admittunt omnes & in l.ex facto.præcipuè Alex.in §.si quis rogatus.in 4.col.ff.ad Trebel.Secundo,quod eo casu naturalis non excludit substitutum,vt idem Alex.dẽ in loco præalleg & tamen est regulare.Tertio,q̃ habet locum non solum in hæreditate,sed etiam in legatis particularibus.l.generaliter. §.cũ autem.C.de insti.& sub.sub.condi.fact.quem te.reputãt Doc.sing.vt idem Alexan.refert in dicto.§.si quis rogatus.in 5.colum.& Aretin.latius in consi.92.incip.viso legato.in 4.& pari mõ ĩ donatione causa mortis,ac Quarto loco,quia procedunt à pari.l.legatum.ff.de leg.2.l.fin. C.de dona.cau.mor.§.1.Instit.de dona.Quinto,q̃ etiam in matre intelligitur.d.§.cum autem.& no.Bar.in l.cum auus.ff.de condi.& demon. Alex.in d.§.si quis rogatus.in prælleg.5.colum.sed non tamen in fratre rogato restituere fratri,nec in filio adoptiuo,vt ibidem.vt in d.§.cũ autem.Et non solum in vltimis.Sexto loco,verum etiã in contractibus,vt idem Barba.sensit in d.repe.sua in 42. colum.motus per tex.in ca.1.in §.cum vero,qui feu.da.

2 posſ.in vsib.feud.cuius sententiam prima facie non probo,quoniam consuetudines† & iura feudalia sunt extrauagantia,& non trahenda ad consequetias.iuxta doctrinam Bar.in l.vt iurisiurãdi.in §.liberi.in princ.ff.de opc. liber.nisi replicetur,q̃ imo trahi debeant hoc casu,quoniam non potest inter contractus,& vltimas voluntates bona diuersitatis ratio reddi,ita vt de vno ad aliud argumentum sine dubitatione procedat.l.quæ de legato.l.seruum filij.§.eum qui chirographum. ff. de lega. 1. Cogita tñ,qa imo in vltimis voluntatibus interpretatio semper fieri debet latior,q̃ in cõtractib.l.in testamẽtis.ff.de reg. iur.c.cũ delicti.de don.aliqđ Bal.in l.j.in 3.co.in 2.le.ff.de le.2.& hæc sufficiãt,ne apoph. naturã trãscdere videar.

DXC.

1 *Vxor si relicta sit usufructuaria a marito donec caste vixerit si, semel stuprum commiserit, priuatur relicto, nec ad illud amplius datur.*

1 TEstator† quidam vxorem suam usufructuariam in testamento reliquit,donec castè vixisset, primo anno voluntati testantis obtemperauit,secundo non,tertio vero religionem ingreditur,dubitabatur,nũquid legatum quod perdiderat,reassumat.Arbitrabantur quidam qđ sic,& forte ex eo,quia hoc verbum donec,nihil aliud in dicare videtur,nisi ipsam talem esse debere toties, quoties castè vixisset, sed caste non tempore ingressus viuit, ergo debebitur.Considerando amplius,quod alibi Bart. quoque in l.ambiguitates.C.de usufructu.dicebat dictionem esse importãtem conditionem quandam extensiuam,& male ac perperam,quia statim q̃ stuprum commisit,legato priuata est,ita vt à priuatione ad habitum regressus sit impossibilis.l. qui res.§.areã.ff.de sol.l.postquam liti.C.de pact.l.1.§.qui semel.ff.de suc. edict.l.homo liber.ff.de statu.hom.Imo quod perceptum etiam restituit.l.fororem.C.de his quib.vt indig.l.si fideicommissum.C.de fideicom.& in terminis ita decidit Bald.in l.Titius.& bene in prin.ff.de exc.tut.

DXCI.

1 *Fideiussor licet habeat beneficium excussionis,si tamen se neget fideiussorem,& de mẽdacio cõmunicatur,illud perdit.*

DE mendacio multa dici solent quæ & nos etiam alibi quandoque scripsimus,non aliter repetẽda,& potissimum ad hoc tendentia,vt beneficia à lege inducta, si quis huiusce vitio maculatus conuictus fuisset,perdantur illico.Sed vnum nouissimè,& nunc nõ prætermitto, cum scitu,tum etiam annotatu dignum,quod licet beneficium excussionis,iuxta formam auth.præsente.C.de fideiuss.locum habeat regulariter,ctiã quod quis se principalem debitorem cõstituisset, vt quotidie fit, & declarat Cyn.ibidem,perditur tamen,si constituens se talem neget,& pari modo conuincatur.ita Salicet.in d.authen. præsente.in 8.quæstion. & Ange.in l.si dubitetur.ff. de fideiuss.& Bald.in authen.contra qui propriam.C.de non num.pecun.& ita iudex ad officium vrsi in practica alias seruarit sæpius,& in decis.Thol. quoque refertur. 80.incip.aliquis nec secus seruandum est.

DXCII.

1 *Testamenta duo eodem die confecta non valent propter incertitudinem, valet tamen alterum in quo venientes ab*

intestato fuissent instituti, & hoc fauore ipsorum.

FAuore venientium ab intestato multa conceduntur à lege, quæ non concederentur alias. l. si duobus. §. si prius. de bono. possess. contra l. fi. in fi. C. de codic. l. posthumus. ff. de iniust. rupt. irrit. test. & ideo ℘ singulari dicto
1 adde, quod hac ratione, quamuis duo testamẽta eodem die facta non valeant, sed rejciantur, si producta fuissent propter incertitudinem, valet tamen alterum, in quo similes instituti reperirentur. ita Bart. in l. prima. in §. non autem. ff. de bonorum possessione secundum tabu. quod seruiet etiam nobis ad ea, quæ habentur in l. hac consultissima. in §. si quis autem. C. de testamentis, & dixi ego latius in l. fina. in vltim. colum. C. de edicto diui Adriani tollendo. in vtraque electura, & est memoriæ semper commendandum.

DXCIII.

1 *Principalis prius excutiendus, quam fideiussor.*
2 *Expensæ officio iudicis debentur.*

PLerunque vel ignorantia rudium, vel auaritia, quod potius existimandum est, maximè istorum, qui in decus nostrorum hominum doctissimorum legaliter patrocinantium loqui imo magis garrire permittuntur, & causas, non agere sed prodere, vt infœlices litigantes grauiactura, & duplicata quidem afficiantur, causæ committuntur, & protelatur iudicia, quia dubias easdem suadent, cum tñ indubitatæ sint, & apertam habeant iuris decisionem, nec committi debeant. Ideo occludendum calamo vnum non censui, quod huiusmodi erat, non tã lege, quam naturali ratione clarum, & nihilominus cõmissa causa, adeo res vltro progressa est, vt iniustam fouens partem, quam tamen similis nebulonis, & tabulæ suasione iustissimam arbitrabatur, nedum sententiam cõtra se reportauerit, verum etiam in expen. fuerit acriter condemnatus. Idque est breuiter. Nam sciunt omnes
1 debitorem tã creditoribus excuti debere priusquam executio fiat contra fideiussorem, vt etiam licet ad aliud, dicebam proxime prælegа, aut præsente. C. de fideiussor. quod tamen nouissimè intelligas, nisi excutiatur prius fideiussor, ipseq; excussionem principalis haud opponat, quia tunc iudicium valeret secundum Bart. in l. si mancipium. in §. 1. ff. de euict. modo & ad propositum, à creditoribus debito ordine excussio facta est, & quo ad principale debitum, excussus reperitur soluendo, sed non tamẽ respectu expensarum volebant Scurræ antedicti & latrones, pauperes exoriantes, & vt cæci sine lumine incedẽtes, nec considerantes Iurisc on. fæpissimè hæsitasse, quan quam (vt dixi) casus iste naturali ratione, vbi leges non haberemus, decidatur, creditores adhuc posse experiri, & agere prætextu isto quoque contra fideiussorem, & tamen hoc facto suasione eorum vt supra contrarium de-
2 cisum est, & bene, quia non iure factionis, sed officio iudicis debentur. l. si mandauero. §. 1. & ibi Bal. nio. in fin. ff. mada. cumq; ego essem in causa iudex, vt verum fatear, graui reprehensione eos compescui.

DXCIIII.

1 *Defensio non solum naturali lege ciuili & canonica nobis est permissa. sed etiam euangelica.*

IN passione Christi, apopht. enim huic tempori hebdomadæ sanctæ aptissimum est, quam scribit Lu. c. 22. ibi, *Qui habet sæculum, tollat similiter peram, & qui non habet,*
1 *vendat tunicam suam & emat gladium.* elicio, † non solum naturali lege ciuili, & canonica, verum etiam euangelica defensionẽ nobis permissam fuisse, vt in clem. pastoralis de re iud. & in c. li vero, de senten. excomm. & in l. vt vim singula singulis referendo, ff. de iustit. & iur. & ibi in collecta multa ad saturitatem diximus, & hoc ideo euangelica lege, ad propositum, quia sensus nullus alius Christi loquentis erat, quanquam apostoli non intellexissent, nisi vt sibi gladium emerent, quo se etiam ab hominibus tuerentur martyrium sufferre vltrò non valentes, & obseruatione perpetua est dignum.

DXCV.

1 *Titulus de incestis nuptijs, non habet locum in regnis infidelium.*
2 *Circuncisio quare Abrahæ & semini eius iniuncta.*

SImili modo notandum est verbum Bald. in l. fœminæ
1 in prima lectur. ff. de statu hom. quod titulus de incestu. nupt. non habet locum in regnis infidelium, quasi dicat eis omnia passim bellarum more permissa esse, instituto pulcherrimo circuncisionis confirmandum, quæ
2 Nihilominus his nō obstantib.duos obserua casus singulares, vt matrimonium valeat,cum ea contractum, quam ignorat contrahens solutam, & si adultus sit quis, credatq; se pupillum,& contrahat,vt valeat cōtractus pariter.l.qui se,& ibi idem Bal.ff.de acq.hæred.& ad propositum regulæ malè dixerūt aliqui,q̄ acceptilatio,quę est de iure ciuili,dī de iure gentium,ex quo ipsam approbauit.l.1.§.oīb.C.de vete.iur. enuclean.l.lege.12.tabu.ff.de reg.iur.cum fuerit post, nec ius potuerit approbare incognitum penitus,nisi dicamus(& erit tertia declaratio) in genere approbasse,saltē si non aliter.l.qui iure militari.ff. de mil.test.l.1.& ibi Bar.in prin.ff.de cond.ex lege,& dixi in l.1.in glos.constitutione.in 1.& 2.lect.ff.de offi.eius.

DCXV.

1 *In speciale à communi distinguitur.*

1 IVst speciale à cōi distinguitur.l.ius singulare.l.qđ verò contra.ff.de leg.l.eius militis.§.militia.missus.ff. de mili.testa.c.præsenti.§.loca.de preb.in 6.cum vulg.sicuti genus à specie,vsque adeo vt vnum extendatur, aliud non, vnum tollatur facilius,quā aliud, & generi per speciē derogetur,non econtra,vt in iurib.prælleg.& in ca.generi, per spēm.(singula singulis referēdo)de re.iur.in 6.Adde, q̄ non ab re Arist.7.metap. sensit,de ente per accidēs speculationem non dari,q.d.regulare attendi debere,non q̄ specialē alias habet rationem, & ibidem com. 6. q̄ illud, quod est per accidens,scitur qm̄ accidit, & non permanēter,& 7.metap.rursum singularium non esse scientiā,neque diffinitionem,ex quo in eis est aliquid, quod potest esse,& non esse. Tria valde conducentia ad prædicta,tāti viri authoritate comprobata.

DCXVI.

1 *Doctor semel propter delictum priuatus doctorea dignitate, non potest amplius doctor alibus decorari insignibus,idem in militie tabellione,&c.*

1 DOctor exauthoratus,vt fit Neapoli sæpè,& priuatus dignitate doctorea,p̄p delictū,non pōt amplius examinari,& doctoralib.decorari insignib.l.2.& ibi Bald.in terminis in fi.C.de liō.& eo li.nec miles pariter amplius militare, vel tabellio instrumenta conficere, vel quiuis alius officium exercere,etiam de facto restitutus.l.3. vbi idem Bal.adhuc. C.de vin.li. & nimirum, vt ibi subijcit, & in simili in l.1.in §.eum qui in 1.lect.ff.de polt.quia facilis descensus auerni.Sed reuocare gradum, superasq̄e euadere ad auras, hoc opus, hic labor est.c.quam periculosum.7.q.1.l.postquam liti.C.de pact.l.1.§.qui semel.ff. de suc.edic.l.homo liber.ff.de ſta.ho.§. fi. inst. de ingen. alias leges essent ludibrio conditæ,non putādum.l.si prætor.ff.de iud.l.cum non solùm.§.pe. C.de bonis q̄ libe. &p̄p delictum dixi,quia si aliter defectu scientiæ reprobaretur,secus,vt de Cy.ferunt,& not.in l.1.C.de iu.omn. iud.experientiaq; docet,magistra rerum efficax.c.quam sit.de elect.in 6. & ad propositum Philosophus dicebat, Eth.2.cū circa difficilia fiat ars,& virtus,malū facile esse semper,bonum verò difficilè,& rectè, proque singulari dicto obseruandum perpetuo reor,nec illum esse doctorem, qui vna die reprobatur, alia autem examinatus iterum admittitur,qm̄ tpe,& quidem longo,non momento ipsius scire possumus,& disciplinis imbui,.quarū igna-
1 rus iam iudicatus est,vsque adeo,vt non possit dici,si hoc ipsum fiat,nisi præcibus,& largitione factū fuisse, & malè,& plus,q̄ hac de re statutum nō valere,reprobatū, ite rum post sex mēses tū,seu post annum, examinari posse, ex quo iure præsumptione,parum profecisse credetur tā paruo(vt diximus)tempore,arg.in l.si ventri.in §. in bonis.ff.de priui.cred.& in c.ponderet.50.dist.

DCXVII.

1 *Mortui non sepeliendi in vrbe, nisi qui virtutis causa legibus haud tenerentur.*

MVlta alia diximus ad materiā.l.3.§. diuus ff. de sepulcr. viol. facientia , de non sepeliendis mortuis in vrbe, Apophthe. 505. Adde nouissimè Duellioco S C.cautum
1 fuisse,ne quis in ea sepeliretur,nisi qui virtutis causa,legibus haud teneretur,vt

Val.Publicola,
Tyburta,
G.Fabritius.
Imperatores &
Virgines vestales denique. Et hac rōne decipi eos, qui hoc idem pp ignis periculū, factum esse dicebatur,quia nec his,qui virtutis causa,legibus haud tenebant, concessum fuisset, quos paulo ante memorauimus. Vulcani templū, alij quoque senserunt, vrbe exclusum fuisse iussu Romuli,idque colendum,ne vrbs incendijs adhuc esset exposita,quemadmodū nec Martis phanaue Veneris libidinibus affluescere,& rursum malè,quādoquidem eiusdē Romuli ætate,mille tātum erant habitantium domus, eoq; ambitu perraræ admodum, vt incēdij metus esse nō posset. Alia igitur de causa factum esse dicemus,quam ignoramus.l.non omnium.ff.de leg.vsque adeo vt clerici,vel impudentia,ac temeritate moti,vel auaritia potius legibus non obtemperantes,quacunq; ratione idipsum prohibuerint,iu xtā oculos sepeliant , sibique legem faciant, à qua nullo modo, vt inquit Bar.in l.nemo.in prin.C.de sacrosan.eccl.recedere oporteat.

DCXVIII.

1 *Deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis successit.*

1 ANtiquitùs olim interdictione aquæ & ignis vti solebāt, in cuius pœnę locum successit hodie deportatio.l.1. §.hi quibus.ff.de leg.3.l.3.ff.ad leg.Iul.pecu.l. eius qui.§. 1.de test.l.imperator.ff.de ſta.hom.Adde quamuis nefas videretur,malos homines vltimo afficere supplicio , interdictionem tū prędictam non leue incommodum eis fuisse,qūquidem earum rerum vsu vita nostra cōsteret,erraueruntq; valde Heraclitus,dicēs ex igne oīa nata esse, Thales vero Milesius,ex aqua, qm̄ si alterutrū fuisset solum neque aqua ex igne,neque ignis ex aqua nasci potuisset,vnde verius est,ex vtroque cuncta constare,generari, & coalescere,alias & rursum, cum virtus Dei sit in calore & igne nisi ardorem,vimque eius,admixta humoris, frigorisque materia temperasset,ne nasci quidquam,nec cohærere potuisset,vt Lactan.diuin.institu.lib.2.cap.10. dicit,& bene.

DCXIX.

1 *Confugiens ad focum aut puteum inde non est extrahendus,*

1 OLim ad statuā principū confugientes erāt tuti , nec inde auelli poterāt,sicuti nec ab ecclesijs hodie,nec à Cardinali,nec à sacerdote corpus Christi deferente.l.2. ff.de his qui sunt sui,vel alie.iur.l.præsenti. C.de his qđ eccl.confu.l.addictos.C.de appe.& ibi Saly.c.quæsitum. 13.q.2.ade(quod ad proximè dicta conducit valde)nec à foco,vel à puteo,quib. quid religionis inesse vī, extrahi pariter potuisse quempiā , & fortè p̄p aquam,à qua viui mus , & ignem,quæ duo vitæ sunt principia,vt su pra,& d.l.præsenti in collectane.diximus,nec repetimus.

DCXX.

1 *Conciliatio l.iurisgentium.§.quinimo.vers.vt puta.ff.de pac. & l.si vnus.§.pactus.ff.eod.*

1 VRgentissimū contrariū in iure reperio , inque eius solutione doc.valde laborātes.§.quinimo.ver.vt puta,l.iurisgētiū.ff.de pac.& §.pactus.ne peteret.l.si vnus.ff. cod.

eod.qm̃ hic dr̃,si creditor agat,debitor vero excipiat,pactum de nõ petendo factum fuisse,q̃ replicari poterit,pactum postea factum fuisse pariter de petendo, ibi vero si agat mulier,pacta ex inreruallopost diuortium dotem sibi reddi statim,non expectata dilatione legali,de qua in l.vnica.in §.exactio.C.de rei vxor.ac.& excipiatur,q̃ replicari non poterit,ergo contra Sol.igitur est,q̃ imo in d.§.quinimo.replicatio non denegetur,quæ idem operatur,respectu exceptionis, quod exceptio aduersus actionem.l.2.l.exceptio.§.replicari.ff.de exce.tradit Bar.in l.si ex falsis.in 1.col.C.de transa.& consonat, quia dicit solũ id fuisse inductum,ne actio ex pacto nudo daretur,ergo replicatio necessario.l.cum prætor.ff.de iud.c.nonne.de præsump.non tuta, qm̃ replicatio datur ad coadiuuandũ actionem,sed actio nata non erat,vel si erat,nõ dabatur, obstante dilatione legali,ergo. Alij aliter dicebant, q̃ nõ mulier pactum fecerat,sed tertius,& non immerito sibi ius actionis de dote quæsitum haud fuisse,ergo nec replicatio competebat,quod indicat verbũ conuenit,impersonaliter ibi positum, ℔m eos,& rursum male,quia intelligitur conuenit.i.conuentum est,verisimiliusq; vr, mulierem pepigisse potius,quam alium,& consequenter attendendum.l.in obscuris.ff.de reg. iur. & ppea reor,dici posse,replicationẽ nõ cõpetere,in d.ver.vt puta,quia pactum condemnationẽ augebat, & ius quodã agẽdi insurgebat,pp interusuria medij temporis quæ debentur, nec possunt auferri.l.si socer.§.lucius,& ibi Bal.in 1.col.ff.so. mat.verum actio nasci non poterat,qm̃ pactum erat nudum factum ex interuallo,ergo nec replicatio cõpetere, in §. pactus.haud considerabile,vbi actio nõ alterabatur in aliquo & de nuda replicatione agebatur,ergo nõ erũt contraria.Nec ob.si diceretur, q̃ imo pactum non augebat condemnationẽ,quia actio dabatur ad totum,quodque tempus non obligationi, sed exactioni inerat, quia respondebitur paria esse non dari vel dari, & minus efficaciter.l.& eleganter.§.seruus pactionis.ff.de dolo.l. non videtur.ff.de reg.iur.l.nihil interest.ff.eod.

DCXXI.

Actionem ipso iure tolli,vel ope exceptionis,differunt.

MIrum est etiam, q̃ iura differentiam faciãt,an actio tollatur ipso iure, vel exceptionis ope,vt in l. si vn°. in §.pactus.ff.de pac.proximè allega.& in l.q fundũ.in §. qui fundum.ff.de leg.2.& in l.qui decẽ.ff.de sol. cum habeamus duo hæc parificari,q̃ quis non habeat ipso iure actionem,vel habeat,sed exceptione elidibilẽ.l.& elegãter.§.seruus pactionis.ff.de dolo.l.nõ videt.l.nihil interest.ff.de reg.iur.Sed admiratio cesset,qm̃ hoc ipsum verum est quo ad effectum,non tñ quod vtilitas inde nasci non posset,alias dubitatio vana esset,& eluforia,nõ dicẽdum l.1.§.dixerit aliquis.ff.de publica.& põt ex eo demõstrari,quia si exceptio non opponatur,reus condemnabitur,non aũt si liberatus esset ipso iure.ita Barto.in d.§,pactus.in 1.col.in vers.2.not.& in l.eum qui ita.in §.qui ita. ff.de verb.obl. & in l.exceptionem.C.de prob. quem refert & sequitur Aret.in §.omnes.in 2.col.inst.de actio.& Dec.in d.l.non videtur.in princ.& bene,& est arg. in l.fi. C.de anna.excep.

DCXXII.

Intellectus l. Stichum aut Pamphilum.§. naturalis.ff.de solutio.

QVid sibi velit Iurisc.in l.Stichum, † aut Pamphilũ.in §.naturalis.ff.de sol.dum dicit iusto pacto tolli naturlaem obligationẽ,& iurciurando,vt numeratione.(nõ .n.discutio qũo solui possit,cum sit difficillimũ cõtrariũ adl.si vnus.§.pactus.ff.de pac.quia ad ibi dicta est recurrẽdum)respon de & declara,iusto pacto intelligi,non legitimo,vt dicebã ego alias, ex not.in l.legitima.ff. de pac. & in l.3.in §.de illo.ff.pro soc.& in l.iusta.ff.de verb. sign. & in l.1.ff.de test.& malè,qm̃ illatio ex premissis nõ esset, vinculo equitatis.s.quo solo substinebatur,equitatis vinculo tolli,sed bona fide ad propositum facto,quemadmodum ibi exponit Alberic.& bene huic tacitæ obiectioni, & sentit Bal.in l.qui exceptionẽ.in §.fi.ff.de cond.indeb. item iureiurãdo,voluntario.s.& iudiciali pp'consensum l.cum amplius.§.is natura debet.ff.de reg.iur.& not.in l. 2.& in l.fi.ff.de iurei.& in §.æquè.Inst.de excep. non necessario, qm̃ solum præstatur in defectum probationis, & numeratione quoque, dicit tolli, qm̃ actus naturalis est l.ea quę ciuiliter.ff.de acquir.rer.dom.l.ita stipulatus. §.Crisogonus.ff.de verb.oblig.l.non omnis.& vtrobique not.ff.si cert.peta.

DCXXIII.

Seruus legitimam personam licet non habeãt,agnoscunt tamẽ bonorum possessionem,&c & quæ sit ratio.

MIrum mihi semper visum est,seruos† pro nihilo reputari neque in aliquo legitimam habere personã, nedũ ciuili iure,verũ etiã prętorio.l.seruituts.l.quod attinet.ff.de reg.iur.l.qui testamento §.seruus.ff.de test.l.1.ff. de iur.delib.imo quid esset seruum infamia est.l.diffamari.C.de inge.ma.adeo vt nec iniuria effici possint, cũ nec agere valeant §.seruis aũt.Inst.de iurei. & qua de re fortè iurisc.alibi mulis eos cõparat in l.qui duos.ff. de leg.2. & pecudib.in l.2.ff.ad leg.aquil.alibique vilissimos homines appellat,in l.si ex duob.ff.de noxa.actio.& tñ bonorum possessionẽ agnoscit l. seruus.ff.de bon.pos.agitq; in'iudicio vt certa sibi alimenta præstentur.l. seruos.ff.de alim. & ciba.lega.& supplicat deniq;.l.vniuersis.C.de præc.imp. offe.& si quis eum occidat, tenetur pœna legis Corneliæ de sica.Nisi ad primum dicamus id esse,quia absenti etiã, &ignoranti conceditur,vt in d.l.seruus.not.Ad ℔m vero, quod id pariter alimentorum fauor operatur , vel quod officiũ iudicis implorat,non quod agat,dicamus,vt ibi, & in l.1. C.qui admi. Tertium secum responsionem habet,quod ex certa sciẽtia princeps,lex animata in terris, eum admiserat,& quartum pariter,ex quo vita cõis est, & hominis dignitas,quę efficiunt,vt quantum ad hoc in estimabilis res esse dicat,& eo quoque lex Cornelia locũ habeat,secundum Bal.in rub.C.de iur.fisc.in 3.col.

DCXXIIII.

ADl.Titia.§.ff.de manu.test,ibi,Onesiphore,adde nomen antiquum fuisse,quo veteres vtebantur qd' tum reipsa videri põt,tum etiã arg.probari.qm̃ eo anno, quo fœlicis recordationis. LEO.X.ad summi pontificatus dignitatem electus fuit,vbi ea de causa accesseramus in religione Ripæ,in carcere Tulliano, epitaphium, vetustate quasi deletum,legimus sic dicens.

D. M.
FLAVIA TROPHIME
CVM MVDIO EVA-
FETI PATRONO
ET, FLAVIO.

ONESIPHORO TATE
SVO BENE MEREN-
TIBVS FECIT.

Et ad materiam simile(allegatur.n.q̃ ex dispositionibus negatiuis,non resultat habitus.siue affirmatio)demõstrationem affirmatiuam esse pariter negatiua potiorem,℔m dialecticos,qm̃ hæc per illam ostẽditur,ex solisque affirmatiuis sit demonstratio, non autem ex solis negatiuis, ergo etiamnum dici potest impossibile, ex negatione affirmationem resultare posse,& de prædictis latius alias in l.1.ff.de offi.eius.

DCXXV.

Promissio de soluendo omne id quod creditor declarauerit,vt valeat declaratio debet fieri viuo debitore.

SIpromitat quis,se soluturum omne,& totũ id,qd' creditor declarauerit,pro singulari dicto notandum est, viuo debitore declarationem fieri debere,ex quo postea heredib.nõ efficeret.l.qui Romæ.§.Augerius.ff.de verb. obl.adde,hoc ideo decisum fuisse,quia lex semper presumit pacisentem,non solũ sibi, sed etiã hæredib.suis prospicere voluisse,in eo,q̃ illis esset vtile,& non dãnosum, item liberando,non obligãdo.l.tale pactũ.§.fi.ff. de pac. l.si pa-

l.si pactum.ff.de prob.considerando quoq; obligationes sui,natura,odiosas esse,non minus, quam sit liberatio fauorabilis.l.obligationum subtãtia.§.1.ff.de actio.& obli. l.damni.ff.de dam.infec.& tradit Ang. in l.si certis annis. in rep.in 6.col.ỹ.eo. quodque mirabiles non sunt de vna persona in aliam l.quis ergo casus.ff.de pec.l.3.ff.pro soc. & est arg.in l.vnum ex familia.in §.fi rẽ.ff.de leg.2.& in l. quia ratio.in prin.ff.de cond.inst.& longam distinctionẽ in pulcherrima q.ponit etiam Bal.videndus omnino in l. 2.C.de pac.inter emp.& vend.

DCXXVI.

Cessio fideicommissarij non valet ante factam restitutionem fideicommissi.

INterrogatus fui hoc mane, an fideicommissarij † cessio valeret, ante restitutionem sibi verbaliter factam,quia si realiter,tunc de cessione non ageretur amplius. Et breuiter licet prima facie videretur dicendũ, q̃ sic, qm̃ dicta est respectu iurium,siue actionũ,cedenti cõpetentiũ contra aliquem,vt declarat Io. And. in c.quia intentionis.in prin.de priu.respondi contrarium,q̃ non valeat text.est in l.si mulier.in §. ex asse.ff. de iur.do.quem singulariter dicit Iac.de S.Geor.in l.post venditionẽ.in fi. C. de pact. & Ale.in l.post dotẽ.in pen.col.ff.sol.mat.aliam quæst.& quotidianam quidem,determinans,est vt priuilegium vicinorũ,q̃ primi requirantur in alienatione rei, alias venditio non valeat cedi alij pariter non possit.Et ad propositum cessionis fideicommissi.i.fortè,vt inquit alibi Bal.in l.2.in 1.oppo.C.de pact,ne inuitis creditoribus.ius passiuũ in aliud transferatur refert,& sequitur,recolende memoriæ Alexandrinus, mihi velut frater dum viueret compater,& colleg.in rep.l.non solum.in d.§.morte.in 2.col.in illa.quæst. an nunciato noui operis cedi possit.ff.de noui ope.nunt.& est notandum perpetuo.

DCXXVII.

Deputatus ad debitum exigendum non potest prorogare debitori terminum solutionis.

ALiquis ferat deputatus ad debitum exigendũ,dubitabatur,an posset prorogare debitori terminũ solutionis?Prima facie videbatur dicẽdum, q̃ sic,si maximè prorogatio erat futura breuis,qm̃ non propterea aufertur q̃ differtur,nec mora modici temporis est in consideratione,& plus,quia dr̃ alibi,non esse præsumendum, tam cito veniat debitor cum sacco paratus.l.quamuis.ff.de arb. l.si debitori.ff.de iud.l.quod dicimus,singula singulis referendo.ff.de solut.& tñ cõtrarium verius est.l.qui Romæ. §.Calimachus.ff.de verb.oblig.quem text.ad idem exclamãt Doct.in l.seruus.C.de pac.quod tñ ego limitarẽ in facto,naturale spacium exigẽte, & sensit Bal.in l.aduersus. in 2.colũ. C.locat.quamuis alio casu loqui videatur,alias; & ad propositum si posset prorogare, in simili procurator etiam appellationi renuntiaret, quod tamen est falsum,vt per d.§. Calimachus,determinat etiam idem Baldus in l.1.in §. 1.in 2. lectu.in 2. column.ff.si quis iusdic. non obtemp.

DCXXVIII.

Minor restitutus, restituitur non solum aduersus damnum, sed etiam quia lucrum amisit,etiam si sit incertum.

CErtũ est,si minor restituatur,restitui non solum aduersus damnum,verum etiã quia lucrũ amisit, & sic eo casu non solum de damno vitando tractari, verum ẽt de lucro captando,quorum duorũ tñ non est par,eadẽq; ratio vulg.l.fi.C.de codici. & sic de lucro certo quod oẽs admittunt in l.1.C.de rest.in integ,verum quæritur,quid de lucro incerto,& verisimili? Videretur dicendũ ipsum ob hoc restitui non debere.l.sciendum.ff. ex quibus caus. maio. & tñ contrarium verius est.l.cum quidam.in prin. vbi tex.aureus.ff.de acq.hær. Nec ob.text.in d.l.sciendũ, quia eo restitui petebat cum iniuria alterius, vt in d.l.1. not.& bene,& in l.3.in §.Labeo.ff.de acq.pos. ergo regulariter(vt dixi)locum habebit.

DCXXIX.

Intellectus.l.in albo.C.de decurio.lib.10.

COntendo sæpè,voloq; in itinere ab his præcedi, qui filios habent,& si me ætate sint minores, egoq; tum ætate,tum ordine collegij nostri maior,qm̃ viridicũ etiã est,& à rõne non alienum.l.1.ff.so.mat.& in terminis est casus in l.1.in albo.C.de dec.li.10.ñi nõ sit tñ minor qui 'spiã annis.25:qm̃ tũc monstrum quodammodo esset,eũ, quamuis filios habentem,præcedere,& maximè quia læsus etiã,restitutionem in integrũ petij, hoc nõ obstante, præcedi igitur volumus ab his tantum,qui filios habẽt, nec ætate multum à nobis differunt,& ita d.l.in albo.interpretari,considerantes vltra non tam quid fieri debeat quã quod honestum sit l. conditione.ff. de cond. instit.l. nepos Proculo.ff.de verb.sign.c.magnæ.de voto.

DCXXX.

Si quis promittat me facere securum, sola stipulatio sufficit, nisi verbum idonee, aut legitimè fuerit appositum.

ALiquis promisit mihi dare centum,& me amplius facere securũ,dubitabatur, ñ an sola stipulatio sufficeret,absque eo,quod præstaretur fideiussio? Quolibet prima facie diceret,qd' non & tñ.contrariũ verius est,& cõis ita Bar.in l.1.in §.si communes.ff.de præt.stip.præterquã in casu,qm̃ in promissione esset appositũ verbum idoneè, aut legitimè,quia tũc secus.tex.est not.& sing.in l.mandato Titij.in §.fi.ff.mand.per quem ita dicunt etiam docto. in l.1.C.fi.aduer. fol. & in practica quotidianum est, ac perpetuã obseruationẽ dignum,vt cauti simus in promissionibus assecurationis.

DCXXXI.

Minores aliquando restituuntur aduersus id quod curatoris authoritate gesserunt.

MInores ẽt præcipuũ merentur fauorem,qm̃ ętas eorũ huiusmodi est,vt consilio egeat multis captionibus exposita.l.1.ff.de mino.imo q̃ plerunque restitutionẽ petunt(dictumque est mirabile)etiam si quid egerint curatoris authoritate,& exaudiuntur,puta quia solutio sibi facta sit,& pecunia postea deperdita,vel ipsi° minoris, vel etiam curatoris ꝑdicti ,facilitate.casus est in l.1. C.si aduer.sol.quod etiã pro limitatione.l.si res.§.areã.ff. de sol. est notandum,obligationem semel extinctam reuiuiscere,& ideo cautela est,vt soluens plenissimam liberationẽ cõsequatur,iussu iudicis hoc ipsum fieri debere.l.ait prætor.§.permittitur.ff.de mino. Sed pro singula. dicto obseruandum est,nec ipsum esse restituendum , si casu fortuito fuisset deperdita.glos. est valde not.in l.verum.in §. sciendum.ff.eo.

DCXXXII.

Bonorum tres species item & pœnarum.

EX minorib.† debitorum sit tertia quædã species,qm̃ nec mobilia,nec immobilia sunt bona.ita Bart.in l.si conuenerit.ff.de pignact.aliquid in l.põt.ff.de auth.tut.& in l.quam Tuberonis.in §.in peculio.ff.de pecul. & hinc sumptã fuisse practicam à tabellionib.addas,quã tñ ignorant,quum in testamentis addunt, in oĩbus aũt alijs suis bonis mobilib.& immobilib.iuribus, & actionibus tũc. Sed vnde illa,amputetur ei caput à spatulis,ita q̃ aĩa sepa retur'à corpore,quæ in causis capitalib.seruatur,& quare sic assessores dicunt?Respondẽ,sumptam fuisse ex l.præsenti.C.de his qui.ad eccl.confu.traduntq; scribẽ.latè in l. trãsigere,vbi & nos quoque.C. de transac.& dici sic amplius, quia pœna capitalis triplex est, & ne de exilio fortè in partẽ mitiorẽ intelligatur,& vt deniq; tollatur oĩs dubitatio.l.2.ff.de pœn.l.2.ff.de pub. iud. & plenè per doct. in l.imperium.ff.de iurisdi.iud. alia etiam practica est, boues & instrumenta aratoria, pro pignore auferri non posse,quæro rursum,quare,& vnde pariter sumatur?Dic; agricolationis fauore inductum fuisse,& sumptã ex not. l.exequutores,& seq.& ex authẽ.etiam ibi posita.C. quæres pign.obl.poss.

DCXXXIII.

Verbum habere,quandoque fictionem, quandoque veritatem importat.

Et si

1 ET si cõiter verbum habere,t fictionem importet.c.cũ haberet.de eo qui du.in mat. quã pol.per adul.l.si ex pretio.C.si cer.pe.ibi simulatis habitis,p infectis,quia verè facta,pro infectis haberi non possunt.c.cum in iure peritus.de offi.dele.l.in bello.§.factæ.de c. & postli.re.l. nõ dubium.& ibi Bar.in 4.col.C.de lega.l.ii maritus.§.legis Iuliæ.ff.ad le.Iu.de adul.vbi longè diuersa pariter putantur duo hæc,quem esse ciuem, & quem habere pro ciue, attamen alibi aliam, & veram quidẽ habet interpretationem,in l.imperium.ff.de iur.om.iud.& in l.nomen.filiorum.in §.habere.ff.de verb.sig.& in l.stipulatio ista.in §. habere.ff.de ver.ob.& in materia iuris congrui,dictũ.singulare est,eum,cui præsentatio facta sit,effectualiter tenere ad rei petitæ restitutionem,nec liberari, quãuis ad factum obligatus sit,soluendo interesse, alias agnatus rem non haberet, vt verba sonant in lege posita,& malè limitabitur; reg.l.si quis ab alio.§.fi.ff.de re iud.& l.stipulationes non diuiduntur.ver.Celsus.ff.de verb.ob.& nimirũ,quia factũ est in obligatione ex legis dispositione,ɛm Bar.in simili in l.si cum exceptione.in §.sed & si quis.ff.ꝙ met.cau.& in locis supra alleg.aliqualiter not.

DCXXXIIII.

1 *Artis principia variè tradi.*

EXpedit scire, vt plerunq; diximus alibi,qñ in lege tradantur artis principia,qm̃tũc dubitatio apud nos necessaria non erit,nec ab ipsis principijs recedendum,quę semper sunt certa, iuxta illud Philosophi,in foribus quis
1 delinquer?q.d.nullus.Ideo declara, tradi plurib.modis, exempli gratia,vnde ad alias leges inferri commodè postea poterit,in l.imperium.ff.de iur.om.iud.citata etiam proximè,dum iurisc.imperij primum mentionem facit, quod verbum ambiguũ est,multisq; conuenit, maximè principi respectu oĩum,l.j.ff.de cond.prin.Itẽ cæteris magistratib.in eos,qui suæ iurisdictioni sunt suppositi.l.2.ff. de in ius voc.Item Abbati in monachos,Patri in filios,& Dño in seruos,ac similib.c.si religiosus. de elect. in 6.l.in suis.ff.de lib.& posth.l.1.ff.de his qui sunt sui vel alieni. Secundo diuisionẽ, vt dilucidius id ipsum intelligeremus.l. 1.ff.de exce.do.§.igitur.in proœ.Inst.§.sed non vsq;.Inst. de lega.eo.lib.& diuisionẽ dixi, quia à partitione differt, quæ est,quum res in partes, vel membra discerpitur.l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.ob.Postea exẽpla,q̃ ad docendũ præcipuè sunt necessaria l.vt responsum.C. de trãs.l.bona fides.ff.depo.l.præter.§.iulianus.ff.de coll. bo.vel & aliter tradi dicas, dum ponitur genus tanquam vniuersale,& à quo pendet prius oĩs nostra cognitio.l.j.ff. de iust.& iu.l.1.§.si cert.pe.§. his igitur.Inst.de iust.& iu. postea id in spẽs distinguitur,vr p eas efficiatur certius.l. qui duos.ff.de leg.1.l.Meuius.§.duob.ff.de lega.2.l.in rõne.§.incertæ.ff.ad le. Fal.& appellatur ɛm Bald.alibi in l. conuenticula.signanter per istum tex.in 3.col. C.de epis. & cle.arg.à generis diuisione,quum spẽs.t.enumerantur, vbi alias minuitur,alteratur,& declaratur denique,vt ibidẽ.Vel & vltimò,quodammodo à partib.sufficienter enumeratis,quia dicit imperiũ esse merum,mixtũ, nec merum,nec mixtum,ita vt nil aliud sit amplius in consideratione,hæcq; tria oĩa in materia comprehendãt. merum, quia à natura alterius cuiusque rei abstractũ est penitus. l.cum seruus.ff.de cond.& dem.Mixtum,quia de duobus participat simplicib.l.2.ff.de ver.ob. Nec merũ nec mixtum,vt iurisdictio,quæ largo sumpto vocabulo,imperiũ etiã potest appellari.l.fi ff. de offi. eius.& est similè in iurisdictione, ordinaria, vt in d.l.imperium,extraordinaria.i.delegata.l.1.§.qui mandatam.ff.e. nec ordinaria nec delegata,quam notionem appellamus.l.ait prætor.ff. de re iud.quæ omnia nota,& tene menti.

DCXXXV.

1 *Manus,acceptio multiplex.*

OLim in initio vrbis,Pop.Rom.incerto quodam iure agere instituit,& taliter quidem,vt oĩa manu etiam à regib.gubernarẽtur.l.2.in prin.ff.de orig.iur.quod ver-
1 bum t declara.i.pro eorum arbitrio, sicuti Venet. nunc, & apud Tartaros ius exercetur.l.rerũ.& ibi Bar.in 2.col. ff.de actio.re.amo.cõgessiq; ego multa in rub. C.de edẽ. nu.144.& in d.l.imperiũ,in 2.lect. & ad propositũ manu dixit,quia organum organorum est,pro authoritate vsurpatum,pro potestate,pro dominio,pro corpore, & quia instrumentum est breuiter,quo oĩa cõficiuntur,ɛm Bal. in c.significasti per illum tex. de elec.dum dicit,ꝙ palliũ debet assumi à corpore beati Petri, & per text.optimum in l.manum missiones quoque.ff.de iust.& iur.

DCXXXVI.

1 *Abstractum quid,quid item concretum.*

SAepissime arguendo, dicere contingit,imò soluendo, aliquid in abstracto considerandum esse,idipsumq; in concreto,& maxime ad euitandã contrarietatẽ exempli gratia,legẽ esse certam, item & dubiam, vt in abstracto semper certa sit.l.cum quidam.§.quod dr.ff.de acq. her.
1 l.3.ff.de nata.rest.tradunt doc.in l.1.ff.de re.du.in concre
1 to vero dubia.l.quod Labeo.ff.de Carb.edic.Sed profde declaratione,quæro quid sit abstractum, quidque concretum?Solue breuiter,& vnico quidẽ verbo, quemadmodum Dialectici dicunt, abstractum esse formam aliquã cum exclusione subiecti, vt albedo,concretum vero, id quod eandem formam significat cum hærentibus subiecti, vt album.

DCXXXVII.

1 *Diuiduum sui natura an ratione adiuncti dicatur indiuiduum.*

RAtione eius adiuncti multa conceduntur,quæ non concederentur alias,& regulariter.l.si cõem.ff.quemadmodum ser.amit.c.quod in dubijs,de consc.ecc. vel alta. c.multorum.de Iudæ.in tantum etiã, exempla.n. in locis prædictis data sunt, vt id quod est diuiduum de sui natura iudicetur indiuiduum ratione adiuncti.l.si ita fuerit. §.hæc quæst.ff.de ma.test.tradit Bart. in l.4.in §. Cato.in 10.col.ff.de verb.obl.stipulatioꝙe vti frui, quæ facti est, sit tamen iuris,si verbum hmõi in ea adijciãtur.l.stipulatio ista habere licere, §. si quis ita. & ibi idem Bart. in 2. col.eo.sed ɔ vsusfructus sine vsu esse non potest, hacquerationeindiuiduus dici deberet,& tamen dr factum diuiduum, ergo propositio non semper vera, cogita, vel pro fol.videas eundem Bart. in l. stipulationes non diuiduntur.in 11.col.ff.eo.

DCXXXVIII.

1 *Spurium manifestari reipublicæ interest, & quare.*

SIte spurium appellauero,teneor actione iniuriarũ,nisi
1 verum sit,quia tunc secus,ex t quo reipublicę interest, tales manifestari,ne ad dignitatem admittãtur,quod nota,quia ad similia tibi etiam seruiet, & fuit verbũ Bart.in l.eum qui nocentem.ff.de iniu.& propterea hi, nec habent agnationem,nec familiæ nomine continentur,nec agnatis,vel cognatis succedunt,iure Longobardo excepto,quod ipsos admittit,ita vt in aliquo à naturalib.& legitimis haud differant,ɛm eundem Bar.in l.fi.in 1.col.C. de ver.sig.& habetur etiam in §.filium. in authẽ. qui mo. nat.effi.sui,& in l.si fuerint.in Longobarda,singula singulis referendo,de successio.

DCXXXIX.

1 *Intellectus l.quod maior.ff.ad municipa.*

FActum cum maiori parte,non dr concorditer factũ,
1 nec ob.tex.in l.quod maior.ff.ad municip. t quia id ipsum intelligi debet verum iuris fictione, & ppea si hoc dicatur in instrumẽto,malè dictum erit, ac perperã ɛm Alex.in l.iurisgentium.in §.hodie in 1.col.ff.de pac.sub ij cientem tũ in vlt.ibidem,ꝙ in actib.expediendis a collegio,vel vniuersitate, requiruntur in congregatione duæ partes ex tribus,& quod postea facit maior pars,habebit effectum perinde, ac si factum id ab omnib.sui set, pro intellectu d.l.quod maior, notandum, & alibi,quod etiã scitu est non indignum.in l.rescriptum.in prin.ff.e.si lex, aut statutum committat aliquid antianis, Antiani.n.dicti sunt quasi antes columnæ, totius vrbis oneri incumbentes,quos non deputatos ad vtilia vocamus,quod intelligetur,

telligetur,oĩb.vel maiori parti eorum,esse commissum, & ꝙ in duobus etiam si eorum mentio facta sit,in dispositione hominis poterit verbum ipsum, Antianorum,verificari.

DCXL.

1 *Obligatio naturalis impedit soluti repetitionem.*

1 OBligatio t naturalis impedit repetitionẽ soluti.l. naturales.ff.de act.& obl.l.si eius.ff.ad Treb.l. fideiussor.ff. de fideiussor. l. Iulianus verum debitorem.ff.de condit.indeb. & vbique etiam not.Sed contra,quia præscribens soluenti similis est,& tempore liberatus, adhuc obligatus manet naturaliter,& nihilominus solũs repetit.l.si pupillus.ff.de adm.tut.sol.licet naturalis obligatio non tollatur,tollitur tñ omnis eius effectus.l.fi.§.1. & ibi Bar.ad longum.in prin.ff.rem ra.hab.

DCXLI.

1 *Conciliatio l.Stichum.§.naturalis.ff. de solutio.& l.si vnus. §.pactus.ff.de pact.*

1 MAgnũ contrariũ est l.Stichum aut Pamphilũ.§. naturalis.ff.de sol.& l.si vnus.§.pactus.ff.de pac.qm̃ in d.§.naturalis.pacto,ipso iure tollitur naturalis obligatio. in d.§.pactus.vero, ope replicationis.in cuius resolutione gl.vtique,& maximè in d.§.pactus.multũ laborat,longeque magis Bar.& cæteri.Breuiter hæc vera esse vr, nec secus teneri põt,ꝙ sicuti tollitur in d.§.naturalis.ita inducta per pactũ de nõ petẽdo ne pacisc̃ens.t.petat per aliud de petendo in d.§.pactũ.absq; dubio tollitur. Nec dicatur hoc stãte,ꝙ cessabit exceptio inducta pariter per pactũ, dicta ex obligatione orta,de directo contra illũ tex.quia
1 respondebitur exæquitate pacti ortam esse,non ex obligatione ipsa, vsque adeo,vt opponi possit,& replicatione elidi,& nihilomin9 naturalis,vt supra,ipso iure simul sublata sit.Vel dic,vt dicebat etiã in d.loco Azo,ꝙ in pacto liberatorio,obligatio naturalis ipso iure nõ tollatur. §.pactus in obligatio.aũt sic.d.§.naturalis,& ibi gl.hoc ipsum etiã sentit,& bene.l.fauouabiliores.ff.de reg.iur.l.Arrianus.ff. de act. & obl. nec facit generalis rõ d. §. pactus. tã t liberatorijs, quã obligatorijs verificabilis,qa ad id,ꝙ verisimile est restringi debet.l. quis.ff. de in ius voc. sed verisimile est,& iuri consonum,potius obligatoria tolli, considerãdo etiam & nouissimè, obligationes sui natura esse odiosas.ɛm Ang.in l.si certis annis.in 7.col.C.de pac. ergo.Dicebam quoque ego alias in d.§. naturalis. pactũ fuisse vestitũ legis auxilio,ponderando verbum iusto,& vr simile in l.tale pactum.in §.qui prouocauit.ff.de pact. & arg.optimum in l.iusta.ff. de verb. sig. & in l.3.in §.de illo.ff.pro soc.& in l.1.ff.de test.Sed quia illatio ex præmissis non esset,nec rõ de dicto,à supra dictis, hac relicta,recedẽdũ non puto,& intelligendũ amplius iusto pacto bona fide facto,vt ibi exponit,& bene Alb.& declarat Bar. in l.qui exceptionem.in fi.ff.de cond.ind.

DCXLII.

1 *Intellectus l,tres fratres.ff.de pact.& per totum.*
2 *Dolus nemini debet patrocinari.*

MAximè mirũ vr,ꝙ in l.sub prætextu.& in l.si fratris. & in l.causas.C.de transl.& in l.posth decitionẽ. C.de fur.& in l.Lucius.in §.fin ff.ad Treb.non possit, transigẽs venire contra transactionem,nec contra diuisionem frater,quo minus in pœnã incidat in l.qui Romæ. in §. duo fratres.ff.de ver.ob.quod etiã tenuit Bar.in l. si quis cum aliter.in 4.col.ff.de ver.ob.& Bal.in 1.ordo,in 1.ad fi. C. de exe.rei iudic.& tñ veniat Seius ac Mæuia in casu l.tres
1 fratres.ff.de pact.t Ignorantiaq; supina & crassa sibi haud officiat.iuxta no.in l.regula.ff.de iu.& fact. igno.& in l.cũ sex.ff.de ædil.edic.& in l.quisquis.cum sim. C.de rescin. ven.Sed nihil est,qm̃ supra dictis oĩb.casib.trãsactio,hue diuisio vim transactionis habens, bona fide facta erat.in d.l.fratres,aũt.Titius dolosè versatus in ea, ex quo tacuerat,nec de pecunia,qm̃ subtraxerat matri mentionẽ fece
2 rat,igitur t dolus sibi patrocinari non debet.l.Titio.ff.ad muni.l.verũ.§.tẽpus.ff.pro soc.c.ledes apostolica. de rescr.nec ipse maiorẽ partẽ habere,minorem vero alij,vt in simili in socijs dr in d.l.verum.in §. cũ in tres.ff. pro soc. & ad propositum rectè,qm̃, vt ibidẽ in prin.societas instar fraternitatis habet, & si agẽtib.dictis Seio & Mæuia eis pacti gñalis conuenti exceptio obijciatur,de dolo efficaciter replicari poterit,& Titius compelli proportionibus hæreditatis,ad pecuniæ subtractæ restitutionẽ, quæ exceptio vt actio vericulum ab Aquilio appellatur,quo euertantur hoĩum fraudes,inuenta amplius ad terrorem subdolosum, & cõtinens restitutionẽ fauorabilẽ his,qui damnum patiuntur,patrimonijq; diminutionẽ,ɛm Bar. in l.& eleganter.in §. ferunt.ad fi.ff.de dolo.nec ignorãtia crassa, aut supina dici potest,quia thesaurus cõiter solet cultari, qua de re fortè pecuniam auream dixit subtractam fuisse.§.thesaurus.Instit.de re. diui.l. peregre.ff.de acq.possess.

DCXLIII.

1 *In confessum nulla sunt partes iudicis, nisi in condemnando, dum tamen confessio sit certa,& in iudicio facta. num.2.*

1 SOlet dici,in confessum nullas alias esse partes iudicis, nisi in condẽnãdo.l. ꝙinde.§.fi.ff. ad le. Aqui. c.nos.in quemquam.2.q.1.etiam si processus esset nullus,rõne ordinis nõ seruati c.Pisanis.de rest.spo.l.sed & si possessori, §.pe.ff.de iureiu.tradit Bald.in l.cum mulier.in 12.col.ff. sol.mat.documentumq; est reis,ne hoc faciant,sicuti nec
2 adultera,quæ non respõdit pariter Christo interroganti Mar.14.c.declara verum, dummodo t confessio sit certa. l.certũ.ff.de confess.l.admonendi.& ibi Bar.in 7.col.ff.de iureiur.qm̃.alias certa sententia ferri non posset, & malè.§.curare.Inst.de act.l.vt fundus.ff.cõi diui.l. fi. C.de fideic.lib.c. licet Heli.de ſimo.Itẽ si in iudicio facta fuerit, qm̃ si extra,secus,& declarat gl.multum not.in l.fin.in §. necessitate magna,ad medium.C.de bo.quæ libe. & in c. dudum.2.in ver.responsionem, de elect. & hac de re fortè,quod nota,alibi dixit Iurisc̃on.in l. tale pactũ.in §.qui prouocauit.in fi.ꝙ *Iudex appellationis iustam conuentionẽ, veluti confessi.eo casu sequetur.*ff.de pact.quia.t.in iudicio facta non erat.

DCXLIIII.

1 *Causa appellationis, & restitutionis in integrum non in omnibus æquiparantur.*

1 LIcet t causa,appellationis,& restitutionis,æquiparari videãtur,quia procurator datus ad causam principalem,exercet etiam causam restitutionis,ɛm Bar.in l.inuitus.in 2.lect.in 2.col.C.de procur.aliquid Bal.in l.1.in §. eum qui.ff.de postu.tũ.differunt communiter.l. præfecti etiam prætorio.ff.de mino.ex eoque probatur vltra,quia appellatio pronunciatum extinguit, nõ restituto, vt idẽ Bart.dicit in l.illud.ff.de appe,& ad longum videndus est Ale.in l.si causa cognita.in 1.col.C.de transa. & est similè in l.si expressim.ff.de app.& in aut. quæ supplicatio. cum not. vtrobiq;. C. de preci. imperat.offe.& latius declarat Philip.Dec.in l.fi.num.50.vbi & nos multa.C.de edic.di. Adria.tollen.

DCXLV.

1 *ntellectu l.minor annis 25.cui fideicommissum.ff. de minor.*

1 NOn ita ruditer debet intelligi,quod habetur in l.minor annis 25.cui fideicommissum.ff.de min.ꝙ sentẽtia habet exequutionem paratam ad quod etiam allegari solet,sed ita demum, si iudicis officium imploretur.l. intra dies,& ibi Barto.ff.de re iud.qui hoc idem disputat etiam latius in l. ne quidquam. in §. vbi decretum in secunda colum.ff.de offic.procons. Adde pro singulari dicto nimirũ esse,quia ipsum quoque officium iudicis hu-jusmodi est,vt idem Bart.inquit in l.si creditores.in 6. & 9.C.de pign.

DCXLVI.

1 *Iudex si præter solitum a tribunali discedat,non nocet compareni,nec dicetur contumax.*

1 VIdex præcipiti festinatione,& pter solitũ,à tribunali discesserat,dubitatur,an cõparenti hoc ipsum noceret,& an hoc non obstãte diceretur cõtumax? multi tenebãt ꝙ sic fortè, quia subesse videtur quid,ꝙ ipsi pot imputari,

cum nõ vigilauerit, arg. in l. pupillus. ff. quæ in frau. cred. tñ contrarium verius est, & memoriæ semper commendandum, quia errant in hoc multi, & probatur breuiter, in l. si cum ipse. vbi Bal. ad fi. ff. de exc. tuto. & in l. diuus. ff. de rest. in integ. dictumq; hoc exclamat Sicul. iure merito, in c. ad nostram, in 3. col. de consue.

DCXLVII.

1 *Legitima filio debita non succedit loco alimentorum.*

1 SOlet dici rursum, legitimam filio debitam ſ iure naturæ. i. quodam instinctu naturali, de iure tñ ciuili. l. scripto. ff. vnde lib. l. cum rõ. ff. de bo. dam. tradit Bar. in auth. de hæred. & fal. in prin. loco alimentorũ succedere. §. prohibemus. in auth. de trien. & semiſ. vsque adeo vt ea fraudari non possit. l. si quis à liberis. §. si vel parens. & ibidẽ Bar. ff. de lib. agno. quod tñ mihi nunquam visum est verum, qm̃ nec viuẽs pater posset eam dissipare, & tñ cum debita tunc non sit, l. fin. ff. de lib. agnoſ. potest. l. 1. ff. si qd in frau. patr. l. non vsq; adeo. ff. si quis à pa. fue. ma. declarat. Bal. in l. 1. in 2. C. de bon. author. iudic. possidẽ. nec est verum, ꝙ loco alimentorum succedat, quia ea causa impubiua fuit, non finalis, & consequenter non attendenda. l. 1. §. sextũ. ff. de postulã. probo, quia si filius haberet vnde se aleret, pater eam sibi relinquere non teneretur. d. l. si quis à liberis. d. §. si vel parens. de liber. agnoſcent, & tamen tenetur, nisi dissipata fuerit vt supra. §. aliud quoq; capitulum. in authen. vt cum de app. cog. & not. latius in c. Raynutius. de testa.

DCXLVIII.

1 *Libertates olim & iure digestorum, legitimã minuebant, sed non iure nouo Codicis.*

1 LIbertates adeo fauorabiles sunt. l. 2. §. 1. de alie. iudic. mut. cau. fac. vt quartã etiã iure naturę debitã, minuãt. quod vſ mirabile, ſm Paul. de Caſt. in l. Papinianus. in §. 4. in 2. col. ff. de inoff. test. quod tñ intellige tu, & declara, verum olim, & de iure digestorum, non hodie iure nouo codicis, qm̃ filio debetur absque aliquo grauamine. l. qm̃ in priorib. C. de inof. test. §. prohibemus. in auth. de trien. & semiſ. & si legitimam minuebant, multomagis minuebant falcidiam alio iure debitam. d. §. 4. quem tex. in ver. sed an & libertates, sic restitue, vt somnia gl. Bart. & aliorum, ac phylateriæ ceſſent, & re ipsa tollantur.

Sed an libertates, quartam minuant videdum est. Namq; si quum quis ex asse hæres institutus est, ideo non potest dicere in officiosum, quia habet falcidiam falcidia autem libertates non minuat. Igitur potest dici deductis libertatibus ꝙ quartam imeundam. Cum igitur, &c,

DCXLXI.

1 *Adiuncti ratione multa conceduntur, quæ alias non concederentur.*

1 ADeo verum est, adiuncti ratione multa concedi à lege, q; regulariter non concederentur alias, ꝙ exẽplo videri põt in l. si cõem. in prin. ff. quemad. ſer. ami. & in l. loci corpus. in §. si fundus. ff. si ſer. ven. & in c. multorũ, de Iude, & vltra, quia diuiduũ ſu natura ea de re iudicatur indiuiduum. l. si ita fuerit. §. hęc qõ. ff. de. manumiſ. teſt. tradit Bar. in l. 4. in §. Cato. in 10. col. ff. de ver. ob. ttipulatioq; vti frui si adijciatur verbũ dẽ eſſe iuris, vbi alias est facti, ſm eundem Bar. in l. ſtipulatio iſta habere licere. in §. si quis ita. in 2. col. ff. eo. & vſufructus denique indiuiduus, cũ tñ factũ diuiduũ sit. eodẽ teſte adhuc in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 11. col. ff. eo. vt à propria ſignificatione verborũ recedere pariter poſſimus, & limitabitur qđ habetur in l. nõ aliter. & in l. ille. in §. cum in verbis. ff. de le. 3. & in l. 11. in §. in re igit dubia. cũ ſimilib. ff. de exer. act. casus est egregius, & ſingularis, quem ibi in spẽ ad iſtud no. Bal. in l. ſi ſeruus. in §. qui quinq;. ff. de leg. vbi dictum dubitatiuè, pro dicto ſine aliqua dubitatione habetur, exẽpli gratia, vix rõ patitur, pro nullo tñ patitur, eo addito, casus. n. alias est ſatis clarus, quia certũ corpus, ꝙ in rerũ natura nõ erat, quodãmodo legatũ videbatur, & est vtile, quia esto in ſimili, ꝙ teſtis deponens per verbũ credo, nõ probat. l. quid tñ. §. 1. ff. de arb. probat tñ si dixerit, credo, quia vidi, & præſens fui ratioque addita potius quam dictum attenditur, & vt in d. §. qui quinque. latius.

DCL.

1 *Teſtator ſi legauerit vxori omne frumentum, quod in domo habet, & illud conſumat, ſi tantundem reponat, an cedat vxoris lucro.*

1 TEſtator legauerat vxori ſuæ omne frumẽtum, quod habebat in domo, deinde illud cõſumpſit. dubitabit, ſi tãtundẽ in domo repoſuiſſet an illud vxoris legatarię lucro cederet, necne? Dicebant aliqui, ꝙ ſic, quia ſubroga tum loco primi eſſe vſ, ar. ſumpto ex his, quæ habẽtur in l. ſi eum. in §. qui iniuriarũ. ff. ſi quis cau. & in l. 1. in §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſus fuerit. & in §. fuerat. Inſt. de actio. alij contrariũ, quia diſpoſitio teſtatoris in rebus præſenti b: verificari debet, non etiam futuris, alias à lege non differre. l. leges. C. de leg. c. ſi. de conſt. dicendũ minimẽ, quia teſtator ſemel loquitur, lex aũt ſemper, ſm Bar. in 2. col. ff. de cõdi. ex leg. & ſit nõ ſemper de lege ad teſtatorẽ argui poterit, quãuis lex eius volũtas ſit, reſpectu eorũ, q; in teſtamento ordinãtur. §. diſponat. in auth. de nup. & hæc opi. placet, veriorq; vſ, niſi idipſum repoſitũ ſit. p modũ ſubrogationis, quia tunc ſecus. caſus est in d. l. ſi ſeruus. in d. §. qui quinque, & ibi Ang. in ſpecie. ff. de leg. 1. quotidianumque est, ſemper memorię commendandũ.

DCLI.

1 *Deponens mandato tertij, aut alias ne in mora conſtituatur, pecunias, apud eum qui ab omnibus opinionis integræ reputabatur, ſi per eius fugã deperdantur, nihilominus liberatur.*

FVi interrogatus hoc mane, ſi quis, aut rõne officij, vel quia debitor, ne in mora fortè cõſtitueretur, aut mandato tertij, pecunias depoſuiſſet, & apud eum quidẽ, qui integræ opinionis homo erat ab oĩbus reputatus, hęque perditæ fuiſſent ob ipſius fugã, an teneretur, & eſſet obligatus petentib. tantundẽ ſoluere? Prima facie videbatur dicendũ, ꝙ ſic, ex quo egiſſe non vſ, vt agere debebat, & quẽadmodũ feciſſet quilibet diligentiſſimus paterfamilias. l. cũ de indebito, paulopoſt prin. ff. de prob. l. qđ Nerua. ff. depon. ſi conſtãte. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. Et tñ reſpondi, veriſſimũq; est, contrariũ, qm̃ imo hoc caſu haud est imputandũ, alias aũt tutores & curatores, qui quotidie minorũ theſauros, ne dicã pecunias, apud cãplores, & numularios deponunt, ad quorũ fidem ſemper recurrimus. l. quædã. §. numularios. ff. de eden. hoc caſu etiã tenerentur, & tñ clarũ est, atque indubitatũ nõ teneri, ergo nec in caſu præſenti deponens, caſus est in l. pignus. ff. de pign. ac. & in l. ſi res pupillaris, ad literam. ff. de admi. tut. & in l. ſi à bonę fidei, & ibi Ang. in ſpecie. ff. de rei vend. ex hoc verum non erit arg. dubitationem faciens, quod aliter non repetõ.

DCLII.

1 *Vſusfructus ſi legetur alicui isq; prohibitus ſit ipſum alienare, valet legatum, & legata conſetur proprietas.*

INterrogarat, etiã, alius me paulo poſt, ſi legaretur vſusfructus alicui, isq; prohibitus fuiſſet ipſum alienare, an legatũ valeret? Cui dixi prima facie, ꝙ non, quia onus adiectum rei haud videbatur conueniens, vſque adeo vt ex hoc præſumat teſtator legare potius voluiſſe, poſtea recordatus ꝙ imo verba improprianda ſunt, vt volũtas teſtatoris ſeruetur, quodque in dubio nunquam est præſumendum, ipſum actum eluſorium, facere voluiſſe. l. quoties. l. in ambiguum, & ibi Bar. ff. eo. l. ſi. de man. teſt. l. mutianæ. ff. de condict. & demonſt. mutaui opinionem, & concluſi. ex hac prohibitione ipſum proprietatem conſequi debere, & est verior, tenendaque ſine diſputatione, & in terminis ita tenuit Ang. in l. Proculus, per illum tex. ff. de vſuf. ſoletque ad hoc allegari, ꝙ ſi verba in proprio ſignificato nihil operari poſſunt, ab ipſis recedimus etiã improprianda. & idem in l. ſi cum ante. C. de do. ante nup. & in l. ſi tam angusti. ff. de ſerui.

DCLIII.

1 *Tempus an ſit modus tollendæ aut inducendæ obligationis.*

Solet

1 SOlet dici ſæpe, ꝙ tempus non eſt modus inducendæ, vel tollendæ obligationis. l. obligationũ ſere. §. placet. ff. de act. & obl. l. nemo põt. ff. de leg. j. l. eum qui. §. qui ita. & ibi Bar. in prin. ff. de verb. obl. qua de re ignorãs etiã, & infinitis, ꝙ icib. ſoluẽs, hac rõne ſibi non piudicat, vt inquit idẽ Bar. in l. & ſi inutiliter. in 1. col. C. de fideic. præſumiturq; obligatus hodie, qui obligatus erat olim. l. ſi minorẽ. & ibi Odof. ad ſi. C. de reſt. in integ. & ſic quod habet, ꝙ hodie præſumitur verũ id, quod recto conſtat verum fuiſſe, procedit in his, quæ curſu tpis non mutantur. Ideo & vlt. ſtipulatio annua perpetua est, & poſt mortẽ durat, quãuis hæres tñ exceptione repellatur. eodem Bar. teſte in l. ſi Stichum. in §. ſi. ad ſi. ff. de verbo. obl. Sed ẽ, quia nec etiam iuramentũ inducit, aut tollit obligationem. l. 2. & ibi not. ff. de iureiur. & tñ ex eo oritur actio. l. actori. C. de iureiu. ergo & obligatio. l. licet. §. ea obligatio. ff. de proc. quod & clarius probat per tex. in l. ſi pupillis. ff. de admitut. ibi, qui tpe liberatus est. & in l. illud. C. de lega. niſi ad primũ dicamus, ꝙ loquatur, qñ interpoſitũ est ſuper aliquo de præterito, & ad litẽ decidendã, ergo non ſi ſuper aliquo futuro præſtãdo. Ad ſm verõ, id nõ de tpe ſimpliciter intelligi, ſed de præſcriptione annorum 30. quæ ſolutioni ſimilis est, vſque adeo vt oĩs actio tollatur regulariter. in l. oẽs l. ſicuti. l. cũ notiſsimi. C. de præſc. 30. anno. at ſolutione eius, quod debetur, tollitur oĩs obligatio. vt inſt. quib. mod. tol. obl. g. in prin. ergo & præſcriptione. & ad idem facit gl. no. in rub. de diuerſ. & temp. præſcript. ad tertium reſpondet ibi Bar. quem nõ refero aliter, & clarius in d. l. nemo. potest. in 3. col.

DCLXIIII.

1 *Differentiam inter conceſſionem perſonalem & realem.*

1 SI tu neſcires differentiã inter cõceſſionẽ perſonalẽ, & realẽ, declarabo tibi, dũm ő velis diſcere, & ſine diſputatione. ſcituq; est dignum, qm̃ ea perſonalis est, ſi verborũ formã, natura rei, & cã conceſſionis adfuerit, realis vero, ſi iſtorũ nullũ, ex quo in beneficio principũ debet ſemper fieri latiſſima interpretat. o. l. fi. ff. de conſt. prin. & not. in l. forma. in §. quanquã. ff. de cẽſi. & in l. 2. de pac. inter emp. & ven. & in c. cum veniſſent. de inſt. & exẽplũ, ſi dixerint, induſtria propriè electa, ꝙ ex verbis cõceſſionis dr. c. qm̃ Abbas. c. ſi. de off. deleg. Concedo, ꝙ partem iuriſdictionis exerceas. Item concedo tibi vſum fructum caſtri declaratque Bald. & bene holt multa. in l. cum ſeruus. in §. ſi quis. ff. de lega. 1. aliquid Barto. in l. pater. in 1. col. ff. de ſerui. lega.

DCLV.

1 *In cautione damni infecti quilibet admittitur ad defendendum partem ſuam, ſed non in actione noxali, & quare.*

1 QVare est, ꝙ in cautione damni infectiſ quilibet admittitur ad defendẽdũ partẽ ſuã. l. ſi cões. ff. de negeſt. non aũt in actione noxali, quæ iudicatur indiuidua, & tñ damni infecti quaſi noxalis dr. l. ptor. §. hoc edictũ. ff. de dam. infect. Solutio facilis est, ſi dixerimus, hoc ideo inductũ fuiſſe, quia primo caſu nihil est in obligatione, ſed torũ petitur officio iudicis. l. cũ poſtulaſſem. ff. de dãn. infect. l. 4. §. hoc aũt edictum. ff. eo. ideo ad nullum inconueniens põt deueniri. ſecundo aũr ſic, ex quo aĩal vel ſeruus non est in obligatione, ſed quãtitas damni. l. miles. §. decem. ff. de re iud. & poſſet contingere ꝙ dominus vellet ſeruum defendere, alius verõ eum dare pro noxa, igitur non mirum ſi defenſio pro parte nõ admittitur, & dictu mirabile vſ, inconueniens eſſe vitandũ, quantum poſſibile ſit, ad quod põt etiã commodè induci text. optimus. in l. Papinianus. in §. 4. ff. de inoff. teſta. & ad propoſitum ita declarat Bar. & bene, nec aliud dicẽdum puto in d. l. ſi cõmunes. & in l. ſuprà. in §. officium. ff. de aqua plu. ar. quẽ refert & ſequitus est pariter Flo. de S. Petro. in l. heredes. in §. ſi vnus. ff. fami. ercis.

DCLVI.

DVbitabã etiã quare est, ꝙ. l. 1. in fi. ff. de excep. doli. de exceptione loquatur ſm naturã tñ tituli ſub quo ſituata est l. imperator. ff. de in diẽ adiect. locum q; habeat etiam in appellatione. l. non diſtinguemus. §. cum quidã ff. de arb. &, nihilominus a lege rigoroſa non appelletur. l. fi. ff. de app. re. l. proſpexit. ff. qui & à quib. c. in iſtis. 4. diſt. dolus aũt qui cõmittitur in legib. condendis per ſuperiorem corrigi. d. l. 1. in fi. ſolutio etiã plana est, hoc caſu non mirum, quia iniquitas ſpecialis non oẽs tangebat, ſed paucos, illos vero generalis, quod ex no. hinc inde collegitur & preſertim in d. l. fi. & clarius quã alibi in l. 2. in §. poſtea vbi Bal. quoq; in 2. lect. ff. de orig. iur. & est arg. in l. de ætate. in §. nihil. ff. de inte. actio. & in l. prætor edixit. in prin. ff. de iniur. & in l. cum incertus. ff. de leg. 1.

DCLVII.

1 *Decurio in memoriam præcedentis dignitatis non torquetur quod infertur ad multa per diſcurſum.*

1 Nota,quod teſtator †poteſt permittere legatario quod legata propria authoritate recipiat,vt not.ff.de lega.2.l. Titia.§.Lucius.

CC.

1 *Procurator in cauſa criminali principali non admittitur, ſecus in appellatione.*

1 Nota,quod licet in cauſa †criminali non admittatur procurator,vt l.pen.§.ad crimen.ff.de public.iud.Tamen ſi ſit cauſa appellationis optimè poteſt admitti,vt nota.in decre.2.q.6.c.ſi quoniam.

CCI.

1 *Iudex coram quo præſtita fuit cautio de iudicio ſiſti,nõ poteſt amplius recuſari.*

1 No.q̃ ſi fuerit †coram aliquo iudice cautio præſtita de ſiſtendo in iudicio,q̃ non poterit recuſari,vt no.in auth. de exhib.& introdu.§.illud.ſup verbo,cautionis. colla.5.

CCII.

1 *Iudex ante litem conteſtatam debet recuſari,alias non poteſt niſi ex noua cauſa ſuperuenienti.*

1 Nota,† quod licet ante litis conteſtationem quis debeat recuſare iudicem,vt C.de iudi.l.apertiſſimi.tamen ex noua cauſa ſuperuenienti ipſum optimè poſt poterit recuſare,vt no.C.de conſor.eiuſdem li.2.

CCIII.

1 *Proximior qui in cauſa criminali interuenire non debet, ſi interuenerit,& cauſam duxerit,proceſſus tenet.*

1 Nota,q̃ licet proximior non debeat interuenire in cauſa criminali,tamen ſi interuenit & cauſam duxerit bene tenet proceſſus,vt no.C.de adul.l.quamuis.in prin.

CCIIII.

1 *In integrum reſtitutio poteſt opponi per viam exceptionis.*

1 Not. q̃ reſtitutio †in integrũ poteſt opponi per modum exceptionis,vt no ff.de iurei.l.nam & poſtea.§.ſi minor. ff.qui cauſa.maio.l.necnon.§.exemplo.contra quas gl.videtur tex.ff.de excep.l.exceptiones.

CCV.

1 *Maritus ſi iuret mulierem non eſſe eius vxorem,an hoc præiudicet veritati,vel ſi monachus iuret ſe nõ eſſe monachũ.*

1 No.q̃ ſi mulier †detulit iuſiurandũ viro, & ipſe iurauit, quod non erat eius vxor,poſtmodum ſi poſſit apparere de contrario non præiudicat.Et hoc quod dixi in matrimonio non habet locum in cauſa monachationis,ſi monachus iuret ſe non eſſe monachum,& hæc omnia not. ff.de iureiu.l.3.§.1.ſuper verbo agatur.

CCVI.

1 *Donatio quæ ſit benemerito,non requirit inſinuationem,licet quingentos aureos excedat.*

1 No.q̃ licet in † donatione,q̃ excedit ſummã quingẽtorũ aureorũ requiratur inſinuatio,vt C.de do.l.ſancimus.tũ in donatione q̃ ſit bene merito non requiritur,vt no.ff.de dona.l.Aquilius Regulus.& ibi gl.dẽ q̃ licet iudici non poſſit dari quicq̃,tñ ſi ſit bene meritus optima dari poſſit.

CCVII.

1 *Emancipatio neceſſario iudicis,decretum requirit.*

1 Not.q̃ in emancipatione † requiritur decretum de neceſſitate,vt eſt te.C.de offic.præf.l.j.inſti.quibus modis ius patriæ pot.ſolui.§.præterea.C.de emanc.lib.l.3.

CCVIII.

1 *Minor non poteſt conſtituere procuratorem ad negotia ſine authoritate curatoris.*

1 No.q̃ minor,tnõ põt facere ꝓcuratorẽ ad negotia ſine authoritate curatoris,vt ff.rem ra.hab.c.mino.in princ.

CCIX.

1 *Minoris conducentis domum bona quæ in eam infert an ſint tacite obligata pro penſione.*

1 No.q̃ ſi minor conduxit †aliquã domũ,& inferat aliqua bona ibi,q̃ illa tacitè non ſunt obligata,& ſi eſſet maior bñ eſſet obligata tacitè,vt no.ff. de pac.l. itẽ cõuẽtiones.

CCX.

1 *Filius an poſſit petere in quacunque parte minima legitimam ſuam vel partem ſibi debitam.*

1 Not.q̃ ſi filius † petat quartam partem in quacunq; parte minima nõ debet audiri,vt C.qñ & quib.quarta pars in bon.decurio.debe.l.iuncta.circa prin.& C.ad leg.Fal.l.2. Licet contrarium videatur notari in l.fi.e. ti. circa prin.

CCXI.

1 *Sponſus ſi tenet ſponſam in domo ſua fructus dotis lucratur.*

1 Nota,q̃ ſi ſponſus † teneat ſponſam in domo ſua,q̃ lucratur fructus dotis,q̃ no.C.de dotis promiſ.l.1. licet contrarium notetur.ff. de iure do.l.dotis fructus.

CCXII.

1 *Pater poteſt filiũ exhæredare.quæ non vult nubere digno, quã pater elegit.*

1 Nota,q̃ ſi filia † nolit cõtrahere cum illo, quem ſibi pater elegit,dum tamen ſit dignus ea,pater poteſt iuſtè eã exhæredare,vt no.ff.de ſpon.l.ſed hæc quod patris.

CCXIII.

1 *Statutum quod ſi quis intrauerit alterius vineam,certũ quid ſoluat,poteſt à municipibus fieri.*

1 Nota,q̃ municipes poſſunt facere ſtatutum,vt quicunq; intrauerit vineam vel aliquid fecerit ſimile ſoluat decẽ vt inſti.de iure nat.gen.& ciui.ver.ius autem.ſuper verbo,vſu.& ff.de ca.dimin.l.tutelas.C.de noxa.l.2.ff.de priuilg.cred.Antiochenſium. ff.de re.iur.l.nec ex prætorio.

CCXIIII.

1 *Iudex poteſt dare ex officio curatorẽ bonis illius, quem videt bona dilapidare.*

1 No.q̃ iudex † ex officio ſuo poteſt dare curatorem bonis alcui,ſi videat eum bona diſſipare, poſito q̃ ab aliquo non petatur vt no.ff.de cura.bo.dan.l.2.circa prin.

CCXV.

1 *Debitor cedens bonis non liberatur, quando doloſè factum eſt non ſoluendo.*

1 No.q̃ debitor † qui doloſe bona alienauit,& ſic factus eſt nõ ſoluendo,nõ liberat cedẽdo bonis,vt ff.q̃ in fraud.cre. l.ſi.in auth.de fideiuſ.§.res.ſuper verbo creditur. col.1.

CCXVI.

1 *Actiones duæ in libello ſimul proponi non poſſunt, niſi actor ſit incertus ex facto rei.*

1 No.q̃ in libello nõ põt duæ actiones ſiꝑponi,vt no.ff. de tribu.l.q̃ in hæredẽ.§.eligere.tñ ſi actor ſit incertus ex facto rei põt duo ſiꝑponere,ꝓteſtando q̃ ex vna illarũ duarũ vult ius ſuũ cõſequi,vt ff.quorũ.le.l.1.§.qua actio.

Negatiua

CCXVII.

1 *Negatiua qualiter probetur.*

1 No.optimam gloſ.qualiter † negatiua probetur.ff.de iure priua.l.& hæc interdictio in fi. magnæ gl.in auth.de hæred. & fal. §. ſi vero abſunt. ſuper verbo hęrede. & C.de teſt.l.non codicillum.& melius in c.bene.in magna.ext. de elect.in gloſſ.

CCXVIII.

1 *Filius nõ legitimatur per ſubſequens matrimonium contractũ cum ea quam viuente vxore,carnaliter quis cognouit.*

1 No. gloſ. q̃ ſi aliquis dum haberet vxorem habuit rem cum aliqua muliere,ex qua filium procreauit, poſtmodum vxore ſua mortua contrahat cum matre iſtius filij, non propter hoc iſte filius eſt legitimus per matrimonium ſubſequens,vt not.inſtitut.de nup.§.fin.ſuper verbo interdictum.

CCXIX.

1 *Filius præteritus poteſt teſtamentum patris nullum dicere, alias non.*

1 No. q̃ ſi filius † ſit præteritus poteſt teſtamentum patris dicere nullum,alias non,vt no.C.de inof.teſt.l.ſi filius.

CCXX.

1 *Pater rogatus hæreditatẽ filio reſtituere poteſt quartam retinere, ſicut quilibet extraneus.*

1 Not.quod ſi † pater eſt rogatus reſtituere hæreditatem filio, quod pater poteſt retinere quartam ſicut quilibet extraneus,vt eſt tex.C.ad treb.l.iubemus.in 3.dicto.

CCXXI.

1 *Iudex vel arbiter non poſſunt eſſe teſtes de his, quæ acta ſunt coram eis.*

1 Not. q̃ iudex † vel arbiter non poſſunt eſſe teſtes de his, quæ acta ſunt coram eis,vt not.C.de arbit.l.2.§.ſinautem ſcriptura.

CCXXII.

1 *Aduocatus non eſt dandus in crimine notorio.*

1 Nota,quod in crimine † notorio non eſt dandus aduocatus accuſato,vt eſt tex.C.de defen.ciui.l.per omnis.

CCXXIII.

1 *Fideiuſſor poteſt primo conueniri ſi principalis ſoluendo non ſit.*

1 Not.quod fideiuſ. † non debet conueniri antequam principalis, ſi tamẽ principalis ſit nõ ſoluendo,poteſt primo fideiuſſ.conueniri,vt no.ff.de verb.ob.l.in dotem.ff.ſi certum petatur.l.fi.C.de fideiuſ.authen. præſente,& ibi per Bartolum.

CCXXIIII.

1 *Emptor promittens in fundo empto domum non facere,ſub pœna,ſi eum alienet,& emptor ſecundus in eo domum faciat, an primus emptor teneatur?*

1 No.q̃ ſi ego emi rem † vt puta fundum, & promiſi quòd non facerem ibi domum ſub pœna,quod ſi poſtmodum fundum vendo,& emptor domum faciat,ego nõ teneor, nec etiam emptor,vt no.ff.de alienatione iudicij mutandi cauſa facta.in l.3.§.opus.

CCXXV.

1 *Donatio propter nuptias, quæ excedit ſummam quingentorũ aureorum inſinuationem requirit.*

1 No.q̃ in donatione † propter nuptias quæ excedit ſummam quingentorum aureorum requiritur inſinuatio,vt eſt tex.C.de don.ante nuptias.l.fi.circa finem.

CCXXVI.

1 *Debitum certa die ſi quis ante diem petat, duplicãtur debitori induciæ,& ſi debitum ſub conditione petatur.*

1 No.q̃ † ſicut quando debebam tibi certa die pecuniam,ſi ante petam,duplicatur induciæ, ita etiam ſi debeam ſub conditione duplicantur induciæ,ſi ante petam,vt no.ff.ſi certum petatur in l.ſi pecuniam.in fin.& .ff.de pign.l.grege.§.ſub conditione.

CCXXVII.

1 *Fideiuſſor ex pluribus conuentus à creditore poteſt opponere, quod agatur primo contra alium fideiuſſorem,qui à debitore habuit pecuniam.*

1 No.quod ſi duo † fideiuſſerunt pro aliquo recipienti pecunias mutuo, ſi poſtmodum iſte principalis mittat pecuniam vni fideiuſſori,ſi creditor agat contra illum, qui pecuniam non habuit, quia forte principalis debitor non erat præſens,poteſt opponere quod agat cõtra illum,qui habuit pecuniam,vt notat.ff.commod.l.quæritur. ſuper verbo abſolui.Et eſt gl.additionalis.

CCXXVIII.

1 *Fiſcus an habeat tacitas hypothecas in bonis delinquentis?*

1 Not. quòd fiſcus † habet tacitas hypothecas in bonis delinquentis.vt videtur notabilis gloſſ. ff. de pactis. l. reſcriptum circa princip.ſuper verbo hypothecas,licet cõtrarium notet gloſſ. quę communiter reprobatur. C.de fiſc.cre.l.vna.

CCXXIX.

1 *Proceſſus factus cum non vero procuratore, quem iudex pronuntiauerit eſſe procuratorem.non valet.*

1 Not.quod ſi † ego agam contra aliquem, & quidam qui non erat procurator compareat pro ipſo, & ego excipiam quod ipſe non habeat mandatum, ſi iudex pronuntiet ipſum fore procuratorem, quum reuera non erat,proceſſus factus cum eo non valet,vt videtur tex.ff. quod cum falſo tutore authore fit.l.1.§. idẽ Pomponius. alias eſt per ſe.

CCXXX

1 *Pater ſi permittat filio donare cauſa mortis,tamẽ ſi donet patri,vel ſeruo patris,non valet.*

1 Nota quòd ſi pater † permittat filio donare cauſa mortis, tamen ſi donet patri vel ſeruo ipſius patris, non valet,vt nõ.ff.de act.tut.l.1.

CCXXXI.

2 *Impedimentum eius,qui citatus in iudicium non venit,vt probatur iuramento.*

1 Not. quod ſi ſum citatus † coram aliquo iudice, & fortè ſum impeditus vi fluminis vel tempeſtatis,vel aliqua iuſta cauſa,& nõ poſſum hæc probare, debet credi ſuo proprio iuramento, vt eſt text.de excuſa.tuto.l.ſcire oportet.§.cum quis.

ADDITIO.

Idem notat Ioan.de Arno.in problema.38.

CCXXXII.

1 *Delinquens non eſt ab eccleſia extrahendus,niſi pro certis criminibus.*

1 Nota q̃ delinquens † pro quocunque delicto non debet extrahi ab eccleſia, niſi pro certis criminib. vt not.C.de his qui ad eccl.confug.l.3.licet cõtrarium not.quod imo pro quocunque,vt in auth.de mandat.princ.§.neque autem homicidas.

CCXXXIII.

1 *Teſtamentum ſecundum faciens nulla facta de primo mentione,tamen legata in primo facta videntur reuocata.*

1 No.q̃ ſi aliquis † facit ſecundum teſtamẽtum,in quo nullam mentionem facit de primo, quod nihilominus legata facta in primo videtur reuocata,vt.ff. ſi cui pluſquam. per l.Falc.l.3.§.ſi legatus.

CCXXXIIII.

1 *Executor non habet neceſſe tenere computum de bonis diſtributis.*

1 Nota,q̃ † executor non habet neceſſe tenere rationem de diſtributis bonis,vt eſt tex.ſi cui plus quam per legẽ Falc. l.diuus.

CCXXXV.

1 *Conſuetudo ciuitatis debet ſeruari in caſtris, & in locis circumuicinis.*

1 Nota,q̃ conſuetudo † ciuitatis debet ſeruari in caſtris,& locis circumuicinis,vt.ff.de poſth.l.ex ea.& eſt tex.cum gl. in authẽ.quibus modis natur.effic.ſui.§.ſi quis igitur colum.7.

CCXXXVI.

CCXXXVI.

1 *Ius reuocandi domum, an competat patri, qui parisios iuit visum filium studentem?*

1 Nota, quod si aliquis † habet filium studentem Parisijs, & iuerit causa visitandi filium, & aliquis ibi conueniat eum, quia patria est communis, sicut Roma, habet ius reuocandi domum, vt nota. ff. de iudic. lege prima, in fin. gloss.

CCXXXVII.

1 *Citatus ad locum sibi periculosum comparere non tenetur.*

1 No. quòd si aliquis fecit me citari coram delegato principis, & locus vbi debeo comparere est periculosus mihi, quia fortè in illo loco tute venire non audeo, propter inimicos meos, coram eo non debeo comparere, vt not. ff. ex quibus cau. l. 3. in fi. ff. ad Tut. l. de ætate, vbi est similis gl. pro quo facit. ff. de lega. l. sciendum. §. si excusatio. & extra de rescriptis. c. statutis. li. 6. & extra vt lit. contest. c. ad sedem.

CCXXXVIII.

1 *Decima bladi & agnorum debetur sacerdoti, eam tamen infra decem dies accipere non tenetur.*

1 Nota, ℣ de iure † ciuili decima bladi & agnorũ debetur, nec sacerdos tenetur recipere agnum pro decima infra decem dies, vt not. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. inter certam.

CCXXXIX.

1 *Filius de bonis patris vltra legitimam aliquando alia bona habet.*

Not. gl. in § quãobrem, alias est ver. in auth. de test, & ea q̃ parit, col. 4. Quod † filius habet de bonis paternis vltra legitimam, & vltra velle patris. Sed illa sequitur in casu speciali. Et sic est idem totum in cõtrarium, in aut. de defen. ciuita. §. iudiciorum. colla. 3.

CCXL.

1 *Victor litis quando victo condemnetur in expensis.*

1 Victor litis † condemnatur victo in expensis. Sed regulare est contra in l. properãdum. §. finautem. C. de iudi. Sed quando quilibet actor est, vel reus in culpa litis, est neuter condemnandus in expensis.

CCXLI.

1 *Falsi crimen est crimen capitale.*

1 Text. est, quod crimen falsi est crimen capitale. l. 1. ff. de public. iudic.

CCXLII.

1 *Pupillus si sine hærede decedat, tutor, non fiscus succedit.*

1 Nota, ℣ si pupillus † decedat sine hærede, quòd tutor succedit tanquam proximior, & non fiscus, vt no. ff. de reg. iur. l. quo tut. circa finem.

CCXLIII.

1 *Totum peti potest, quando obligatus ad rem, partem tantum soluit.*

1 Casus est, ℣ licet sis mihi obligatus ad rem & partem mihi soluis, quod adhuc in libello possem totum petere. ff. de solu. in. l. stipul. in fine.

CCXLIIII.

1 *Furem capere quis propria authoritate potest.*

1 Gloss. est, quòd quis † authoritate propria furem capere potest. ff. de furtis. l. interdictum. §. qui furem.

CCXLV.

1 *Clericus in enormibus potest à seculari iudice puniri in bonis, secus in persona.*

1 Gloss. est, quòd clericus † in enormi delicto potest puniri per iudicem secularem, & hoc in bonis. in persona autem sua ab episcopo puniendus est. C. de episcop. audien. l. addictos.

CCXLVI.

1 *Filius patrem ad iram prouocans est exhæredandus,*

1 Gloss. est, quod si filius † prouocat patrem ad iram est exhæredandus. instit. de adoptio. §. naturaliter, quod est notandum.

CCXLVII.

1 *Accusans sibi proximum agnatum, ei ab intestato potest succedere.*

1 Casus est, quod si accuso † aliquẽ de genere meo cui sum proximior, ab intestato possum succedere. ff. vnde cognatio. l. cognatis.

CCXLVIII.

1 *Eleemosyna à robustis non est mendicanda.*

Gl. est, ℣ homines robusti non debent petere eleemosynam ne debilibus panem auferant. C. de men. vali. l. 1. lib. 10. Bal. in rub. lib. 6. gl. alleg. cum concordan. C. de quæst. circa princ & 5. q. 5. c. non omnes. 80. dist. c. 1. Vnde dicit ipsa gl. super Matthæo. iustus feceris si iniuste petentem correxeris, quam si ei dederis.

CCXLIX.

1 *Infirmitas à mendicantibus non est simulanda.*

Nota contra illos, qui ponunt herbam in pedibus, & tybijs, vt appareant infirmi. C. de meta. li. 12. l. 1. in gl.

CCL.

1 *Electionem alij dans, videtur ipse eligere.*

1 Gl. est, quòd si do † electionem, vt ipse eligat, perinde est ac si ego elegissem. C. de iudi. l. apertissimi. in fi.

CCLI.

1 *Seruientis simplici assertioni de citatione facta statur.*

1 Nota casum. c. parati. extra de appel. quòd simplici † assertioni seruientis statur, si dicat quod ipse citauit talem, quod est speciale.

CCLII.

1 *Dos data in praua pecunia debet reddi in bona.*

1 Casus est, quòd dos † data in praua pecunia non debet reddi per maritum soluto matrimonio in praua, imo in bona, vt no. ff. de in diem. l. res. & ext. de sent. c. olim. in glos. & est casus in glo.

CCLIII.

1 *Aduocatus cui à parte non satisfit de salario suo, potest eam dimittere, & esse cum aduersario suo.*

1 Gloss. est, ℣ si aduocatus † vnius partis nõ sit satisfactus de salario suo, quod possit dimittere partem, & esse cum aduersario suo. C. de aduo. fis. l. fi. circa fi.

CCLIIII.

1 *Seruientes & proxenetæ, antequã officium ingrediantur teneãtur satisfacere rem publicam saluam fore.*

1 Casus est, quod seruientes † & proxenetæ antequam ad tale officium accedant teneantur dare fideiussores, & satisfacere rem publicã saluam fore, vt C. de proxenetis. l. proxenetæ. li. 11.

CCLV.

1 *Ciuitatis res debent diuidi æqualiter inter pauperes & diuites.*

1 Gl. est, quòd res † ciuitatis debent diuidi, & tantum debet habere pauper sicut diues, & econtra. ff. finium regun. l. de meo. in prima glossa.

CCLVI.

1 *Seruienti arma auferre alicui volenti resistens capitaliter punitur.*

1 Not. quod si aliquis † seruiens vult auferre arma, sibi resistens debet puniri capitaliter, vt C. de his qui ad eccl. cõfu. l. 3. circa. fin. ar. C. vt licet sine iudi. l. opprimendorum.

CCLVII.

1 *Agere & conueniri quando vnus tantum de consulibus possit.*

1 Gl. est ℣ vnus † de consulibus possit agere & cõueniri. C. si vnus ex pluri. in l. §. fi. gl. tamen illa cõtrarib. C. de decurio. l. procurator. li. 10. Sed dic ℣ alijs absentibus vnus potest agere, alijs autem præsentibus non pro concord. est. gloss. in simili. C. de consor. eiusdem. lib. l. fi. super verbo potest.

CCLVIII.

1 *Filius si ab aliquo hæres instituatur testator potest prohibere, quod eius pater in eis bonis nullam habeat legitimam.*

Alleg

1 Alleg. gl. quod si filius † instituatur per aliquem quod ille potest prohibere, & patrem omnino priuare, quod ex illis bonis non habet legitimam suam, quod notãdum, vt in auth. ut liceat matri & auiæ. col. 8. in prin. super verbo præcipiunt. in fin. magnæ gloss.

CCLIX.

1 *Officialis regius non debet hospitari in domo priuati, sed regis.*

1 Text. cum gloss. quòd † officiarius regius vel principis nõ debet venire seu hospitare in domo alicuius priuati, sed vbi est domus regis. C. de officio rect. prouinciæ. l. fin. & est ratio vt melius ædificia regia faciant reparare, vt ibi dicit text.

CCLX.

1 *Minor in causa criminali testificari potest, quando aliter delictum probare non potest, licet de calumnia iuuare non possit.*

1 Tex. allegatur cum gl. ℣ minor † possit ferre testimoniũ in cã criminali si aliter probari non possit, licet de calumnia iurare non possit. C. de hæred. instit. l. quoniam. in fi. & ita not. gl. C. de eden. l. 2. super verbo, exhiberi.

CCLXI.

1 *Procurator primus qua cautela per constitutionem secundi reuocari possit vt acta cum eo non valeant.*

1 Not. bonam cautelam constituendo † procuratorem in iudicio si constituas alium nõ faciendo mentionem de primo, primus erit tacitè reuocatus, ita ℣ iste secundus si cõpareat semel in illa causa tãtum, & postea compareat primus vsque ad sententiam non valebunt acta per ipsum facta, vt est tex. ff. de procurat. l. si quis cum procuratorem.

Singularia domini Amanelli de Claris Aquis
legum excellentissimi doctoris
expliciunt.

SINGVLARIA
DOCT. IOANNIS DE ARNONO,
IN VTROQVE IVRE MEMORATV DIGNA,
& in regno Neapolitano satis accommodata, Additionibus nunc primum Illustrata.

I.

1 *Confessio erronea reuocatur etiam ex interuallo, si de errore doceatur, nisi in iudicio temere fiat, quia sine erroris probatione reuocatur.*

1 CONFESSIO erronea † reuocatur etiam ex interuallo dum tñ doceatur de errore. Sed hoc non habet locum quãdo illa confessio fuit facta in iudicio ex abrupto, & absq; deliberatione, quia põt reuocari, etiã aliter non docto de errore. sing. est dictum Dominic. de S. Gem. in c. sciendum. 29. dist. refert & sequitur do. Fel. in procem. Decr. super gl. 1. in prin. quod dicit esse notãdum ad materiam. l. non fatetur. ff. de conf. & c. fi. ext. eo. tit. & ne tradas hoc obliuioni, quia tibi poterit quotidie inseruire in actu practico, maximè in istis personis verbosis & loquacib. atq; leuib. qui nulla præmissa deliberatione cõfitẽtur multa ex errore, nam postea etiã ex interuallo absq; probatione erroris poterunt illam confessionem reuocare.

II.

1 *Positionem negans, vel ita ei obscure respondens, vt inde veritas haberi nõ possit, an parificetur quo ad pœnã incurrẽdã?*

2 *Testis obscurus æquiparatur tacenti verum.*

3 *Positioni obscure respondens excusatur à pœna.*

TV habes in regno regiam nouellã Pragmaticã octauam in ordine, incipit quinta die, per quam principales tenentur respondere positionibus & negantes illas, de quibus verisimiliter notitiã habere possunt, vt in exemplis ibi positis, tenentur ad pœnam de qua ibi. Pone ℣ tip. si principales non negauerunt, tamẽ obscure adeo deposuerunt, vt ex eorum responsione non posset veritas ipsa haberi. Quæritur nunquid per talem responsionem obscuram incurrunt adhuc pœnam de qua ibi, ac si positionem ipsam negassent? Dicas quod sic, propter dictũ Bar. in l. ea. ff. de contrah. empt. vbi testem † obscurum æquiparat tacenti verum. Nam respondere obscure, & nihil respondere sunt paria, vt est tex. in l. de ætate. §. nihil interest, & ibi Bar. ff. de interrogat. actio. Spe. de te. §. 3. ver. qd ergo. Hoc intellige qñ † politio fuisset clara, sed si obscura tunc excusaretur respondens obscure, adeo ℣ hoc probato põt etiam ex interuallo responsionem reuocare, ita Dominic. de S. Gemin. in §. alias. 25. dist. quod nota ad dictam pragmaticam.

III.

1 *Casse viuere an dicatur mulier, quæ secundo nubit, quo ad cõsequendũ legatũ sibi à primo viro factum, si casse vixerit?*

CONsueuerũt mariti morientes facere nõnulla legata suis vxorib. si caste vixerint viris mortuis, & vix ecclesiasticę traditis sepulturæ, statim vxores ipsæ cũ dicto Apostoli nubunt in domino, quæ sic nuptæ petũt legata ab hærede, hæres objicit, ℣ ipsæ nõ seruarunt voluntatẽ testatoris, videlicet, si caste vixerint, replicãt mulieres dicentes se caste viuere cum nupserint, vt per Bar. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. dicentem, ℣ mulier non desinit caste viuere, si secundo nubat per c. Nicena. 31. di. Dic ℣ hæres † debet obtinere & nõ mulieres, ita Pet. de Anc. Io. de Imo. mordentes Bar. in c. quod à te. de cler. cõiug. quia ſm eos repugnat cõis vsus loquendi, per quẽ non videntur caste viuere, si nubant. Et ideo infero ex his non esse necessaria illa verba, quæ quotidie solent apponi in testamento, si caste vixerit & vidualem lectũ seruauerit. Sed sufficerent ad excludẽdam illam legato, si nubit, sola illa verba, si caste vixerint, per supradicta, quod nota in practica.

1 *Blasphemi pœna quæ sit?*

2 *Blasphemans, maledictus sit Deus, vel, al dispetto de Dio, an debeat puniri pœna blasphemiæ?*

3 *Blasphemia non est omnis contumeliæ, sed maledictio.*

NOn intendo per id, ℣ dicam nunc inuitare nephandissimũ scelestũ, & blasphemũ ad Deũ, & beatã Virginẽ, & Sanctos blasphemandũ, cum optem mille tibi linguas, si haberes potius maliloquas mutilari, quã te ad illorum blasphemias inuitare, sed protestor me hoc dicturũ contra nonnullos miseros iudices, qui sitientes potius sanguinem humanum & affectantes videri iusti, cum nõ sint, vltra modũ sæuiũt in subditos, & multos vidi hmõi dieb. meis. Tu habes pẽnã mutilationis lingue pp blasphemiã Dei, & beatæ virginis per constitutionẽ, blasphamãtes, sub rubrica de blasphemantibus Deum, & virginem Mariam, quæ pœna extenditur etiã ad blasphemãtes Sanctos, per

ctos,p alias moderniores pragmaticas in regno,omittamus pœnã vltimi supplicij de iure authenticorum, vt in
1 auth.vt non luxurien. cõtra natu. & aliã inductũ de iure
2 canonico,vt c.statuimus,exr.de maled.Pone,q̃ tu scelestus maliloqua lingua in hoc prorupisti, Maledictus sit Deus,vel,al dispetto de Dio.nunquid pp hoc debeat tibi lingua mutilari?Quilibet diceret q̃ sic,per c.1.ex.de mal. In contrariũ est veritas.Nã ex cõi vsu loquendi, ista sunt verba potius iniuriosa,q̃ maledictio,per l.quoties.§.si qs nomen.ff.de hered. inst. ẽm intellectũ glos.& ita in dicta cõstitutione,& pragmaticis,quæ sunt statuta,non oĩs cõ
3 tumelia est blasphemia,sed maledictio.istud est elegans cõsiliũ Bal.inci.in nomine dñi.An dicatur maledicere.refert & sequit Fel.in prooemio decreta.nu.11.vers. ad idẽ elegans.consi. Et sic poteris euadere amicum tuũ,ne sibi lingua mutileatur,sed poterit aliter extra ordinem puniri.

V.

1 *Præsens non dicitur,qui non intelligit,nec ex præsentia præsumitur intelligentia,nisi probetur.*

VOlo tibi tradere vnã doctrinam elegantẽ & singularẽ,per quã magnum tibi poteris honorẽ,& commodum cõparare. Tu scis,q̃ in regno,vt plurimum viuitur iure Longobardo,& mulieres sic viuentes non poterunt contrahere absq; præsentia mũdualdorũ. Pone q̃ cõtrahunt,& dr in instrumento.talis mulier iure Lõgobardo viuẽs,promisit hoc Sempronio,p̃sente tali mundualdo, quæro abs te,nunquid per hæc verba,præsente tali mundualdo,importetur, q̃ ipse mundualdus intellexerit qđ promiserit mulier.nã alias non valeret,q̃ fecit?Tu dicerес q̃ sic, nã verbũ præsens inducit sensum & intellectũ, per legẽ,diem proferre,§.corã.ff.de arbit.vbi idem tenet Bar.& idẽ Bar.in l.hæredes palã.ff.de testamẽ.& Bal.in l.
1 1.de erro.aduo.pp gl.ibi,in vers.præsentibus.& Bald.in l. si non speciali.post princ.C.de testa.& Bar.& Imo.in ca. super eo.de testi.cog.per illũ tex.in vers.qui interfuerũt. Tũ in contrarium est veritas,dictũ est Gem.in c.in patris
1 2.q.1.vbi dixit,q̃ si statutũ requirit præsentiã oportet p̃bari quod præsens intellexerit.Et ideo dixit Bal.in l.2.§. voluntate.ff.sol.mat.& in l.si fine.in 2.q.C.ad Velleia.& in l.fi.§.necessitate.C. de bonis quæ liberis, q̃ vbi quis vult probare aliquẽ consensisse actui,nõ sufficit q̃ probet eũ interfuisse,quia potuisset esse præsens,& tñ non intellexerit,quid ageretur, & lex Longobarda & cõstitutiones de mũdualdis loquentes sunt stricti iuris, & possunt adapta ri ad statutum, vide in repertorio And.de Hernia,in constitutionibus Regni,in ver. Velleiani.in fi.ergo de eis iudicatur,vt de statutis.Et ideo facias apponi in instrumento præsente tali Mundualdo & intelligente, & prædictis consensum,& authoritatem præstante.quod no.

VI.

1 *Positiones & articuli post lapsum terminum ad probandũ statutum de nouo emergentes,an debeant admitti?*

SVpra in secũdo singulari in ordine fuit allegata ad aliũ effectum responsoria nouella pragmatica inci.Quinta die.per quã tu habes,q̃ infra certũ terminum,de quo ibi debent fieri positiones hinc inde per vtrãque partẽ. Ego
1 quæro abs te,nunquid põt lapsum dicti termini si emergãt nouæ positiones,& articuli debeãt adhuc admitti?Tu diceres quod non per tex.dictæ pragmaticæ,in cõtrariũ est veritas,dictum est Domi.de S.Gem.in prooem.Decr. quem ibi refert & sequitur d.Fely.in fi.vlt.col.quod not. ad intellectum dictæ pragmaticæ.

VII.

1 *Positiones quæ dicantur simplices,& non captiosæ?*

VOlo tibi commentare adhuc, supradictã responsoriã pragmaticã.Quinta die.in qua dr, q̃ positiones debẽt
1 esse simplices,& non captiosæ,ego quæro abs te, de illo verbo,simplices.Respondeo.i. sine ambiguitate,vel obscuritate,dictũ est Lud.Rom.in l.1.§. si quis simpliciter. in 1.col.ff.de verb.obl.vbi alleg.tex.in c.1. in ver.simpliciter.ext.de summa trin.& fide catho.reputans istam inuestigationem esse vtilem propter statuta quæ dicunt,vpositionibus respondeatur simpliciter,& in loco statuti no.ad dictam pragmaticam.

VIII.

1 *Iudex statuta loci seruare iurans,an sit periurus,si dicta statuta ex aliqua causa transgrediatur & superior adiri nõ possit,& periculum sit in mora?*
2 *Minores magistratus,& potestates terrarũ non possunt transgredi leges vel statuta propter emergentiam casuum quãdo iurauerunt præcise seruare statuta.*

TV habes constitutionem regni,puritatẽ, sub rubrica de sacram.præstan.Baiulis & Camerarijs, q̃ Camerarij & Baiuli,quorũ loco sunt isti dñi, & barones,& eorũ officiales nostri tpis,debent iurare se iudicaturos in Regno,ẽm constitutionẽ regni,& earum defectu ẽm cõsuetudines approbatas, ac demũ ẽm iura cõia Longobarda,
1 videlicet, & cõia.modo dicti iudices transgressi sunt dicta iura ex aliqua causa, quero abs te,nunquid propterea sint periuri?Tu diceres q̃ sic,per illũ text.In contrarium est veritas.dictum est Bal.in l.quod ergo.§.pena grauior. ff.de his qui not.infamia,pp originale & sing. dictũ Inn. in c.1.de const.qđ not.tu quis vis esse iudex, vel assessor. Et intellige hoc procedere qñ superior non posset adiri, & periculum esset in mora, per id quod dixit sing.Inno. in c.venerabilẽ.de elect.vbi dixit, qđ etiam iuramento licito potest quis contrauenire propria authoritate immi
1 nente necessitate ineuitabili , & sequuntur doctor. ibi.& Bal.in l.nõ dubium.C.de leg.Secundo quòd illa causa pp quam transgrediuntur dicta iura exprimatur ẽm Lud.de Roma.in cons.383.inci.dubitatur 1.in pen.col.alleg.Old. in cons.287.ẽm eum.Nam istis concurrẽtib. possent iura prædicta transgredi,alias non,propter dictum Bal. in au-
2 then.hodie.C.de iud.dicẽtis minores magistratus & potestates terrarum nõ posse trasgredi leges vel statuta pp emergentiam casuum,cum iurent præcise statuta , ideo debent ea tenaciter obseruare, nec ab eorum forma recedere,quod nota,ad excusationem iudicum & assessorum in syndicatu.

IX.

1 *Bannitum notorium ignoranter receptans ratione suæ ignorantiæ non excusatur à pœna.*

MVltæ sunt prouisiones pœnales.in Regno contra receptatores bannitorum, modo tu receptasti aliquẽ
1 notorie bannitũ.Et vocatus ad pœnã soluẽdã excipis de ignorantia dicti banni. Et petis deferre tibi iuramẽtũ ad tuam innocentiam probandam, afferens ignorãtiã posse proprio iuramento probari.Quero abs te nunquid sis audiendus.Tu diceres quòd sic, pp gl. ordinariam.in regula præsumitur.de regul.iur.in 6.& tex.cum ibi alleg.in c. fi.qui matri.accus.poss.In contrarium est veritas, dictum est notab.Bar.in l.omnes.il 2.C.de agricol.& censi. li.11.vbi dicit q̃ receptans ignoranter illum qui notorie est bannitus, non excusatur ratione suæ ignorãtiæ quod not.quia tunc habeo de facto.

X.

1 *Bannitum in ciuitate tolleratum an immune occidere liceat?*

PRecedentib.non incongruè,& illud annectendũ duximus,in regno fuit bannitus,& demũ foriudicatus q̃dam iuuenis , quãpropter impunè poterat interfici.stãte
1 sua foriudicatione,cum fuerit effectus hostis patriæ iuxta constitutionẽ Regni pœnam horum de for bãnitis,& foriudicat.Modo iste iuuenis tic bannitus,& foriudicatus tolleratur in ciuitate.Et antequã sit de banno,& foriudicatione cancellatus,fuit interfectus,quæro abs te,an impunè potuerit interfici ? Quilibet prima facie diceret quod sic,per constitutionẽ prædictã,pœnã horũ.In contrarium est veritas, nam talis tollerantia in ciuitate præstabat ei securitatem,rametsi de bãno nondum fuisset cãcellatus,dictum est singu.Salic.in l. nullus.C.de iud.& sequitur Io.de Ana.in c.licet in 5.col.extra de iudi. dicens hoc esse

hoc esse singulare dictum, & se vidisse seruari Bononiæ. Et not.hoc.quia sæpe occurrit de facto.

XI.

1 *Homicida qui semel habuit gratiam de vno homicidio à se commisso,si obtineat secundam gratiam pro secundo homicidio , gratia non valet quando tacuit de prima.*

SAepe occurrit de facto, q̃ aliquis qui commisit homicidium,obtinet de eo indulgẽtiã à principe.Et posito. quod talis indulgẽtia alias de iure potuerit fieri, quia ex parte concedentis & indulgentis cõcurrant requisita, tũ homicida non expressit indulgentiã sibi factã de alio ho-
1 micidio,ego quæro nunqd indulgentia secundi sibi optuletur in aliquo?Tu diceres quòd sic,nam præsuppositа dicta indulgentia iusta,& ex iustis causis facta, vt qđ sibi debet opitulari.In contrarium est veritas in casu nostro, dictum est Guli.de Cu.in l.3.per illũ tex.C.de epis.audi. vbi dixit,qđ qui semel habuit gratiã de vno homicidio, qđ cõmiserat,deinde obtinuit secundã gratiã p̃ facto homicidio non valuit facta,quia tacuit de prima.Et per hoc dicit Andræ.Sicu.in c.super literis.in 34.col.de resc.se vidisse Bononię decapitari quendã,non obstãte gratia,quã obtinuerat tacito de primo homicidio. Et iõ sis cautus, vt semper in facta indulgentia facias mentionem de alijs habitis,& obtentis,aliter nihil te obtinuisse existimes.

XII.

1 *Priuilegium per contrauentionem perditur,nisi concessum sit ecclesiæ vel pio loco, nam per contrauentionem non perditur,nisi decurrat spatium 40.annorum.*

COmmunis est cõclusio & vulgaris doct. q̃ priuilegiũ
1 per contrauentionem perditur, quia videtur quis illi renuntiare,hoc non habet locum quando tale priuilegium esset concessum ecclesiæ,vel pio loco,nam per contrauentionem non perditur,nisi de currat spatium 40.annorum,dictum est sing,Inno.in c.accedentibus.de priui. quod dictum pro sing.exclamat & sequitur Panor.in ca. pro illorum.extra de præben.

XIII.

1 *Alapam dans officiali debet decapitari, & quid si officialis sit in syndicatu,qua pœna eum percutiens puniatur.*

QVidã prætor qui male se gesserat in prætura,& multos offenderat cum staret in syndicatu,habuit vnã alapam in facie à quodam ciue,ego quæro qua pœna iste percussor venit puniẽdus?Tu diceres qđ pena capitis pp dictũ Bal.in c.1.de pace iuram.firman.in vlib.feud.vbi di
1 xit quòd dãs alapã officiali debet decapitari, pro quo facit,nã potestas q̃ est in sindicatu,ita debet honorari sicut si esset in officio,ita inquit Bal.l.nec quicquã.§. ꝓficisci. in 7.q.principali.ff.de offi.proconsin.contrarium est veritas,nã debet puniri pœna arbitraria,quæ non extenda tur ad mortẽ,per id qđ dicit Bal.in l.Tribunus,in prin.in 2.no.per illum tex.ff.de testi. mili. vbi dicit, quod si statutum dicit,quod quicunque offenderit potestatem punia tur pœna capitis,debet intelligi , de eo qui est in officio, non de eo,cuius officium est finitum,licet sit in ciuitate, & hoc mãda memorię,vt scias adiuuare amicum tuum, quod intellige in officiali qui non habuit manus mũdas, vt per Paridem in tract.syndicatu sub rubr.de offi.syndicatorum in 10.col.secus si mandas , quia tunc capite punitur offendens,vt ibidem per eum.

XIIII.

1 *Mulieres nõ possunt aliquo modo contrahere de iure Longobardo sine Mundualdis , & de quibus contractibus intelligatur?*

SCis qđ dixi tibi supra in quinto singulari , quòd in Regno vt plurimũ viuitur iure Longobardo per mulieres,quę sine mundualdis non possunt modo aliquo contrahere,quæro abs te de quibus contractib.intelligatur?
1 Rñdeo de contractib.damnosis,non de vtilibus per tex. in l.neque.C.de contrah.& cõmit.stipu.quem reputat tenendum menti Bal.ibi ad statuta,q̃ disponunt, quòd contractus mulierũ nõ valeant sine præsentia propinquorũ, nam talia statuta intelliguntur de contractib. damnosis, non de vtilibus,quod not.ad actum practicum.

XV.

1 *Mulier contrahere prohibita an possit hæreditatem sibi delata adire?*

STãte supradicti iuris Longobardi dispositione, vt mulier sine mundualdis nequeat cõtrahere,Nunquid pos
1 sit adire hęreditatẽ sibi delatã si est sine onere absque interuentu mundualdorum?Tu diceres q̃ non, cum possit esse damnosa , sicut dicimus de pupillo , qui non potest adire hæreditatem sibi delatam absque tutoris authoritate,vt in §.neque.in fin.de author.tuto.In contrariũ est, veritas,& q̃ possit adire sine mundualdis,ita Ang.Imo.& Moder.in l.mutum.ff.de acq.hæred.& Raph.Cuma.in l. more.eo.tit. Dicit tũ Paul.de Castr.in d.l.mutum, quod alias habuit istum casum de facto Florentiæ, & quòd ita consuluit , sed non potuit tantum clamare , quòd iudex voluerit pro eo ferre sententiam, quia nesciuit tunc allegare decisionem Angel.Vnde manda memoriæ,& adde ad præcedens.

XVI.

1 *Mulier si contrahere prohibeatur sine consensu mundualdi, an ipse mundualdus possit per procuratore m comparere? & an iste consensus possit per nuntium , vel per epistolam præstari.*

ETiam precedentib.duobus singularib.& illud conuenire vĩ.Citatus est mondualdus ad præstandum consensum requisitũ de iure Longobardo in contractib.mulierum,nũquid possit comparere per procuratorẽ?Tu diceres.q̃ sic per regulã.l.in pecuniarijs.C.de procu.vbi habetur q̃ regulariter quilibet citatus in re ciuili põt per se, vel per procuratorem cõparere. In contrarium est veritas Bal.in l.1.in vlt.col.C.qui admit.& Ang.in l.Titius.ff. quibus modis pign.vel hypothe.solui.Butr.& Imol.in c. cum consuetudinis.de consuet.Panormit.in capitul.cum parati de appe.Lud.Rom.in d.l.1.C.qui admitti.Posset tũ iste consensus præstari per nuntium, vel per epistolã ẽm Bar.in l.filiusfam.ad fi.ff.de donat.& plenius in l.fi.§.necessitatẽ.in vlt.q.& ibi Cy.in 3.col.C.de bon. quę li.Bar. in l.1.C.de decu.li.10.& in l.si quis mihi bona.§.iussum. ff.de acq.hæc.Cy.& Bal.in auth.causa,quę sit cum monacho.C.de epis.& cler.Spec.& Ioan.And.in tit.de acto.§. 1.ver.sed nunquid ter per epistolam,& est gl.in l.cum dotem.§.si patri.& ibi Moder.ff.soiut matr.quod not.

XVII.

1 *Pœnitentia in querela à statuto admissa, an habeat locum in querelis per consanguineos productis?*

GEneraliter in regno solẽt municipia habere priuilegiũ, q̃ in denuntijs,& querelis habeat locũ penitentia, etiã post lit.contest.infra triduum vel saltem ante litis contestationem infra triduum post expositas que-
1 relas,quæro tabs te si cõsanguineus querelauit cõsanguineum,& elapsum est triduũ,nunquid adhuc admittatur pœnitentia?Tu diceres q̃ non, nam vigore dicti priuilegij taxatus est terminus,infra quẽ admittatur pœnitẽtia, ergo ab eo non est recedendum. In contrarium est veritas,& q̃ ipse consanguineus põt non obstante dicto triduo elapso qñcunque facere pœnitentiam, quousq; iudici non sit probatum,dictum est singul.Cyn.in l.1.alias 2. C.de abolitio.qđ not.quia millies practicaui, & obtinui.

ADDITIO.

Vide do.Petrum a Plaza Hispanum,li. 1.c.39. epitomes delictorum.nu.4.in fi. Gabriel Saray.

XVIII.

1 *Doctores omnes ciuitatis,in qua causa est delegata,an possint allegari suspecti?*
2 *Suspicio minor quare iudicem tanquam suspectum repellat, quam testem.*

SAepe accidit de facto, q̃ cũ est delegata cã in aliqua ciuitate,pars altera solet allegare omnes doctores de ciuitate suspectos,ego q̃ro tabs te nunquid possit?Tu dicerес quòd

res quod nõ,quia videtur hoc facere in fraudẽ per id qđ no.Bal.in l hoc modo per illum tex.ff.de cond.& demõ. cõtrarium singulariter tenuit Alber.de Ros.magnus practicus in 2.parte ſtatutorũ.q. centeſima.inc. an autẽ quis poſſit dicere oẽs iudices,&c.vbi dicit,q̃ vidit ſeruari in practica oẽs ſapientes vnius ciuitatis põſſe, vt ſuſpectos recuſari,& hoc tene in practica pp authoritatem Alber. q̃uod dictum corroboro tali fundamento.Nam de facili poterunt inueniri alij iudices,& illa eſt rõ, quare minor
2 †ſuſpitio eſt ſufficiẽs ad repellendum iudicem tanquam ſuſpectum,quam ad repellendum teſtem,gl.eſt in c.cum R.canonicus.in 2.gloſ.de offi.deleg.& gl.& Innocent.in c.inſinuante.in gl.1.de offi.dtleg.& Bal.in c. de cauſis.in 9.col.eod.tit.

XIX.

1 *Teſtium infamium dicto an poſsit reus condemnari?*
2 *Teſtes infames in cauſa criminali,vel ciuili ardua nõ faciũt plenam probationem etiam ſi eſſent plures.*

VOlo tibi dicere vnum de pane,& honore lucrando, in cauſa criminali fuerunt producti plures & plures teſtes infames,& nõ integri,vel in cauſa ciuili ardua,que
1 criminali comparatur,ſquæro an ex dictis teſtib.ſic infamibus poſſit reus condemnari?Tu diceres q̃ ſic,nam numerus vr ſupplere,pp gl.no.in l.3.§.1.in ver.numerus,& ibi magis in ſpecie Iaco.Butr.ff.de teſti. Tene contrariũ.
3 Nam teſtes infames in cauſa criminali,vel ciuili ardua nõ faciunt plenam probationem etiam ſi eſſent plures ſm Bal.in c.ad noſtram, de probatio. per tex. quem ad hoc reputat ſingulariter,in c. licet cauſam.§. quidam vero.in verſ.plurimi.de probatio.Et ſic obtinebis victoriã cum ingenti honore,& gloria.ac lucro.

XX.

1 *Nuntio credendum eſt de actu citationis.*
2 *Nuntio de citatione non creditur ſine iuramento.*

CItatus fuit Nuntiolus quidam ſic vocatus,per quẽdã nuntiũ literatorię deſtinatum,retulit ipſe nuntius ſe citaſſe etiam in præſentia duorum teſtiũ.Nuntiolus non cõparuit, quapp fuit effectus contumax,& vigote dictę eius cõtumaciæ fuit proceſſum ad multos actus contra eum,tanquã contra contumacẽ,cõparet tandẽ ipſe Nuntiolus & petit reuocari o ſa cõtra eum geſta, dicẽs ſe nunquam fuiſſe citatum. Nũtius qui citauit,vel eſt mortuus, vel eſt functus officio ſuo.Iudex dicit,ego habeo relationem nunti per quã apparet citatio facta,& nuntio credẽ
1 dũ eſt †de actu citationis per id qđ habetur in c.cũ parati. de appe.& in conſt.Regni citationis literæ de aſſignat.lit. citato replicat Nuntiolus hoc eſſe verum, qñ nuntius ipſe retuliſſet cum iuramẽto ſe citaſſe,quæritur quid iuris? Dicas quod non †credit ipſi nuntio ſine iuramento,dictũ eſt elegans Ang.in rep.l.ſi vacantia.in 5.col.de bon.vacã. li.10.vbi dicit,quod ſi ex forma ſtatuti debet ſtari ſimplici verbo accuſatoris,vel nuntij,aut denũtiatoris,licet ſtatutum dicat ſimplici dicto, tñ intelligitur quod debeat iurare per l. Theopompus.ff.de dote prælег. quã ad hoc reputat ſingularem.ſequitur do.Alex.in conſi.336.incip. clariſſime domine Vicaeie in 3.col.quod notat, quia ſic poteris deſtruere quicquid factum eſt per iudicẽ,& ideo iacias apponi in relatione iuramentum per prædicta. hoc verum niſi nuntius à principio iuraſſet per not. per gl.in d.c.cum parati.quia tunc ſufficit.

XXI.

1 *Conſanguinei ſi in conſentiendo contractui mulieris diſcordant,quid fiet?*

SVnt vocati duo mundualdi, vt conſentienti cõtractui
1 mulieris diſcordanti in conſentiendo cõtractui,quid fiet?Reſpondeo,iudex ſe interponet & ſupplet.ita Bart. & moder.in l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſolu. matr.Panor.in c.tuæ.de cleri.non reſiden.quod not.

XXII.

1 *Beneficia clerici aſſaſſinium committentis, an ipſo iure vacent,& ab aliis impetrari poſſint.*

VOlo tibi narrare vnũ,quod alias in contingẽtia facti, fecit mihi magnũ honorẽ apud dños de Rota in curia Romana,imo eos adduxit in admirationẽ. Quidam
1 †presbyter de S.Seuerino cõmiſit aſſaſſiniũ, quapropter alius presbyter de conſilio meo impetrauit tibi illius beneficia in vrbe Rom.dñi nolebant ei expedire prouiſionem,dicebant.n.beneficia non vacant ipſo facto, ſed requiritur,q̃ priuetur per ſententiam.Quapropter clientulus meus reſcripſit ad me legentem tunc Salerni ex vrbe, ego dixi verum eſt,q̃ non eſt priuatus ipſe facto per homicidium,ſimplex iuxta originalẽ doctrinã Inno.in c.cũ noſtris de conceſſio.preb.Ex quo doctores dant cautelã, vt ante priuationem renuntiet alicui amico ſuo,ſed in caſu noſtro eramus in aſſaſſinio, qđ eſt delictũ qualificatũ. Quapropter erat priuatus ipſo facto per tex.notab.in c.j. ad fi.de homic.li.6.in ver.ipſo facto,& allegabam ad hoc do.Fel.in c.inquiſitionis.in 1.col.in fi.de accuſa.& dñi ſtatim viſo do.Fel.in d.loco expedierunt clientulum,& hoc mulcum placuit excellentiſſimo domino meo domino Iancolæ de Vicarijs,& patri meo obſeruandiſſim.

XXIII.

1 *Iudices & aduocati vtentes legibus. prout debent, meliorem, viam ducunt quam fratres Prædicatores, & alij religioſi.*

SAepe audiui iſtos fratres Prædicetores,& alios religioſos damnare quodãmodo vitã doctorũ, aduocatorũ, & iudicũ, & dicũt, & p̃dicãt eorũ vitã eſſe periculoſam
1 & damnatã. Sed tu reſponde eis, & dic cũ Hoſtienſe,q̃ recti iudices,& aduocati vtentes legib.prout debent,meliorẽ vitã ducũt quã fratres prædicatores,& alij religioſi, dictũ eſt Hoſt.in procem.Summæ.in 4.col.refert & ſequitur Alber.de Roſa.in l.per diuerſas.C.man.quod dictum commenda memoriæ,vt ſcias reſpõdere iſtis Cucullatis.

XXIIII.

1 *Teſtes examinati ſuper capitulis rei inquiſiti de homicidio,vel de alio delicto deponentes per verbum credo,plene probãt.*

VI inglitus de homicidio, vel de quouis alio delicto, non curo,facio defenſiones meas & articulos, ſuper quib.teſtes mei examinati deponũt per verbum. Credo. q̃ro abs te,an plene probẽt?Tu diceres q̃ nõ, per l.teſtiũ. c.de teſt.gl.& Bar.in l.2.§.idem Labeo.ff. de aqua pluar
1 cen.In contrarium eſt veritas,nam plenẽ probãt,ita ſing. Bar.in conſ.ſuo inc.Rayn.quem ſequitur Ale. in cõſ.76. inci.Viſa inquiſitione formata cõtra Fortunatũ. ad fi. in conſ.109.inci.viſis.& vt oportet conſideratis oĩbus.in 9. col.Vnde ego memor huiuſmodi , ſemp aduerti in actu practico,& obtinui,quare no.etiam tu in practica.

XXV.

1 *Teſtes domeſtici ad defenſionem rei examinari poſſunt, & plene probant,*

Etiã præcedentib.& illud cõuenire vr, ſi ad meã defen
1 ſionẽ in cauſa criminali produco teſtes domeſticos, nunquid plene probent?Tu diceres q̃ non,ſed iudex arbitrabitur quãta ſit eis fides adhibenda.arg.l.3.ver.tu magis ſcire potes.ff.de teſtib. Tene q̃ plene probẽt in mei fauorẽ.dictũ eſt ſingulariter Spe. in tit.de inquiſitio.§.1. ver.ſed nunquid,& ſequitur Io.de Ana.in conſ.59.incip. Viſa inquiſitione formata,& ideo ſis cautus,vt ſemp producas teſtes domeſticos ſi potes , qui promptiores erunt cum veritate tamen ad deponendũ pro te,& de hoc nunquam,ſi ſapis,obliuiſcaris.

XXVI.

1 *Parentela,ſeu certa familia an poſsit inducere conſuetudinẽ, quod extantibus agnatis etiam vlterioris gradus filiæ ſamine quantumcunque proximiores excludantur?*
2 *Conſuetudo contra conſtitutionem in regno Neapolit. induci non poteſt.*
3 *Conſuetudo tanti temporis,cuius initij memoria hominũ non eſt in contrarium,habet vim legis & priuilegij.*

NOs habemus cõſtitutionẽ regni in aliquib. ſub rubr. de ſucceſſio.filio.comitum vel baronum,q̃ extantibus maſculis filia fœmina nõ ſuccedit,ſed debet maritari de paragio,ergo à cõtrario ſenſu maſculis non extantib. bene ſuccedit filia fœmina, & hoc eſt conforme cum diſpoſitione iuris cõis.l.maximũ vitiũ.C.de lib.pter.vt excluſis alijs agnatis vlterioris gradus ipſa ſuccedat.Nunqd
1 †certa parẽtela,ſiue familia poſſit inducere cõſuetudinẽ, q̃ extantib.agnatis ẽt vlterioris gradus filię fęminę quãtumcunq; proximiores excludãtur? Dicas q̃ ſic,inſpecto iure cõi.ſing.eſt deciſio Ioã. And.poſt Vbertũ de Bob.in additio.Spec.in tit.de inſtr.edi.§.cõpẽdioſè.ver.ſed nunqd dicemus.in addi.parua,inci.interpoſuit Vbertus hoc verbum,progenieí.Referunt & ſequuntur Ang. & Imo. in l.3.ff.de tel.& dicũt qđ alibi nõ reperitur.idẽ tenet ibi Comẽ.in vna lectura dicẽs, q̃ eſt ſingulariſſimũ verbũ,& ita ſeruaſ in domo Sanſeuerinia, vt dixit mihi ſemel illuſtris,quondã princeps Bernardinus,& ita etiã ſeruatur in domo Columna , vt retulit mihi ſemel ẽt illuſtriſſimus & Reuerentiſſimus dñs epiſcopus Columna.Nã mortuo illuſtriſſimo quodã dño Marcoantonio Columna ſupſti te ſibi vnica duntaxat filia, ſucceſſit ei illuſtriſſimus Proſper Columna in toto eius ſtatu cum onere tradendi nu ptui illius filiã.Et talis conſuetudo non reprobaẽ,ex quo per eam melius conſeruantur agnationes , & iſta fuit rõ & mẽs dictæ conſtitutionis Regni,in aliquib.l.1.§. pe.ff. de ventre inſpi. Et no.hãc deciſionẽ ſing.vt ſcias reſpondere & conſulere iſtis magnatib.p̃cipuè de hoc te conſulentib. Sed hoc ego putarẽ procedere inſpecto iure cõi, vt dixi,non autem in terminis,dictę conſtitutionis,in aliquib.Moueor ad ſic dicẽdum, nã non poterit induci conſuetudo contra dictã conſtitutionẽ, in aliquib. quæ non extantib.maſculis , vocat filias fœminas ad ſucceſſionem
2 excluſis agnatis,cum in Regno †non poſſit induci cõſuetudo contra conſtitutiones Regni vbi caſus eſſet deciſus per conſtitutiones,vt eſt tex.in procem.conſt.iſt fi.& patet etiã in conſtitutione Regni,puritatẽ.ſub rubrica , de ſacramento præſtando à baiulis & camerarijs.vbi iudex iudicat primo ſm conſtitutiones Regni ſecũdo ſm conſuetudines,tertio ſm iura longobarda.quarto & vltimo ſm ius Romanũ.Et pariter expreſsè videlicet non poſſet induci conſuetudine cõtra cõſtitutiones Regni,'per no. per gl.magnam in verbo,& conſuetudinib.in d.procem. conſtitutionum Regni.Saluarem tñ in vno caſu ſupradi
3 ctam deciſionem ſing. etiam in regno,qñ talis †conſuetudo fuiſſet tanti temporis, cuius initij memoria hominum in contrarium non exiſteret,quare illa haberet vim cõſtitutionis,tituli,legis & priuilegij,vt habeẽ in d.l.hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua pluar.& per tex.& ibi plenius per doct.in cap. ſuper quibuſdam.§.præterea de verb.ſign.quod no.

XXVII.

1 *Bannitus poteſt impunè offendi,& occidi,& an dicta offenſio vel occiſio poſsit fieri extra territorium bannientis?*
2 *Bannum æquiparatur excommunicationi.*

ALlegauimus ſupra in 10.ſing.cõſtitutionẽ Regni, pę nam horum.de forbãnitis & foriudicatis, quòd cum bannitus & foriudicatus ſit effectus hoſtis patriæ,põt impunè offendi.Ego quærotabs te,nunquid iſta offenſio,& occiſio fieri poſſit extra territoriũ bannientis, & foriudi
1 cantis ? Tu diceres quòd ſic, nam ſicut excõicatio afficit excommunicatum exiſtentem in alieno territorio,vt plenẽ per Moder.Papiẽ.in l.ſi.in 2.col.in 11.fallen.ff. de iuriſd.omn.iud.ita bannum afficit Bannitum extra territo
2 rium bannientis & foriudicantis, æquiparando †bãnum excõicationi,vt æquiparat Panorm.in c.cum voluntate. de ſent.excommunic. Tu tene contrarium, q̃ non poſſit impunè offendi.extr.territorium bannientis & foriudicantis.Ita Pet.de Anch. in commẽto c.canonum ſtatuta. de conſt.in 17.char.verſi.3.principaliter.Imol.in clemẽ. paſtoralis.in 4.col.de re iud. & Bal. in repertorio Inn.in ver.excõicatio.in 12.q. Non obſtat illud de excommunicatione,quia illud ideo eſt,nam excommunicatio nõ fit circa corpus vt bannum,ſed circa animam,quæ non circunſcribitur loco.gl.eſt in c.epiſcopum.10.q.2.Inn.& alij in c.fi.de foro cõp.Sed hodie in regno fortè nõ procederet ſupra dicta deciſio,cum per Moderniores pragmaticas proſpectum ſit,vt bannitus ab vno iudice & foriudicatus ſit bannitus & foriudicatus ab oĩbus.Et attenta iſta ratione poſſet dici hunc foriudicatum debere pertimeſcere mortem vbique.vnde not.& manda memoriæ.

XXVIII.

1 *Archidiaconus Eccleſia Cathedralis an præferri debeat generali Vicario epiſcopi?*

NOlo propalare quendam Archidiaconum cuiuſdam cathedralis eccleſiæ,ſed dicam factum tñ, ipſe venerat in tantam audaciam & præſumptionem, vt vellet præferri Generali Vicario Epiſcopi.Cui ego reſpondi , & ſi
1 conſuetudo †etiam extaret,vt præferretur Vicario epiſcopi,illa non valeret,ſm Panormitanum,in conſ.21.incip. viſo dubio,de quo quæritur,quo viſo in frõte ſtatim obmutuit.Quare no.tu qui vis eſſe Vicarius Generalis Epiſcopi,vt ſcias tuam dignitatem defendere contra Archidiaconos temerarios & arrogantes.

XXIX.

1 *Delinquẽs ſi poſt delictum deliciatur clericus, forum ſeculare non euitat,niſi ante delictum religionem vouiſſet.*

1 ctio non reſcinditur prætextu inſtrumẽti de nouo reperti.& idem dicimus in ſnĩa,vt eſt te.de iure canonico in c.inter monaſterium circa finem de re iudi.& de iure ciuili in l.ſub ſpecie.C.de re iu.& in l.imperatoris.ff.e.& per Iaſ.in d.l.ſub prætextu.in 2.col.ego quæro abs te de rõne iſtius deciſionis.Dicas.q̃ duplex ẽ rõ.Prima quia p tranſactionem,& ſnĩam eſt impoſitus finis liti,& iſta rõ vſ poni in d.c.inter monaſterium,vbi dſ q̃ prætextu inſtrumenti de nouo reperti non debent lites inſtaurari,& iſtã rõnẽ reddiderunt Bal.& Saly.in d.l.ſub pẽtxtu,vt ibi refert Iaſon. in prin.Alia & ſecunda rõ eſt,quam aſſignat Bald.in capit.1. ad fin.extra de tranſacti.per illum text. quem ad hoc reputat.no.dignum & mirabilem, quia facta tranſactione bona fide, oĩa inſtrumenta & iura ſunt ipſo iure,caſſa & irrita, & ideo non pũt tranſactionem infringere,& ille text.in d.ca.1.tranſa.eſt melior,qui ſit in iure ẽm Bal.in rubrica extra eo.in 2.col.niſi inſtrumenta illa de nouo reperta fuiſſent ſubtracta per aduerſariũ vt per Bal.etiam in iſto c.1.in vltimis, quia poterunt p̃duci, manda memoriæ.

LXXV.

1 *Citatus ad informandum in cauſa criminali an poſſit comparere procuratorem bene inſtructum.*

2 *Iudex ad hoc vt in criminalibus poſſit citare reum vt perſonaliter compareat,qua concurrere debeant? Et an tũc cauſa in citatione ſit inſerenda.*

IN criminalib.ſolent iudices Regnicolę ſtatim,& in primis citare ad informandũ,quo caſu nõ admittunt p̃curatorem,quantumcunque beneinſtructum, ſed volunt ipſum principalem oĩno,vt ſic comparens perſonaliter coniiciatur in carcerem,& ſic faciant prouentus, quamuis contra illum citatum non appareant iudicia.Ego quæ-

1 ro abs te nunquid iſte ſic citatus, poſſit comparere per procuratorem bene inſtructum,& informatum? Tu diceres quod non,ſed principalis debet comparere ad informandum?vt videat iudex quo vultu, qua trepidatione rñdeat vt eſt vera concluſio Bar.quicquid alibi dixerit in l.qui bona.§.ſi alieno.in vlt.col.ff.de dam.infec.ſequunt Ang.& Pau.de Caſt.& plenius do.Ale.in l.in pecuniarijs.C.de procu.& idẽ Ang.in l.ſi actor.ff.e.Tũ in contrarium eſt veritas in caſu noſtro,in quo nõ ſunt indicia contra principalem.ita no.Bal.& Albe.& do.Ale.& do.

2 Iaſ.in d.l.pecuniarijs.Et ideo concludo q̃ nunquam iudex poſſet citare principalem, vt pſonaliter cõpareat, niſi duob.concurrentib.quod ſint indicia contra eũ,& qd̃ ſit cauſa,in qua poſſit deueniri ad torturam p̃ ſuperius alleg.Vñ cum in regno non in oĩb.cauſis criminalib.poſſit deueniri ad torturam,ſed in illis duntaxat,de quib.habetur in c.regni.inci.tormentis ſub rubrica de tormentis, non poterit iudex citare perſonaliter,& dato quod citet poterit lic citatus cõparere per p̃curatorem bene inſtructum & formatum,niſi ſimus in caſib.in quib.poſſit deueniri ad torturam, & cõtra reum extẽt iudicia ſufficiẽtia,quo caſu iſta cauſa etiam debet inſeri,in citatione, vt concludit Io.And.in c.1.de iudi.li.6.& Bal.in l.1.§.vſus. in fi.ff.de procu.Gui.de Suza.& Cy.in d.l.in pecuniariis, vbi dicunt,quod in caſu in quo põt cogi aliquis vt cõpareat pſonaliter debet inſeri cauſa in citatione,fundamẽtum eſt iſtud,nam indultum à iure beneficium. l.cõparendi per procuratorem nemini eſt auferendum c.1.de de iud.lib.6.niſi ex cauſa iuſta,iſta cauſa debet inſeri in citatione.nec habet obſtare ſi diceret, ſi in citatione dſ quod cõpareat,qa contra eũ extant indicia,vt ſubiiciat, qõnib.ille citatus aufugeret.Ad hoc ego rñdeo,nõ citet iudex verbaliter,ſed realiter,quia poterit ſtantib. contra eum probationibus ſufficientib.procedere ad capturam & hoc manda memoriæ,ſic poteris adiuuare amicũ tuũ, ne fiat contumax,ſi mittit procuratorem bene inſtructum,& informatum cũ ſpeciali mandato ad ſic reſpondendum per prædicta,& hoc quotidie occurrit.

LXXVI.

1 *Suſpicio contra iudicem allegata ſi ſit notoria, an ad arbitros ſit eundum?*

MOdus recuſandi iudicẽ in regno tã ordinarium,q̃ delegatum ponit̃ per c.regni.incip.Item ſi contingat alias principis circunſpecta prouiſio,quod c.nõ eſt, cum alijs c.Regni.ſed eſt inſertus ritus magnæ curiæ Vicariæ,quo c.diſponitur q̃ allegato iudice ſuſpecto, cauſæ ſuſpitio intimatur logotbetæ ma per.& protonotario Regni,& in ciuitatib.& locis Regni epo diœceſano,ſiue

1 eius vicario,qui debent in dicta ſuſpicione p̃cedere p̃ut ibi ſerioſe ponit̃,q̃ro abs teſi ſuſpicio p̃poſita iudici eſt notoria,nunquid debeat ſeruari diſpoſitio dicti.c.Regni,vel ſi ſit notorie friuola,vel notorie falſa? Tu diceres quod ſic,nam illud c.vſ tradere formam,à qua nõ licet diſcere c.cum dilecta.de reſcrip.c.ſine exceptione.12.q. 2.l.diligenter.ff.man.Tene cõtrarium,ita eleganter do. Ab.poſt Io.And.in c.accedens.i.extra vt lite non conteſt. vbi dẽ non eſſe eundum arbitros,quam allegatur notoria ſuſpitio,facit qd̃ no.Lap.alleg.1.dicens non eſſe opus arbitris,qñ allegatur ſuſpicio notorie friuola,vel notorie falſa,q̃ duo ſunt vtilia ad practicam.c.legitima.de appella.in ſexto ẽm Felyn.qui prædicta refert, & ſequitur in d.c.acceden.in 1.in 2.col.verſus finem ibi,inquantum Abb.Et tu nota eſſe vilia ad proacticam d.c.Item ſi contingat

ſingat,alias principis circũſpecta prouiſio.Nam ex quo illud c.Regni, innititur diſpoſitioni iuris canonici,vt ibi dſ logotheta,vel diœceſanus ſuccedit loco arbitrorũ de quibus in d.c.legitima.de quib. habetur ẽt in c.ſuſpicionis.de offi.dele.& in c.ab arbitris eo.titul.lib.6. Quando ergo ſuſpicio eſt notoria iudex ſtatim tenetur illam admittere,& non expectare prouiſionem diœceſani,vel logotheræ,ſiue prothonotarij.Si uero eſt notoriè friuola, vel notorie falſa,& tunc p̃cedat in cauſa ſine alio.& hoc no.ad intellectum dicti capituli Regni.in actu practico.

LXXVII.

1 *Creditor cui,eſt à debitore ſatisfactum in præſentia teſtium an poſſit cogi facere inſtrumentum quietationis debitori?*

DEbebam tibi aliquam pecuniarum quãtitatem, perſolui,tibi illam in præſentia multorum teſtium,velem habere abs te inſtrumentum ſolutionis,& quietatio nis,& ſic probationem paratã,tu denegas,quæro abs te, nunquid benedicas? Tu diceres q̃ ſic,nam tu nõ inficiaris ſolutionem,& dices præterea me habere teſtes ſolutionis. Tene cõtrarium,nã teneris mihi facere inſtrumẽtum ſolutionis, & quietationis,te.eſt quẽ Saly.c.reputat ad hoc ſin.in l.eũ,à quo.C.de ſolu.cui adde Pau.de Caſtr. in conſi.1.imo dico aliud,q̃ ſi fuiſſet redditũ inſtrumentum debiti vel laceratũ,vel inciſum,vt cõiter hodie fit ip ſi debitori,adhuc põt ipſe debitor petere quietationem à creditore,& fidem pecuniæ,dictum eſt Bal.in l.hmõi. §.ſi ita.in fi.ff.de leg.1.allega l.pecuniæ.C.de ſol.& l.dif. ſolute.C.de con.ſine cau.vide Fely.in c.accedens primo in 2.col.extra vt lite conteſtat.vbi multa pulchra congerit ſpectantia ad iſtam materiam,quotidianam.

LXXVIII.

1 *Teſtis partis conſanguineus ſi interrogatus reſponderit parti non attinere,an ob hoc teneatur pœna falſi,& ea vna cũ producente poſſit puniri.*

INtendo tibi commentare regiam nouellam pragmaticam inci.teſtem falſum ſub rubrica de teſti.falſ.non p̃ du.quæ imponit falſos teſtes producenti,& ipſis teſtibus

1 falſis pœnam de qua ibi ego quæro abs te,ſi teſtis p̃ductus in cauſa deponit verè interrogatus an attineat in aliquo parti eum producenti?reſpondet q̃ non reperitur,quod imo eſt conſanguineus partis,quæritur nũquid poſſit habere locum pœna.de qua ibi?Diceres q̃ ſic,nam probatũ eſt teſtem commiſiſſe mendacium.Tene contrarium,& dicas,quod nõ poteſt puniri de falſo criminaliter,ſed bene extra ordinem arbitrio iudicis,ita ſing.dixit ſac.But. in l.Lucius.ff.de infami.refert Bar.in l.ſi ex falſis in 2.lectura.& ibi Iaſ.in 3.col.circa fi.C.de tranſac.Et ſimiliter tenet Ang.in d.l.Lucius.vbi multum commendat & reputat no.dignum,& in conſi.194.quod incipit,viſis proceſſib.in 2.col.& ſic teſtis,qui non dixit falſum in principali,non poterit puniri de falſo in terminis dictæ pragmaticæ neque eum producens,quod notatur.

LXXIX.

1 *Syndicatis inſtrumentum debet continere nomina omnium creantium ſyndicum,alias non valet,maxime in arduis.*

2 *Criminalis cauſa eſt ardua,& in ea procurator non admittitur nec de ea fieri poteſt compromiſſum niſi in certis caſib.*

CIrca Regni cõſtitutionem,quæ incipit generalia iura concedentes ſub rubrica,vt vniuerſitas accuſata, per quam vniuerſitas accuſata ĩ criminalib.& capitalib.põt per procuratorẽ cõparere,p rõnẽ de qua ibi ego q̃ro,ponę q̃ vniuerſitas,ſit tacita cõparet per procuratorem,vel ſyndicum,& in inſtrumento ſyndicatus non ſunt appoſita oĩa nomina creantiũ iſtum ſyndicum,ſed multis, & multis nominatis ſubijcitur in inſtrumento,& oẽs alij q̃

1 faciunt maiorem partem,nunquid ſ talis conſtitutio & creatio talis ſyndicatus valeat & teneat? Dicas q̃ non, ita ſing.nqu t Spec.in tit.de ſyndica.§.1.& Bald.in l.2.ff. de magiſtratibus conueniendis.ratio quia in cauſis arduis debet magis deliberate procedi .refert & ſequitur do.Iaſ.in l.placet.in 3.col.ibi,ad iſta etiã facit.C.de ſacroſanctis eccleſijs.q̃ not.ad dictam conſtitutionem, & nõ

2 dubium quin cauſa criminalis & capitalis ſit nõ ſolum ardua,ſed arduiſſima,q̃ patet,quia in ea non conſtituit̃ procurator.l.penult.§.ad crimen.ff.de publicis iudiciis. de ea non poteſt fieri compromiſſum,vt in l.non diſtinguemus.§.Iulianus.Iuncta glo.in ver.famoſa.ff.de arbitris.in ea non poteſt etiam fieri tranſactor,vt dicit dicta glo.in ver.famoſo.in fi.niſi in caſibus,qui habeatur,in l. tranſigere.C.de tranſact.

LXXX.

1 *Banniendus de proximo an poſſit offendi impune, ſicut iam bannitus.*

VOlo tibi tradere vnam ampliationem ad conſtitutionem Regni pœnam horum deforbãnitis,& foriudicatis de qua ſupra,in 37.ſingul.& ſeptuageſimo primo.ſecimus mentionem, per illam.n. conſtitutionem bannitus & foriudicatus poteſt impunè interfici, pone q̃ nondum eſt foriudicatus,ſed eſt de proximo foriudicandus, puta quia iam inſtat lapſus anni,in quo debet foriudicari,vel iam eſt in totum elapſus,& expectatur ſo

1 la foriudicatio,nũquid poſſit impune offendi ex forma dictæ conſtitutionis? Tu diceres,quod non niſi p̃ceſſerit prius foriudicatio.Tene cõtrariũ.ita notat Pau.de Caſt. in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acquiren.poſſ.vbi not.inquit q̃ de proximo banniendus,licet nondum ſit bannitus põt impune offendi,refert,& ſequit̃ do.Iaſ.in aut.ſi qua mulier in 6.col.C.de ſacroſanct.eccleſiis.nã de proximo foriudicãdus habetur pro foriudicato,q̃ no.in actu practico ad materiã dictæ cõſtitutionis,qa hic caſus poſſet quotidie occurrere in facto,& adde Cæpo.in cõſ.6.in 4.co.in fi.

LXXXI.

1 *Fideiuſſor detentus pro debito principalis, an poſſit antequam ſoluat agere contra principalem.*

QVotidie occurrit iſte caſus de facto.Titius fideiubet pro Sempronio in aliquo inſtrumẽto cum clauſulis ſolis,& cõſuetis,& maximè illa,ſ.de primo & principali cõueniendo in aliqua pecuniarũ quantitate certo tpe ſoluenda.In tẽpore præfixo non ſit ſatisfactio,creditor agit contra Titium fideiuſſorem,qui retinetur in curia de p̃ſona vigore inſtrumenti liquidi & iurati. Titius antequã ſoluat ſic detentus vellet agere cõtra Sempronium prin

1 cipalem quæritur nũquid poſſit. Quilibet diceret q̃ nõ. In contrariũ eſt veritas per illam regulam quæ ſe habet, quod potẽtia propinqua actui habetur pro actu,vt not. Bal.in l.pen ff.de teſt.mili.& in caſu propoſito. ita in ſpecie decidit idem Bal.in l.ſi pro ea.in 6.q.C.manda.vbi dicit,quod ſicut fideiuſſor condemnatus poteſt agere contra principalem debitorem,ita quando euidenter apparet.quod de breui eſt condemnandus,quod not.& facit ad id quod diximus in præcedenti ſingulari.

LXXXII.

1 *Procurator in cauſa criminali interuenire non poteſt,hoc tamen non habet locum in vno articulo ad media cauſæ.*

CLara eſt illa concluſio & vulgata in iure tam canoni quam ciuili,quę ſe habet,quod in cauſa criminali,non poteſt inuenire procurator.l.penult.§.ad crimen. ff.de publi.iud.c.veniens.extra de accuſati.Sed hoc non habet locum in vno articulo ad media cauſæ,puta ad videndum iurare teſtẽ, item ad iurandum de calumnia,vt refert & ſequitur ac exemplificat do.Fely.in ca.memini mus.in 4.& 5.col.extra de accu.ſed in regno non etiam ad vnum articulum ad media cauſæ ritus eſt ſing.magnę curiæ.Vicariæ incip.Item quod in cauſis criminalib. mãda memoriæ in practica, tam quando eris aduocatus, quam quando eris iudex.

ADDITIO.

Idem tradit Guido.Papæ,deciſio.Gratio nop.338. aliquis. vbi etiam ponitan procurator admittatur ad opponendam declinatoriam fori,vel dilatoriam cauſæ,& an ad allegandum cauſas abſentiæ,& an tunc iurare debeat de calumnia,& an ad eas cauſas probandas admittatur, & an

procurator

procurator,interuenire possit in causa criminali pro qua veniat imponẽda pœna pecuniaria?Et an procurator generalis sine speciali mandato possit in causa criminali interuenire. Et an in causa in qua qui non potest soluere,in ære,luit in corpore,admittatur tradit Pe.Gera.in.63.nu. 2.vbi dicit eum non admitti in criminalibus, licet in eo duæ qualitates concurrant ꝙ sit procurator, & cõiuncta persona,vt in prin.& vide Amanel.in.2co.nu.1.qui dicit,quod procurator in causa criminali principali non admittitur,secus in appellatione.Gabriel Sarayna.

LXXXIII.

1 *Arbitri sententia lata contra ius litigatoris an valeat.*

SVprà in 38.54.& 65.& 70.singulari meminimus regiæ nouellæ pragmaticæ,odia litium, per quã arbritri inter consanguineos & affines procedunt de iure,& de facto in procedendo,& de iure tm in sniando.Pone ꝙ arbi-
1 tri dixerunt sniam contra ius litigatoris,nunqd valeat? Tene ꝙ non,dictum est solenne Bal. in l.diem proferre. §.stari.ff.de arbi.quia excesserũt formam cõpromissi,& dictæ regiæ pragmaticæ,quæ voluit,vt sententiarent de iure contra.l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbi.& de hoc Bar.exclamat.Cũ ergo de iure cõi,& ex dicta pragmatica sit,ꝙ arbitri non pronuntient iniustè d. §. stari. cum gl.patet,ꝙ expressio eius,ꝙ inerat inducit formam licet hoc dictũ Bart.multipliciter impugnetur à multis, quos refert do.Fely.in c.causam q̃.in 4 col.ibi obstat forte extra de re iudi.vbi inter alios Alle.Raph. in l. 1.C. de arbi.dicẽtẽ ꝙ in scholis tenuit contra Bar.quia expsio eorum,q̃ insunt nihil operãt.l.non rectè.C.de fideiu. Tñ idem do.Fely.in d.c.sequendo Bar.& rndendo motivis ẽtra eum factis adducit Raph.in pallega.l.1.finaliter dicentẽ,ꝙ obtinere in practica cõtra Bar. esset difficile, attẽto,ꝙ Ang.eum sequit in d.l.1.Quare tene cum Bar. quod talis sententia non valeat,neque teneat,quod not. ad materiam dictæ pragmaticæ,quia quotidie occurrit.

LXXXIIII.

1 *Citatio partium ad audiendum sententiam, an requiratur quando arbitri pronuntiant vltima die compromissis,intãtum,vt eius omissio sententiam vitiet.*

HIc non incongrue & illud annectẽdum ducimus ad materiam pragmaticæ,de qua in præcedenti sing.in illa.n.pragmatica inter alia habetur,ꝙ arbitri debẽt causam ipsam infra duos menses perferentiam terminare,& hoc q̃ sunt concordes,si uero non debent vltima die vel prius elegisse tertium,qui cum dictis arbitris infra men-
1 sem causam expediat,quero abs te,1 si dictis arbitris pronuntiant vltima die dictorum mensium,nunquid requiratur citatio intantum vt ea omissa reddatur snia nulla? Tu diceres,ꝙ sic per gl.1.in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi.proconsul.imo fortius si iudex feciſſet citari partem ad audiendum sniam,& antequam nuntius faceret relationem,ferret sententiam,esset nulla,ẽm Bart. in l.hæc autem.§.1.cum multis concor.ff.ex quib cau.in poss.ea.In contrarium est veritas in casu proposito.Nam non requiritur citatio partis,q̃ arbitri pronuntiant vltimo die dictorum mensium,dictum est ling.Bal.in auth. ei qui.C.de temp.appel.& in c.1.in ti.quo temp.mil.refert & sequitur do.Ias.in d.§.vbi decretũ.in 6.col.vers.fi. in tertio principaliter limita,ꝙ no.ad dictã pragmaticã, quia alias habuit in facto,& fecit hoc seruari ab arbitris.

LXXXV.

1 *Vindicta marito competẽs contra vxorem adulteram,an possit alteri cedi.*

PEr constitutionẽ Regni,si maritus,sub rubrica de pœna vxoris in adulterio deprehensæ,permissa est vindicta ipsi marito,vt in ipso actu deprehensionis interficiat vxorem & adulterum,qualiscũque sit adulter, & in quouis loco deprehẽdat adulter,licet aliud videatur inducere ius ciuile Romanorum,vt ꝓsequitur ibi glo. vni. in ver.maritus,vbi ponit,quantum differt circa istã materiam ius ciuile Romanorũ ab illa cõstitutione, quero

1 abs te tin terminis dictæ cõstitutionis,nunquid talis vindicta possit alteri cedi per ipsum maritum? Tu diceres ꝙ sic,per regulam illam, quæ se habet, quod potest facere quis per aliũ ꝙ pot per seipsum,regula pot de reg.iur.in 6.Tene contrariũ,ita notabiliter vult Bal.in c.fi.in 2.col. versus finẽ ibi,nam si quis pot sua authoritate vindicare extra de iuramen.calum.vbi dixit,ꝙ si aliquis ex forma statuti pot se ꝓpria authoritate vindicare,quamuis possit secum adhibere socios,& cõplices sine quib.non posset verisimiliter tute peragere tale factũ,quia cũ cõcedi tur aliquid vt etiam cõcedi cum familiarib.& amicis,sine quib.id esse non pot,vt est tex.no.in l.si stipulatus fuero te non fieri.ff.de verb.obl.nihilominus talis facultas vindicari ñ pot alteri cedi.gl.est solẽnis.in l. cũ fundũ.ff. de vi,& vi arma.ẽm Bal.in palle.loco,& do.Ias.dẽ in l. 2. in j.co.1 fi.ff.de iurisd.om.iud.& illa gl.ẽ reputata fin.no.& mãda memoriæ ad intellectũ dictæ cõstitutionis regni.

LXXXVI.

1 *Clericus debitor & suspectus de fuga, an possit capi mandato iudicis secularis?*

HAbebam clericum debitorem meum,qui erat suspectus de fuga, cũ debuissem accedere ad iudicem ecclesiasticum,qui tunc tpis erat in ista ciuitate, vt ius authoritate caperẽ dictus clericus debitor,accessi,ad iudi
1 cem secularẽ,cuius authoritate captus est,q̃ro abs te1 nũquid bene fecerim? Tu diceres,ꝙ sic,nã clericũ debitorẽ suspectum de fuga pot capere iudex secularis,& valet captura,quia periculum erat in mora,imo egomet creditor secularis ꝓpria authoritate potuissem illũ capere,vt concludit Ab.in c.cũ non ab hoẽ.in 3.& 4.col.de iud.& ante eũ Bal.ibidẽ,in 3.co.licet ipse non refert,& idẽ Bal. in c.dilectis.in 5.col.de app.In contrariũ est veritas in casu proposito,in quo quãuis esset periculum in mora, tñ poterat capi.& detineri per iudicem ecclesiasticũ,& nõ debui eum capi facere per iudicem secularem,qui in casu periculi tñ,& in defectum iudicis competẽtis hoc posset,imo quia sciens feci eum capi per iudicem secularẽ, & incompetentem,debeo in pœnam amittere ius credi ti mei,ita sing.tenet Bal.in c.causam matrimonij.in fi.ibi extra not.de offi.deleg.alleg.hoc voluisse Cyn.in l.fi. fœnerator.ff.quod met.cau.quod no.in actu practico, quia sæpe solet accidere.

LXXXVII.

1 *Compromissum si fiat in duos arbitros, quorum alter sit clericus,& petatur postea laudum latum reduci ad arbitrium boni viri,quis debeat esse huius clamationis iudex an secularis,vel ecclesiasticus?*

SAepe contingit in patria mea compromitti in me solum,vel in me & alium,qui est secularis aliquam causam,vel ex compromisso necessario inter coniunctos ex forma regiæ pragmaticæ,de quo totiens in præcedentibus singularibus fecimus mentionem,vel ex compromisso voluntario,non curo,petitur reduci laudũ nostrũ ad arbitrium boni viri,vel alias ab illo reclamatur iuxta regiam nouellam pragmaticam incip.Et si aliqua partium sub rubrica de reclamatione laudi siue sententię arbitro
1 rũ,ego quæro abs te,quis erit iste iudex reclamationis? dicas,ꝙ erit iudex ecclesiasticus meus ex quo ego sum clericus,& non iudex secularis secundum Bal.& Saly.in l.præcipimus.C.de appe.& late Pet.de Anc.in sua disputatione inci.cum C.laicus.in 2.dub.Lud.Roma.in consi: 265.inci.in casu proposito aduertendũ,& tenet Bald.expresse in rubrica de appella.ext. in 2.col.ꝙ si iudex ecclesiasticus & secularis simul iudicarunt in certa causa, appellari debet ad superiorem iudicis ecclesiastici tanquã digniorem.alleg.d.l.præcipimus.in penul.respon.arg.ff. quemadmodum seruia.mitt.l.si communem. ꝙ not.in practica ad intellectum maxime dictæ regiæ.

LXXXVIII.

1 *Feudatarius cessans in solutione annuæ pensionis per trien-*
nium

nium an feudo priuari debeat.

HAbebã feudum à Titio,pro quo soluebam ei annuã pensionem aureorum 110.destiti per biẽniũ vel triẽ-
1 nium à solutione,nunquid possim propterea feudo priuari? Tu diceres ꝙ nõ per id,ꝙ tenet Bal.in c.duob. in 4. col.extra de re iudic.vbi dẽ,ꝙ si feudatarius nõ soluit pẽsionem per biennium non pot priuari feudo,ꝙ in vsibus feudorũ non est hoc expressum.& ideo dicit ibi,tene mẽti,quia sæpe fui interrogatus.Tene contrarium,& inquãtum dicit,ꝙ non est expressum hoc in vsibus feud.imo expressum est in c.1.in versi.sed nec est alia iustior causa tit.quæ sit prima cau.benefic.amit.cui tex.non respondet Apollo,vt attestatur ipse idem Bal.in c.quæ in ecclesiarum.in 4.col.in princ.de constitu.alleg.singu. dictum Inn.in cap.ad apostolicæ.de re iudic.in 6. pro quo dicto Bal.in 4.col.in princ.alleg.tex.vnicum in prælleg.ca. 1. versi.sed nec est alias iustior causa.

LXXXIX.

1 *Delegatus à superiore ad vnam causam specialiter, si decedat,an ordinarius possit illam causam in se assumere, & de ea cognoscere?*

2 *Causa semel commissa in Curia Romana,nõ exibit de Curia nisi Papa deleget,vel remittat ad ordinarium.*

IN materia delegationis volo tibi adducere vnam pulchram decisionem.Prætor huius terræ cognoscit de oĩ bus causis iure ordinario,ex istis causis Baro committit aliquã specialiter alicui iudici delegato,procedit iste delegatus in causa,& antequam eam expediat,ab hac. vita
1 decedit,quæro abs te1 nũquid possit de hac causa cognoscere,& se in ea modo aliquo intromittere? Tu diceres, ꝙ sic,quia à principio poterat iure ordinario,si causa illa à principio non fuisset iudici delegato commissa, & citores reuertitur ad naturam suam.Prꝫterea cessante illo iudice debet cessare illa cognitio.arg.c.cum cessante.de appellatio.& c.cum infirmitas.de pœniten.& remiſ.Prætera cognitio illius causæ remanſit in habitu penes ipsum prætorem,& fuit transfusa actu in illum iudicẽ,quo cessante,ille habitus est tantæ potentiæ,vt reducat ad actũ. argu.eorum quæ in simili dẽ Abb.in c.nouit de iudi. Tene contrarium,nam per mortem delegati non poterit ꝓ tor amplius in se illam causam assumere,& de ea cognoscere,sed solus Baro,quia semel delegãdo dẽ traxisse causam ad se,& exemisse à prætore.ita sing.Bal.in l.si vt proponis.in penul.col.post Arc.per eum alleg.C. quomodo
2 & quando iudex.vbi infert,ꝙ causa semel commissa in Curia Romana,nõ exibit de Curia,nisi Papa deleget,vel remittat ad ordinarium.& idem tenet Saly.ibi.idem tenet Imo.in l.si expressim.ff.de appel.Pet.de Anch.in consil.56.incip.circunscriptis literis Cancellariæ.refert & sequitur dominus Iason in lege,more maiorum.in 18.co. versus finem.quod dicit esse notandum perpetuo.ff. de iurisdi.omn.iudi.

XC.

1 *Filiæ fœminæ ab intestato succedere prohibitæ, an succedere possint,si pater fecerit testamẽtum,in quo dixerit, instituo filios meos hæredes vniuersales,& particulares?*

NOta vnum pulchrum dictum ad materiam constitutionis Regni,in aliquib.tit.de succe.filior.Comi. vel Baro.de qua sæpe in superiorib.sing.fecimus mentionẽ, habes.n.per illam,ꝙ extantib.masculis filiæ fœminæ nõ succedant,sed maritentur de paragio,& illa constitutio loquitur patre duntaxat ab intestato decedẽte,secus si ex testamento.Nam ex testamẽto posset tam masculos, quã fœminas instituere,ẽm oẽs ibi modo stante dicta Regni constitutione,testator,qui habebat filios masculos & feminas,fecit sibi testamentum,& in eo sic dixit,Ego instituo filios meos hæredes vniuersales,& particulares &c. quæro nunquid filiæ fœminæ excludantur? Tu diceres, ꝙ non,nã illa constitutio,vt dictũ est,non loquitur, nisi q̃ pater decedit ab intestato,sed hic decessit ex testamẽto,& instituit filios,& appellatione filiorum veniũt tam masculi,q̃ fœminæ.l.si ita scriptum.ff.de lega. 2. & l.si qs ita.ff.de testa.tutel.& maximè quia istæ fœminæ habent concursum iuris cõis,vt in l.maximum vitium.C.de libe. præte.Tene contrarium,& dic,ꝙ non intelliguntur in-
1 stitutæ ipsæ filiæ fœminæ,1 sed tm masculi,quia in dubio testator,vt testari ẽm ius constitutionis.ita tenet Pet. de Anch.post Bal.in l.tres fratres.ff.de pact.Sequitur simpliciter do.Alex.in l.Gallus.§.1.ad fi.ff.de libe.& posthu.& in consi.127.incip.viso testamento dicti Io. idem tenet Paul.de Cast.in consi.79.incip.casus ille frequenter contigit.in 2.col.refert & sequitur do.Iaso.in l.si quis id qd in 4.col.in fi.ff.de iurisdictione omnium iudicum. quod no.in actu practico,& manda memoriæ ad intellectum dictæ constitutionis,in aliquibus.

XCI.

1 *Rustici an excusentur,à præsumpta fraude vsurarũ,in cõtrahẽdo,vel etiam in vendendo,vel emendo merces ante tps.*

QVotidie fiunt contractus per istos rusticos,qui licet veri vsurarij non appareant,habent tñ in se præsumptam fraudem vsurarum,& de eis quotidie impetuntur per iudices submittentes accusatores,vt sic extinguãtur dorem sitis,quem habent ad bona eorundem rusticorũ, cum contra illos sit prodita pena publicationis oĩm bonorum per constitutionem regni,vsurariorum.sub rub. devsurarijs puniendis,alias est,de eodem.quæro abs te, quia vt dixi,isti cõtractus non apparent vere vsurarij,sed hñt aliquam ꝑsumptam fraudem vsurarũ,puta,quia est facta vẽditio,fundi cũ pacto de retrouendendo,& interuenit modicitas pretij,quo casu præsumitur fœneratitius contractus iuxta materiam c.ad nostrã.de emptio,& vẽditio.& in c.illo vos.de pignor Nunquid isti rustici excu
1 santur1 ab ista præsumpta fraude vsurarum,& eodẽ modo in vendendis,vel emendis mercib.ante tempus iuxta materiã c.in ciuitate.cum aliis similib.extra de vsur? Dicas,ꝙ excusantur ab ista præsumpta fraude vsurarum ꝓpter ignorantiam iuris.gl.est in l.cum allegas.& ibi Bal. in 4.opposit.C.de vsu.per quã gl.,infert ibi vtiliter Fulgos.ꝙ si rusticus emat fundum cum pacto de retrouẽdẽ do.non censebitur contractus vsurarius,quod valde no. pro limitatione eorum,quæ habẽtur in d.c. ad nostram. & in d.c.illo vos,& tu nota ad materiam dictæ constitutionis,vsurariorum.in contingentia facti.

XCII.

1 *Condemnatus pecuniariter an possit personaliter detineri?*

2 *Pœna pecuniaria si veniat tantum imponenda,reus non est à iudice carcerandus,si velit idoneè satisdare, alias iudex tenetur in syndicatu actione iniuriarum.*

HAbeo nunc in facto illum casum,Titius fuit cõdemnatus iniuriarum ad certam pecuniæ quantitatem, & ꝑsupposito,ꝙ talis sententia valeat, quæro an poterit
1 detineri1 personaliter,maximè in Regno,attento, quia iple sic condemnatus,detinetur ꝑsonaliter? Dicas ꝙ non pot detineri,& iudex eum detinẽs tenetur in syndicatu, per querelam tñ iniuriarum,per l.si vero.§. qui pro rei. ibi,nota.est sine iniuria.ff.qui satisda.cogan.ẽm Ange.& Fulgo. ibi,& Bar.& Ange.in l.1.ff.si quis in ius vocatus non ierit. & Bar.& doctores in d.§.qui ꝓ rei.contra iudices q̃ tenent aliquẽ in carcerib.qui vult satisfacere idoneè.
2 Nam teneturt in syndicatu pro iniuria,& in causis criminalib.vbi pœna pecuniaria venit imponenda.l.1.2.& 3. ff.de custodia reorum.Imo dico,ꝙ in Regno,ex quo ipse possidet,& venit imponenda pena pecuniaria,non potest capi personaliter.sing.est decisio in Regno,in c. statutimus.sub rubrica,vt nullus officialis capiat aliquem de persona,& hoc intellige,quãdo vellet idoneè cauere, vt ibi,& in casu nostro fuit oblata fideiussio,& non admissa,igitur &c.Not.pro tẽpore syndicatus contra iudicem.

XCIII.

1 *Confessus extraiudicialiter delictum,si postea in tormẽtis iterum confiteatur,sed ad banchum confessionem non ratificet,an possit ex tali confessione damnari.*

Volo

VOlo tibi adducere vnum pulchrum in materia torturæ. Aliquis extra iudicialiter confessus est se interfeciſſe Titium, vocat⁹ ad iudiciũ ſubijcitur qõnib.qm̃ illa extraiudicialis confeſſio facit iudicium ſufficiens ad torturam.gl.in l.ictus fuſtium.ff.de his.qui notã.infam.& in l.capite 5.& ibi Bar.ff.de adult.Bar.in l.fi.ff.de qõ.cum ſimi.Confitetur in tormentis,tamen non ratificat ad banchum iuris,nunquid talis confeſſio ſufficiat ad condemnandum? Tu diceres q̃ non, per l.1.§.ſi quis vltro.cum ſimilib.ff.de qõnibus. In cõtrarium eſt veritas.gl.eſt ſingu.
a in d.l.capite 5.in verb.accuſatoris.dicens ſing.q̃ confeſſio extraiudicialis facit,q̃ confeſſio poſtea facta in tormentis,abſque alia ratificatione ſufficiat ad condemnandum. Refert & ſequitur do.Iaſ.in l.magiſtratib.in 2.col. in prin.ff.de iurisd.oĩm iud.quod no.pro iudice torquẽte,& condemnante,quando impetretur in ſyndicatu.

ADDITIO.

a Gl.eſt ſingularis.Hanc gl.limita,niſi reuocaſſet illam extraiudicialem confeſſionem,ſm Bal.ſingulariter,in l.vnica.col.fi.verſi.item dicit Inn.C.de confeſ.refert & ſequitur Panor.in c.olim.2.& ibi in apoſtil.ad ipſum in verſi. ſubijcit torturæ nu.9.& ibi Felyn.col.2.verſi.2.niſi reuocet.extra de reſcript.

XCIIII.

1 *Confeſſio extraiudicialis de crimine, an poſſit reuocari abſque eo,q̃ doceatur de errore,ad hoc, vt tortura euitetur?*

IN caſu propoſito in præcedenti ſingulari, ſubijcio aliã
1 qõnem ad materiam torturæ,nũquid illa extraiudicialis confeſſio poſſit reuocari ſine eo,q̃ doceatur de errore,vel ſi fuit facta coram iudice incompetenti? Dicas,q̃ ſic.ita ſing.Bal.in l.1.in pen.col.C.de confeſ.vbi dicit, ſit cautus aduocatus,quod faciat illum reuocare talem confeſſionem,quam poteſt reuocare etiam non docto aliter de errore,cum ſit confeſſio nudi facti,iuxta l.error.cum materia.C.de iuris & facti ignoran.refert & ſequitur D. Iaſ.in l.magiſtratibus. in 2.col.ff.de iuriſd.omni.iud.vbi dicit,nota perpetuo,quia ita poſſes euadere amicũ a tortura.& facit,ad id,quod diximus ſuprà in primo ſingu.& hoc manda memoriæ perpetuo.

XCV.

1 *Reconuentio an habeat locum coram arbitris neceſſarijs.*

EX quo per regiam nouellam pragmaticam, odia litium,coguntur affines,& conſanguinei cauſas adinuicem vertentes compromittere in duos cõiunctos,vel
1 communes amicos,quæro abs te,nunquid coram † iſtis arbitris ſic per partes electis habeat locum reconuentio? Tu diceres q̃ ſic,nam q̃n fit compromiſſum ex neceſſitate ſtatuti,coguntur affines compromittere,vt per Bar.in l.fi.C.de iudi.& in proœ.C.& in l.ſi quis maior.C.de tranſactio & coram eis habet locum reconuentio.& eſt noua & peregrina limitatio ad c.cum dilectus.de arbit.,put eam no.ibi do.Abb.in 3.col.in princ.ibi,ſed quæro nunquid iſte textus.fundamentum eſt iſtud,quia iſti arbitri dicuntur arbitri iuris,coram quib.habet locum reconuẽtio,vt per Abb.ibi ponentem duo exempla reconuentionis.In cõtrarium eſt veritas,nam licet hoc caſu partes cogantur compromittere ex forma dictæ pragmaticæ, tamẽ cũ poſtea in eligendo illos arbitros coniunctos,vel communes amicos interueniat conſenſus vtriuſque partis,imputari debet reo,ſi non adiecit in compromiſſo facultatem reconueniendi.ita eleganter concludit do. Iaſ: in l.eſt receptum.in pen.col.in fi.ff.de iuriſd.omn.iudic. quod no.tamẽ ad intellectũ dictæ pragmaticæ,quia quotidie occurrit.

XCVI.

1 *Teſti ad teſtificandum citato;& contumaci,an poſſit imponi pœna confiſcationis bonorum?*

EST citatus aliquis teſtis ad perhibendum teſtimoniũ, veritatis,eſt contumax,& non vult comparere,nũqd
1 †pp hmõi contumaciam poſſit iudex imponere illi pœnam confiſcationis bonorum? Dicas q̃ ſic.dictum eſt ſingul.Bald.in c.2.per illum tex.de teſti.cog.quod ibi Bald. reputat not.dignum.

XCVII.

1 *Socius interfecti an poſſit teſtificari contra interfectorem?*

QVotidie põt iſte caſus de facto occurrere,Titi⁹ & Sẽpronius ambulant in ſimul per quoddam iter,fuit in
1 ſultatus dictus Sempronius, & interfectus per quendam adducitur in teſtem dictus Titius,quæro an poſſit teſtificari contra homicidam pro eo,qui fuit interfectus? Dicas q̃ non,quia ẽt ſibi iniuria facta vĩ,vt no.gl. ſing.in l. item apud Labeonem.§.tenetur.ff.de iniu.& ideo nõ debet ſibi credi tanquam in cauſa ſua propria.ita conſuluit Barth.Veronenſ.in conſi.32.inc.in Chriſti nomine, qui dam ruſtici Vicentini.in 3.col vbi refert ita cõſuluiſſe ſingu.excellentiſſimum Doctorem do.Argentinum. filium Raynerij.de Forliuio,qui dicit,quod ita vidit ſeruari de facto.quod not.quia ſæpe occurrit.

XCVIII.

1 *Tortura an eſidat plenã probationem delicti,ſi reo data fuerit ſine vlla proteſtatione,& is fuerit conſtans?*

DE facto ẽt ſolet ſæpe contingere, Inquiritur Titius de homicidio q̃ eſt plenè probatum,ponitur ad tortu
ram,non obſtante hmõi plena probatione,nulla proteſtatione facta per iudicem,q̃ nõ torquet eum ſuper q̃batis,vel vt non poſſit appellari à ſnĩa condemnatoria, à qua alias potuiſſet appellare.l.non tm̃.ff.de appel.non recip.& in l.1.in fi.C.de iuramen.calu.perſeuerat,eſtq; cõ-
1 ſtans in tormentis,quæro an illa plena † probatio elidat per torturam. Dicas q̃ ſic.ita in indiuiduo tenuit Albe.de Roſa.in l.edictũ.ff.de qõ.ita ẽt vult Ang.de Aret.optim⁹ practicus in tractat.ſuo maleficiorum,in ver.comparẽt dicti inquiſiti,negauerunt totum.refert,& ſequitur conſulendo Barthol.Veronen.in conſi.ſuo 32.incip.In Chriſti nomine,quidam ruſtici Vicentini. in 4.col. vbi dicit, quod ita vidit ſeruari alias Veronæ,quod not.

XCIX.

1 *Torqueri qui non poſſunt,terreri tamen poſſunt.*

IN regno ſpeciales & certi caſus ſunt,in quib.habet locũ tortura,de quib.habes c.Regni incipien.tormentis.ſub
1 rubrica,de tormentis.quæro abs te,†nunquid extra illos caſus poſſit iudex terrere inq̃ſitos, ſi nõ torquere? Dicas, q̃ ſic,quia vultus iudicis in talib.debet apparere terribilis,vt in auth.de manda.princ.§.talem vero ſecundũ Bal. qui ita no.dixit in l.obſeruare.ante fi.1.col.C.quorũ appe.non recip.refert & ſequitur conſulendo Bartholo.Veronen.in conſi.ſuo 40.in 9.col.in princ.quod nota ad excuſationem iudicum,& aſſeſſorum terrentium in ſyndicatu impetitorum,qui terruerunt extra caſus dicti c.Regni.& ad intellectum c.eiuſdem.

C.

1 *Falſos teſtes,vel plures ſcripturas falſas in cauſa producens, an plures,quam ſemel ſit de falſo puniendus?*

PRo complemento iſtius tractatus,quia Deo authore hoc centeſimo ſingula.abſoluetur. Ego quero abs te, ecce q̃ nos habemus regiam nouellam pragmaticam in
cip.teſtem falſum.ſub rubrica de falſis teſtib.non produ
1 cendis,&c.pone q̃ aliquis† produxit in cauſa plures teſtes falſos vel plures ſcripturas falſas,nũquid plures quam ſemel ſit condemnandus de falſo? Dicas quod non, ſed qd̃ ſemel tm̃,& vna pœna,debet puniri.arg.l.ſi falſos.C.de falſis.& hoc videtur dicere Bal.in l.quicunque.C.de ſeruis fugi.in quæſtione,quæ incip.idem facit ad quæſtionem. & eſt de mente Bar.in l.inficiando.§ infans.ff.de fur.refert & ſequitur conſulendo Bart.Veronen.in conſil. ſuo 78.inci.in Chriſti nomine &c.Viſa inquiſitione formata contra Paulum.in 2.co.quod no.& manda memoriæ ad intellectum dictæ regiæ pragmaticæ.

Finis tractatus ſingularium domini
Ioannis de Arnono.

SINGVLARIA
D. IOANNIS ANTONII TRIGONA
Siculi Placienſis, vtriuſque cenſuræ Doctoris conſummatiſsimi: Nunc primum additionibus illuſtrata.

I.

1 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem, quam adierit non confecto inuentario,an in ipſius reſtitutione poſsit deduce re ſibi debitum ex alio contractu?*
2 *Fideicommiſſum vniuerſale non poteſt vires hæreditarias ſuperare.*
3 *Hæres an hodie tenetur creditoribus,fideicommiſſarijs & legatarijs particularibus ſupra vires hæreditarias? Et quid de fixeicommiſſo vniuerſali?nu.4.*
5 *Intellectus ad l.fi.§, in computatione.C.de iur.delib.*

1 HAERES grauatus reſtituere hereditatẽ, quam adiuit non confecto inuentario.ſi vellet in reſtitutione ipſius deducere quod ſibi debebatur à defuncto ex alio contractu,nunquid hoc facere poſsit? videtur dicendum, quod non per tex.in l.fi.§.in computatione. C.de iur.delibe.inducendo illum à contratio ſenſu,dum ibi dicitur,quod hæres qui nõ confecit inuentarium,hodie tenetur ad legata,& fideicõmiſſa in ſolidum. Contrarium determinauit ſingulariter Bal.in l.debitori.in fi.col.in ver.extra oppo.C.de pact.videlicet,quod in reſtitutione iſtius fideicommiſsi hæres poſsit retinere ſibi debitum.Idem & latius voluit Pau.de Caſt. in l.ita tamẽ.§.ſi ex Trebelliano.ff.ad Treb. Vbi dixit hoc tenendum menti,quia millies in facto euenit,licet ibi ẽt dicat,quod non inuenit Doctorem hoc tangentem.Et rõ
a aſsignatur,†quia hic ſumus in reſtitutione fideicommiſsi vniuerſalis,quod non poteſt tranſcendere vires hereditatis,quia non fit niſi de eo,quod eſt in hæreditate.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupi.& illud dicitur eſſe,quod ſupereſt deducto gre alieno.l.ſubſignatũ.§.j.ff.de verb.ſig. & hoc diſpoſitum erat de iure antiquo,quia hæres grauat⁹ fideicõmiſſo,deducebat quod ſibi debebatur.l.ſi debitor. ff.ad leg.Fal.& cum nihil ſit immutatum,remanet etiam incorrectum.l.ſancimus.C.de teſta.l.præcipimus.C.de ap
3 pel.Præterea conſiderandum eſt,quod hæres hodie tenetur creditoribus,fideicommiſſarijs,& legatarijs particularibus,vltra vires hæreditatis,quia præſumptio iuris & de iure eſt,quod bona ſufficiant,& quod hæres illa occultauerit.vnde ſolum admittitur probatio in contrarium per cõfeſsionem partis aduerſæ,vt voluit Bal.in l.filium quẽ habentem.C.fami.erciſ.col.pe.& Pau.de Caſt.in l.in ratione §.quod vulgo.col.ſi.ff.ad leg.Falcid.Ale.in l.ſi.§.& ſi præfatam.co.1.C.de iur.delib.Cæp.in cau.22.cum ſeq.refert & ſequitur Iaſ.in d.§.& ſi præfatam in 2.col.ver.limſta.& Soci.in d.l.debitori.Secus tamen eſt in fideicõmiſſo vniuer
4 ſali, in † quo cum ius antiquum remanſerit incorrectum, (vt dixi)merito in reſtitutione ipſius hæres non tenetur reſtituere.Et hanc partem tenuit dom. Alex.in d.l.ita tm̃. §.ſi ex Trebelliano.& Pau.de Caſt.in l.ab omnibus. §.fi. ff.de leg.1.& in conſilio ſuo 164.Viſa facti narratione.& in conſil.ſequenti.165.quæritur primo,vtrum hæres. Et Ange.conſi.64. quoniam nihil eſt ad ſi.& Cuma.in l.debitor.in princip.ff.ad leg.Falcid. vbi refert ſe ita conſuluiſſe Adde,quod idem volunt Socin. Dec.& Curt.Iunior.in d.l. debitori.vbi refert Soc.alias conſultum fuiſſe, quod filius grauatus reſtituere hæreditatem,retinuit dotem maternã,
5 licet inuentarium non fecerit.Non†obſtat modo.§.in computatione.in contrarium adductus quia loquitur quando hæres vellet deducere contra creditores,vel legatarios particulares,quorũ debita,& legata poſſunt tranſcendere vires hæreditatis,& hæres tenetur inſolidum eis ſoluere hodie,& etiam olim.l.quæ dotis.ff.ſoluto matrimonio. Et p dicta diligenter notabis,quia vt dicit Soc.in d.l.debitori. ſunt de pane lucrando,& quotidie accidunt in facto.

II.

1 *Teſtator ſi inſtituerit Sempronium hæredem,& fundum legauerit Titio,donec vixerit,& moriatur primum hæres,proxime legatarius,ad quem legatum deuoluitur.diſting.nu.2*

ADuerte,quia habebis vnum ſingulare,quod eſt de auro lucrando,& multoties in facto accidit.Teſtator inſtituit Sempronium hæredem, & legauit fundum Titio,
1 donec vixerit,mortuus fuit hæres,deinde legatarius.quæritur,an legatum debeat remanere penes hæredem legatarij vel redire debeat ad hęredem hæredis? Et videretur dicendum,quod nullo pacto debeat reuerti ad hæredẽ hæredis, ex quo legatum illud videtur relictum à legatario hæredi poſt mortem ipſius legatarij,& ſic videtur conditionale,an hærede viuo dies legati cedat.l.hęres meus.ff.de condit.& dem.voluit Pau.de Caſt.& Ale.in l.illud.C.de lega.& fideicommiſſum conditionale ad hęredes non tranſmittitur.l. vnic.§.finautem.C.de Cad. tol. tradunt ſcribentes omnes in l.hæredes mei.§.cum ita.vbi materia.ff.ad Trebel.vnde merito ad hæredem hęredis tranſire nõ debet.Pro iſta parte facit etiam tex.no.in l.in cauſæ.2.§.Pomponius cum gl. & ibi Bal,no.ſi.de mino.vbi dicitur,quod ſi teſtator reliqt nepti ſuæ domum,vel fundum,& adiecit,quod ſi ſine liberis decederet,reſtitueret ꝓdictã domũ, vel fundũ hæredi, quod hæres præmoritur, deinde decedat legatarius ſine liberis,quod tale legatum non debebitur hęredi hæredis ꝓ defuncti.refert & ſequitur do.Ale.in l.Gallus.§.etiam ſi parente.in fi.ff.de lib.& poſth.& in l.fi.C.de le.& in l.qui liberis.§.hæc verba in 1.col.ff.de vulg.& pupi.ſubſtit.vel reputat hoc bene notandum,& dicit ibi bene probari & Iaſ.in l.1.in 15.col.ff.de leg.1.Contrarium determinauit Bar.in l. Titia.§.fi.in 1.co.ff.de leg.2.quia videtur ſub nomine appel latiuo vocatus hæres,ergo comprehenditur hæres heredis. in annalibus.C.de leg.Vnde Pau.de Caſt.in d.l.Titia.§.fina. multum egregie & ſinguläriter diſtinguit, quod aut legatum relictum fuit ad tempus,puta donec vixeris,vel vſque ad biennium, & tunc mortuo legatario.fideicommiſſum reuertitur ad hęredem,non iure fideicommiſſi,ſed conſolidationis,quia conſolidatur cum hæreditate, ſicut vſus fructus cum proprietate,& ita procedit determinatio Barto. in dic.§.fina. Aut legauit ſimpliciter, nec tempus fuit, appoſitum ,ad ſubſtantiam eius,ſed grauauit legatarium, quod poſt eius mortem reſtituat hęredi,& ita procedant allegata in contrarium, quia non tranſmittitur legatum,

sed remanebit penes hered em legatarij grauati alleg.l.si quis Titio.ff.de leg.2.& subdit ibi,hoc esse digito alligandum,quia millies in facto euenit, & quod vidit solennes viros errare in hoc,predicta non considerantes. Adde q̃ idem voluit idem Pau.in l.si à me.& post eum Ale.ibi. ff. ad leg.Fal.& in l.fi.& ibi late Ale.C.de leg.& dicit ibi Pau. quod cum haberet in contingentia facti hanc quæstionẽ Bononię,& esset aduocatus hæredis,allegauit dictum Bar. contra aduocatum alterius partis.qui tenebat contrarium non recordatus de dicto Bar.quod Lud.de Rom. requisitus à clien tulo suo vt consuleret,videns recollectas eiusdem Pau.in d.l.Titia.§.fi.vbi allegabat illum §.cõtra Bar. non videns ad illum responsum,recusauit consulere &cũ prædicta distinctione videtur transire Ang.de Perig.in d. l.Titia.§.fi.in 1.col.licet de Pau.mentionem nõ faciat. Et hanc doctrinam Pau. didici à clarissimo & acutissimo Iure consulto dom.& præceptore meo,do.Maria.Socino dum legeret in hoc almo Gymnasio Patauino,quam ipse pro multum singulari retulit,& dixit,quod in contingentia facti per eam alias Senis bis obtinuit.

III.

1 *Confessio qualificata in vna oratione habente plura capitula, an potest partim admitti,& partim respu.*
2 *Debitor in centum,confitetur creditori suo se debere tantum quinquaginta,an possit eam confessionem admittere, ac deinde probando petere reliqua quinquaginta,nõ obstante taxatiua,Tantum?*
3 *Dictio taxatiua non qualificat.*

1 TV habes doctrinam notabilem Bart.in l. Aurelius.§. idem quæsit.ff.de libe.lega.post glos.notab.in l.si qui dem.C.de except.in glos.magna quam Sali.ibi in 3.col.& Bar.ibi in fi.ponderant,quod cõfessio qualificata,in vna oratione non habente plura capitula,non potest in parte admitti,& in parte respui. Vnde si creditor petit à debitore suo,an debeat sibi decem,qui respondet,debeo tibi decem sub conditione,non autem purè,prout petis,non poterit creditor in parte admittere istam confessionem, videlicet in eo quod fatetur debitor se debere,& respuere in eo quod sub condictione,quia confessio ista est qualificata,& habet vnicum capitulum,vnde indiuidui non põt.
2 Dubium modo oritur,debitor qui debebat cẽtum,confitetur creditori suo se tantum l.debere an creditor poterit acceptare illam confessionem del. & postea probando petere residuum,non obstante taxatiua tantum? Certe stante d.doctrina Bar.in d.§.quæsiit videtur dicendum quod nõ. Tamen in contrarium habes tex.singularem,& valde no. in l.si quidem.C.de transac.in fi.vbi dicitur,quod debitor confitendo partem debiti creditori suo,poterit ab illo peti tam pars confessata, quam residua pars debiti & illum textu.ad hoc notant ibi Bald. & Salyce. Bart.in l. si cum dos.ff.rerum amo.& Pau.de Cast.& Cur. Senior, & Ias.ibi dicunt illum tex.ad hoc singularem. & omni memoria dignum. Non obstat prædicta doctrina Bart.quod confessio qualificata debet in totũ admitti aut in totũ sperni,quia ad hoc respondet Bal.& Saly.ibi,quod dictio taxatiua,non qualificat & vlterius declarando dicas,quod illo casu confessio ista non est qualificata,sed simplex,quia apponendo taxatiuam censentur duæ orationes,vna affirmatiua,& alia negatiua,& sic taxatiua non qualificat,sed diuidit & ita soluit etiam Cur.Seni.in d.l.si quidem.

IIII.

1 *Actio confunditur,vbi creditor efficitur hæres debitoris sui.*
2 *Creditor hæres institutus à debitore suo,si adierit hæreditatem cum beneficio inuentarij,an possit petere sibi assignari vnam rem hæreditariam pro debito suo?*
3 *Inuentarij confectio,facit censeri hæreditatem iacentem.*

1 NOtum habes,quod si creditor efficitur hæres debitoris sui,actio confunditur,ne idem sit debitor,& creditor.l.debitori.C.de pact.l. Vranius.ff.de fideiuss. Debet n.esse distinctio personarum inter debitorem & credito-

rem.l.2.ff.de stip.seruo.facit tex.in c.debitum de bapti & in l.pe.ff.de arbi.vnde si in totum succedit,vel in partẽ, pro ea parte confunditur,pro qua est hæres.d.l.si vxor.vbi Bald. not.& hoc procedit,etiam si creditor succedens debitori,per fideicommissum grauatus si restituere hæreditatem,quia actio nihilominus per additionem confunditur, vt volunt Ang.Imo.& do.Alex.in l.deducta.ff.ad Trebe.
2 Quæritur modo,creditor fuit hæres institutus à debitore suo,adiuit hæreditatem cum beneficio inuentarii, vellet nunc iste creditor hæres vnam rem hæreditariam separari à bonis hæreditariis,& assignari sibi pro debito suo, nunquid possit hoc facere? Videtur dicendum quod non, per supradicta. In cõtrarium habes singulare verbum Bal.d.l. debitori in 2.col.ver.hic quæro videlicet quod isto casu p̃ dictus hæres citatis creditoribus & legatariis, poterit implorare officium iudicis,& petere sibi assignari vnam rẽ pro debito suo,& hoc,dicit ipse, operatur virtus inuentarii.l.fi.§.in computatione.C.de iur.deli.quod dictum pro singulari refert Pau.de Cast.in l.quoniam in prioribus.in fi.C.de inofficio.testa.& Alex.in d.l.debitori vbi dicit,quod ita alias fecit obseruare in facto,referunt & sequuntur Ias. & recentiores in d.l.debitori. Adde quod idem voluit Bal. & post eum Ias.in d.l.fi.§.computatione. Non obstant in contrarium allegata, quia procedunt,nisi iste creditor hæres fecisset inuentarium,a quod operatur,hęredem censeri in eo statu,in quo esset,& si hæreditatem non adiuisset, & sic facit censeri hęreditatem iacentem,vt dixit idem Bal. in locis preallegatis,& sequuntur scribentes ibi.

ADDITIO.

2 Inuentarium. Quid operetur confectio inuentarii, quid, item noceat eius omissio,& quæ ad eius confectionem requirantur,& in quo loco debeat fieri,vide in addit. ad Mathesi.sing.157.

V.

1 *Iuramentum præstitum à prelato,quatenus pateat.*
2 *Res ecclesiæ inculta tradita vt colatur,quod & fit,non potest iure concedi sine solennitate requisita.*

1 CAnonistę in c.2.extra de feud.per illum tex. communiter concludunt,quod iura mẽtum præstitum à prælato,de non alienando res ecclesiæ,extenditur tantum ad res quæ sunt de mensa ecclesię,nõ autem ad bona emphyteutica,vel feudataria,adeo quod si fuerunt talia bona reuersa ad ecclesiam,puta quia fuerit finita cõcessio,vel alio modo prout in d.c.2.& in c.potuit de loca.possunt de nouo concedi,nullis requisitis solennitatibus. Tamen hoc sane intelligas,videlicet vt procedat durante prima causa cõcessionis,secus vbi cessaret. Exemplum,Res inculta ipsius
2 ecclesiæ data est vt cultiuaretur, postea tractu temporis reuersa est ad ecclesiam bene culta, hoc casu dico quod nõ potest licite concedi absque solennitate requisita, ex quo eo ipso quod rediit ad ecclesiam,constituitur de mensa,& sic assumit naturam aliarum rerum.hoc fuit singulare dictum do.Abb.in c.vt super.in 2.col.in ver.ego crederem. extra de reb.eccle.non alien.quod pro multum singulari, refert.& sequitur do.Fran.Cur.in suo trac.feudo.in 2.parte prin.in 1.oppo.illud etiam commendat,& dicit valde æquum Præp.in vlib.feud.in titu.epis.vel Abb.in cap.1.circa finem.

VI.

1 *Debitor speciei peremptæ specie tum demum tenetur, quãdo fuit in mora.*
2 *Speciem si quis promisit,quæ perimatur intra tempus purgãdi moram,an teneatur.*

1 TV habes,quod debitor speciei peremptæ specie tunc demum tenetur,quando fuit in mora.l.quod text.ff. si cert.petatur, quia mora perpetuat obligationem debitoris.l.si ex legati causa.l.seruum.§. sequitur.de verbor.
2 obligat. Modo quæritur, quid fiet aliquis promisit speciem, quæ fuit peremptæ infra tempus purgandi moram,an teneatur? Text.habes de hoc singularem in l.Iauinus.§.fin.C.de fideiuss, quod tali casu debitor tenetur non ob

non obstante quod sit infra tempus purgandi moram.& illum tex.Bar.ibi in fi.ad.hoc dicit notabilissimum,& Ale. in l.insulam in pen.col.in prin.in 1 5.fal.appellat eum singularem.Pau.de Cast.etiam Ias.Curt.Parp.& reliqui repetentes in d.l.quod te.dicunt illum multum no.& singularem.Adde,quod illum tex.ad hoc reputat vnicum & singularem Bal.in c.capitulum sanctæ crucis.in pe.col. extra de rescrip.& in repe.ca.commissa.de elect.circa medium. vers.procedo.ad alia,quæ prędictis,& c.notat Pau.de Ca. consi.324.post positis authoritatibus.col.5.vbi pulchre limirat d.l.sancimus.quæ secundum Cy.ibi,est.vna de mirabilibus mundi,& vendicat sibi locum etiam in criminalibus secundum Imo.in l.pen.§.ad crimen.ff.de pub.iudi. & procedit etiam,vbi interueniisset iuramentum,secundũ Bal.in l.qui crimen.in 2.col.C.quia accusa.non pos.

VII.

1 *Debitum in diem ante diem peti non potest.Fallit in debitore fisci.nume.2.*
3 *Gabellarum emptores ob necessitatem publicam ante tempus possunt compelli*

1 SIaliquis est debitor alicuius in diem,certum est, quod ante diem compelli non potest ad.solutionem debiti. Ieum qui calendis.§.tin.ff.de verb.oblig.l. si mandauero. 2.in prin.ff.manda. Tamen ego dabo tibi casum singularẽ,
2 quem tencas cordi,in quo debitor in diem, ante tempus exigi potest,videlicet ex eo qui est debitor fisci,qui ante p̃finitum tempus ob publicas necessitates conueniri potest. tex.est de hoc in l. 1.C. de cond.ex lege qui tex.etiã procedit in debitore debitoris.& illum tex.ad hoc dicit singularem Bar.ibi,& Alex.in l.pecuniam in 2.colum.ff.si cer.petãt.& Ias.in l.in diem.circa finem.ff.de condictio.indeb. Et per illum tex.infert Bal.ibi,quod emptores gabellarũ,
3 ob necessitatem publicam compelli possunt ante tẽpus,
2 & hoc quotidie videmus fieri, propter imminentes necessitates reipublicæ.Et dicit Saly.ibi,quod ille tex quotidie practicatur contra daciarios.

ADDITIO.

2 Ante tempus. Adde tamen quod interusurium medii tẽporis debet eis relinqui.secundum glo.& doct.& maxime Bal.in d.l.1.C.de condict.ex leg.& idem refert & sequitur Hippoly.de Marsi.sing.355.debitor in diem.

VIII.

2 *Stipulationem vitiat incertitudo.*
2 *Obligatio genus & quantitatem continere debet.*
3 *Legatum animalis in genere,non valet.*
4 *Votum factum ecclesiæ,an irritetur propter incertitudinem.*
5 *Obligatio facta dotis fauore,an propter incertitudinẽ vitiet*
6 *Ius canonicum seruatur in iuramento.*

1 DE iure ciuili cautum est,quod incertitudo vitiat stipulationem.l.ita stipulatus.magna.ff.de verbo.ob.adeo quod si aliquis stipulatur insulam in genere, non expresso loco,& forma,seu qualitate,& quantitate insulæ,cuius latitudinis,& longitudinis sit,stipulatio inutilis est.l.qui in-
2 sulam eo.ti.Similiter,si quis stipulatur triticum, non expresso genere,& quantitate, obligatio nulla est, vnde modicum dando esset liberatus,l.qui triticum.ff.eo.titul. de
3 verb.obligatio. Quemadmodum dicitur in legatis,quod non valet legatum animalis in genere,quia dando muscã, liberaretur,vt no.in l.legato generaliter.ff.de legat. 1. Pul
4 chrum est modo videre,an ista incertitudo vitiet stipulationem de iure canonico,adeo quod si aliquis vouit dare ecclesiæ anno quolibet frumentum,non expressa quantitate,an propter istam incertitudinem vitietur votum? Et licet Gofred.in c.ex parte.de decim.extra per te.in d.l.ita stipulatus tenuerit huiusmodi votum esse nullum, prout refert Alex.in d.l.ita stipulatus in 3.col.in princ. Tamen Archd.singulariter,& multum notanter in c.sunt nõnulli. 1.q.1.in 1.col.dicit,quod de equitate canonica non vitiat talis obligatio,sed potest agi ex omni contractu, & omni promissione incerta,ita vt ad arbitrium boni viri reducat.
5 Nam si fauoret dotis introductum est,ne vitietur talis obligatio,propter talem incertitudinem,prout est text.in l. cum post.§.gener.ff.de iur.dot.vbi dicitur, quod si fuerit facta promissio dotis non demonstrata re,vel quantitate, nihilominus valebit obligatio,quia determinabitur p̃ modo facultatem,& dignitate natalium viri ita de æquitate canonica debet in u.ne obligatio ex incertitudine vitiet. Hoc dictum refert & sequitur Ant.de But.in d.c.ex parte de cens.dicens hoc esse notabile verbum,& perpetuo mẽti tenendum.Idem voluit Abb.in ca.1. de dec.in 1.col.in fi.vbi dicit hoc dictum singulare.adde quod do.Ale.in l.i. in 7.col.in medio.ff.sol.ma.dicit,quod non meminit hoc dictum apud legistas relatum,præterquam à Bald.in l.quituam.§.salarium.ff.mandat.& idem Alex.in d.l.ita stipulatus.dicit,hoc dictum esse legistis incognitum. Abb.etiam in d.c.ex parte in 1.col.in fi.dicit hoc dictum satis notabile,& æquum,& menti commendandum. Adde do.Ias.in d.l.ita stipulatus in 2.col.in prin.vbi dicit hoc dictum singularem,& famosum.Et ex prędictis nouiter inferunt Aquen.in d.l.ita stipulatus in 4.col.in prin.quod si prędicta promissio incerta esset iurata,semper valeret, & cogeretur iurans iudicis arbitrio certũ quid p̃stare, cũ in iuramẽto seruetur ius canonicum.c.cum contingat.de iureiur.c. licet mulieres.eo.tit.lib.6. Item dum iuramentũ facit causam esse de foro canonico,c.nouit.de iud.deberet ista æquitas seruari.quod dictum videtur satis æquum.

IX.

1 *Minor non habet legitimam personam standi in iudicio. Limit.nu.2.*

1 CErti iuris est,quod minor non habet legitimam personam standi in iudicio.l.minor.ff.de procur. Tamen ego dabo tibi singularem,in quo minor pôt cõparere in dicio, videlicet quando minor comparet pro defensione partis absentis,contra quem post litis contestationẽ poterat peruenire ad sententiam diffinitiuam text. habes in l.exigendi in fi.C.de procu.quem Bart.ibi ad hoc dicit specialem & post eum Ias.ibi in 3.col.in fi.pro singulari & refert.Idem dicendum est,si comparet pro matre,& aliis
2 ascendentibus,secundum gl.sing.in d.l.minor in verbo, possit.quam singularem reputat ibi Ang.pro extensione d.l.exigendi.quia cum loquatur contra predictam regulã videbatur non extendi vltra casum d.l.exigendi. & eam dicit menti tenendam Stan.de Castr.in d.l.exigendi in 2. col.propter eius authoritatem.

X.

1 *Donatio censetur causa mortis,quando in ea fit mentio mortis.Limit.2.*
2 *Donatio censetur facta inter viuos,quando in ea fit mentio mortis per modum dilationis.*

1 REgula est in iure,quod quando in donatione fit mentio mortis,tunc illa donatio censetur causa mortis.l. Seia,iunct.gl.fi.ff.de dot.præleg.& ibi Bar.no.Bart. etiam in l.Seia.§.cum pater.ff.de don.caus.mor. Quæritur modo,Titius donauit proprietatem cuiusdam sui fundi Sempronio retento vlufructu, vsque ad tempus mortis suæ, vtrum ista donatio sit causa mortis? Quilibet diceret q̃ sic quia in ea est facta mentio mortis.In contrarium est veritas,& ita singulariter,& multum notãter determinat Bal. in addit.Spe.in tit.de instr.editio.in vlt.col.in versic.si qs donat proprietatem.Ratio est,quia licet fuerit facta mentio mortis,tamen non adiicitur mors verbo principali, q̃ est donatio,sed verbis exequutiuis,& non tanquam causa finalis sed causa demonstrandi tempus exquutionis,ideo dicetur donatio inter viuos.Confirmatur per tex.in l.quidam testamento.in prin.ff.de leg.1.tvbi te.vtitur simili di-
2 stinctione.& ideo limitabitur prædicta regula,vt non procedat,quãdo in donatione esset facta mentio mortis p̃ modum dilationis,quia tunc non dicetur donatio causa mortis,sed inter viuos,prout etiam voluit idem Bald.in 2.in

2.col.in princ.C.de iur.dot.vbi refert Dy.ita velle in d.l. Seia.§.fi.ff.de don.cauſ.mor.& iſtam limitationē pro multum no.refert & ſequitur Alex.in l.quæ dotis in 4.col.in 7.ſal.ff.ſo.ma.vbi dicit,quod cū ſemel haberet conſulere vidit multa conſilia modernorum hanc partem tenentiū per aliqua mendicata ſuffragia,qui tamē Bal. non viderant in loco preal. Adde quod ita conſuluit Alex.per iſtam deciſionem Bal.in 14.conſ.1.vol.incip.circa primum dubiū quo quæritur.Idem voluit Iaſ.in d.l.quæ dotis.in 7.col.in 3.limi.vbi refert hanc limitationem pro multum ſingulari.Ideo diligenter notabis.

XI.

1 *Alimentorum moderatio vt ſit facienda.*
2 *Alimenta ſi debeantur ei qui futurus eſt dominus bonorum, tunc bona poſſunt alienari.*

2 ALimentorum moderatio,ſeu taxatio debet fieri ſecundum quantitatem redituum,†nō autem ſecundum valorem bonorum l.ius alimentorum.§.modum.ff.vbi pup.educ.deb. l.Imperator.in fi.vbi Bar. Pau. Ale.notant. ff.ad Treb.l.pe.in prin.& ibi Bar.ff.de ali.& cib.leg.Et propterea dixit notāter Ang.in d.l.Imperator poſt Iac.de Ar. ibi. quod ſi extarent bona magni valoris,prout ſunt palatia,& turres,quæ ita paucos redditus afferrent,quod non ſufficerent ad præſtationem dictorum alimentorum, non debemus prædictas turres vendere,vt ex prætio illarum alimenta ſubminiſtrari poſſint.& ita dicit ſe cum Bal.con ſuluiſſe apud Ariminum.alleg.tex. ſing.in l.qui bonis.ff. de ccſſbo.quem tex.idem Ang.Bal.& Pau.ibi reputant ad hoc ſingulare.Idem voluit Bar.ante eos in l.pe.in fi.prin. ff.de alimen.& cib.leg.Adde Sali.in l.1.in.2.col.in fi.C. de fideicom.& in l.ſi qui ad declinandam.in 2.col.in prin.C. de epiſ.& cler.Ang.in l.1.C.de lega.& in l.diuus.ff.de pet. hæred.& in authen.contra cum rogatus.C.ad Trebe.& in l.Neſennius.§.fi.ff.de re iud.Adde do.Ale.in d.l.imperato.
2 in 1.col.Prædicta tamen limita ſecundum Imo.in d.l.Imperator.niſi alimenta deberentur ei,qui futurus eſt dominus bonorum,quia tunc bene poſſunt prædicta bona alienari per textu.in l.1.§.mulier.ff.de vent.in poſſ.mit. Aliam limitationem tradit Ang.in d.l.diuus.per illum te. videlicet,niſi ſerui hæreditarij venirent alendi,quia ſi fructus bonorum non ſufficerent corpora hæreditaria diſtrahi poſſunt.Tertio limitatur in caſu d.authen. contra cum rogatus vt per Ang.ibi,& per do.Ale.in d.l.Imperator.

XII.

1 *Hæres qui expendit aliquid in re ſubiecta reſtitutioni,ex qua etiam fructus collegit, an tempore reſtitutionis teneatur fructus cum expenſis compenſare?nu.2.*

BAld.Ang.dom. Alexand.in l.in inſula.§.fructus.ff.ſol. mac.ex illo tex. notant,quod ſi aliquis bona fide recol
1 legit†fructus ex aliqua re puta fundo,ex quo fecerat expē ſas vtiles,& neceſſarias, q̄ ſi dominus poſtea repetit fundum,& bonę fidei poſſeſſor repetit expenſas factas dicitur ibi,quod debet fieri compenſatio expēſarum cum fructibus perceptis per ipſum bonæ fidei poſſeſſorem, adeo q̄ non recuperabit tota impendia,ſed ſolum in eo quod ſuperabunt fructus.Quæritur modo, quid ſi hæres expendit in re ſubiecta reſtitutioni,an poſtea euenīente tempore reſtitutionis legatarij,vel fideicommiſſarii poſſent ſibi cōpenſare fructus,quos percepit: Videtur dicendum quod
2 ſic,per ſuperius allegata.In contrarium eſt veritas videli-
a cet quod non compenſabunt in caſu iſto fructus†cum expenſis. De hoc do tibi gl.ſingularem,ª& peregrinam, in l. emptor.in prin.in ver.ſuperfluum.in fi.ff.de rei vend. vbi aſſignat rationem,quia illo tempore fructus non erāt nec eos petere valebant.Et ad hoc illam gl.reputant ſingularē Bal.& Ang.do.Ale.in d.l.fructus.Bar.Bal.Ange.in dict.l. emptor dicunt eam notandam.Adde Bal.Ang.Imo. Rap. do.Ale.Pau.de Caſt.& do.Iaſ.in l.domos in 1.col.ff.de le.
1.vbi exclamat illam gl.& dicunt eam ſingularem,& perpetuo menti tenendam.

ADDITIO.

a Do tibi gl.ſingu. Adde tex.quem ibi not.Doct.in l. deducta §.qui poſſ.ff.ad Trebel.Quod autē ſi pro capitali ſoluerit hucſponte,ſiue coactus,an retinere poſſit in reſtitutione fideicommiſſi.te.in d.§.qui poſt videtur velle q̄ ſic ſecundum Ale.ibi in 2.notab.poſt Imo.& Pau.de Caſt.& ita conſuluit Cuma.conſ.56. Fulgoſ.conſ.82.Rom.conſ. 276.in 7.dub.Sed in contrarium facit tex.in l.quod de bonis.§.quod auus.verſ.plane.ff.ad leg.Falcid.& in l.cum pater.§.Titio fratri.ff.de leg.3.An autem hæres in dubio p̄ ſumatur de ſuo an de hæreditariis bonis ſoluiſſe Bald. ſingulariter,in l.filium quem habentem col.pen.C.famil.erciſc.tenet quod ſi hæres non confecit inuentarium, quod præſumitur de bonis hereditarijs ſatisfeciſſe.& tradit Lu. ind.conſi.276.in 9.dub.licet aliter diſtinguat.

XIII.

1 *Appellatum ſi fuerit ab interlocutoria,vel iudicis grauamine poteſt nihilominus iudex ad alia quæ in iudicio facienda incumbunt,procedere non citato appellante.*
2 *Mora vide adfert periculum,recedimus à regulis iuris.& numer.4.5.*
3 *Teſtis examinatus per notarium in mortis articulo,ſine iudicis commiſſione,facit aliqualem præſumptionem.*
6 *Par in parem nullum habet imperium.*

1 SI ab interlocutoria,vel grauamine iudicis fuerit appellatum,poteſt nihilominus iudex ad alia quæ in iudicio facienda incumbunt,procedere,non citato amplius appellante.cap.eum qui de dolo & cōtumacia,in ſexto.declarat Bar.in l.3.de appellationibus recipiendis niſi per iudicem appellationis fuerit ſibi inhibitum ca.nō ſolum de appellationibus libro ſexto. Quid ſi aliquis timens ne cōtra ius ad tormenta ponatur,appellauit,& antequam fuerit inhibitum per iudicem appellationis,iudex à quo ſupponit eū quæſtionibus,& confeſſus fuit,an iſta cōfeſſio valeat? Dico tibi quod non,imo eſt omni iure nulla de hoc habes dictum elegans & notabile Bal.in rubri.C.comminationes, vel epiſtolas.circa medium,per tex.in l.1.ff.nil nouari appellatione pendente nec eſt opus in hoc caſu, expectare
2 inhibitionem†ſuperioris,quia mora eſſet periculum alla
a tura.Iquo caſu recedimus à regulis iuris.l. de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de noui oper.nuntia.vbi Bar.& alij notant.l. 1.§.fin.de ferri.l.diuus.ff.de peti.hære.quod dictum exclamat Rom.in l.ſi vero §.de viro.in 40.tal.ff.ſol.ma.facit te. in c.fin.de pœn.& remiſſio.Idem voluit.Saly.in l.1.in.4. col.in verſ.quæro ab extra.C.commi.vel epiſt.Adde Bal. etiam & poſt eum Saly.in l.ſi quis procuratione.in fin.C. de appel.& Philipp.Deci.in c.cum ceſſante in 2.col.extrà de appel.ijro quib.etiam facit quod uoluit Ant.de†But.in c.fi.de iureiuran.& Rom.in d.l.ſi vero.§.de viro in 54.fal len.verſi.15.ff.ſol.mat.vbi dixerunt,quod teſtis qui pro-
3 pter anguſtiam, † vel breuitatem temporis examinatus fuit per notariū in mortis articulo,abſque iudicis cōmiſſione,facit aliqualem præſumptionem. Et facit quod voluit idem Rom.in conſi.453.in re preſenti vbi dicit,quod
4 †quando periculum eſt in mora,ſecundum decretum ēt contra non latitātem interponi poteſt & refert iſtam ſuiſſe ſingularem determinationem Io.and.in c.conſultationibus extra de offic.delegat quā valde commendat Bal.in c.1.in 8.col.verſi.adde quod dicit,& c.in tit.de milite vaſſal.qui contum.eſt.Similiter ad prædicta facit, nam licet iudex de nocte non teneatur copiam ſui facere, vt notatur in §.fedebunt in authentic.de iudic. illud tamen non vendicat ſibi locum, vbi mora periculum eſſet allatura.l. 1.§.dies.ff.quando appellan.Non ommitto, quod voluit
5 ſtetr.de Anchara.in conſi.278.inci.& prædicta in†vltima col.vbi dicit,q̄ ſtatutū legis,vel canonis cōtēni pōt, vbi eius obſeruātia ē periculū allatura all.l.de pupi.§.†pterea.ff. de noui operis nuntiatio. & c.licet de fer.&c.fina.de iudi: Vnde alias dicebēt notanter Bal.in c.1.in vltimis verbis, in titul.qualiter iura.debet vaſal. quod licet ſint†duo domini
6 vnius caſtri†,& vnus committat delictum,†quod vnus alterum punire non poteſt de tali delicto quia par in parē non habet imperium.l.nam magiſtratus.ff.de arbi.l. ille à quo. §.tempeſtiuum.ff.ad Treb.voluit Bar.in l.inter tutores.ff. de adm.tuto.hoc tamen fallit,niſi mora eſſet periculū allatura,quia tunc poterit eum punire.Et ad prædicta faciunt etiam quæ voluit Imo.in clemen.1.de procu.& Fely.in c. cum acceſſiſſent in 10.col.de cōſt.& do.meus Mar.Man. in apophthe.ſuo 118.inc.Habemus,&c.& Aret. Inſtit.de leg.an tutel.§.1.ver.vltimo ſcias quod licet prædicta.Iaſo. in l.vinum.ff.ſi cer.peta.

ADDITIO.

a Periculum allatura.Adde in ſimili quod licet antequam tutor adminiſtret regulariter certæ ſolennitates debeant interuenire,& requirantur,tamen in his quæ ſunt tempore peritura,vel concernunt,meram vtilitatem pupilli, valerent geſta per tutorem,etiam ſi prædicta nō interuenerint l.ſi.C.de tutor.qui ſatis non deder.l.quidam decedens.§.vſque adeo.ff.de adminiſt.tutor.

XIIII.

1 *Frater habens bona acquiſita ex linea paterna tantum.ſi decedat,relictis fratribus veterinis & conſanguineis, vtrum iſti omnes æquæ admittantur ad bona fratris prædefuncti. numer.2.*

TExt.in authen.poſt fratres.1.C.de legi.hæredi.iuncta gloſſ.ibi,& gloſſ. etiam in authent.itaque.C.com. de
1 ſucceſ.volunt,quod ſi aliquis†mortuus fuerit, qui habet fratrem vterinum tantum,& fratrem conſanguineum tantum quod iſti fratres pariter admittuntur ad ſucceſſionē, fratris prædefuncti,ſublata differentia agnationis, vt in au
2 the.ceſſante.C.de le.hæredibus Pulchrum†eſt videre modo,ſi decedit frater,qui habet bona acquiſita ex linea paterna tantum,relictis fratribus vterinis & conſanguineis, vtrum in caſu iſto fratres vterini & conſanguinei ſuccedant æqualiter huic defuncto, ſicut diſponit prædicta authentica, vt volunt gloſſ.prælegat an ſuccedunt tantum conſanguinei?Tex.in l.de emancipatis.§.exceptis.C.de legit.hered.multum ſingulariter,& notanter diſponit,quod in prædicto caſu conſanguinei tantum admitti debēt, & non vterini.& ſic te.ille mirabiliter limitat prædicta iura, vt procedant in bonis acquiſitis per ipſum fratrem, non in bonis acquiſitis per paternam lineam,quia illis præferū tur conſanguinei, & in maternis vterini,quem te.Bar. ibi dicit ſingularem.

XV.

1 *Res eadem ſi duobus vendatur,an illi acquiratur cui prius fuerit tradita,non cui prius vendita?*

1 NOs habemus,quod ſi†vendatur eadem res duobus, illi acquiritur dominium, cui prius traditio rei facta
a fuit non tradita.l.quoties.ª C.de rei ven.l. ſiue autem.§.ſi duobus.ff.de pub.in rem actio.Tamē ſi ille, cui fuit prius res tradita,participauit de fraude,puta quia ſciebat venditionem prius alteri factam,licet dominiū fuerit in ſe trāſlatum per dictam traditionem,nihilominus ille,cui prius fuit res vendita,poterit talem rem reuocare per actionē, in factum reuocatoriam, competentem ad reuocandum alienata in fraudem.ita ſingulariter Baldus in reb.C.de revocan.his,quæ in fraud.credit.& Saly.& Alb.& poſt eos dom.Iaſon in d.l.quoties.Idem voluit Are.& Iaſon Inſt. de actio.in §.item ſi quis.in 24.col.circa finem.

ADDITIO.

a L.quoties.plures limitationes ad d.l.quoties.vide per Hip

poly.Mar.ſin.82.inci.volo tibi dare.p totū,& ibi addidi.

XVI.

1 *Crimen capitale tripliciter eſt.*
2 *Statuto vel lege diſponēte eum qui patrauerit aliquod delictum,capite plectendum,de quo in dubio id ſit accipiendum.*
3 *Lex diuina vbi imponit ſimpliciter pœnam,de maiori id accipiendum.*
4 *Sententiarum capitalium forma.*
5 *Verba eſſe accipienda in potiori ſignificato,quomodo ſit intelligendum.*
6 *Excommunicatio animæ medicina eſt.*
7 *Verba impropriè ſumuntur pro ſubiecta materia.*
8 *Statutum,quando idem diſponit atque ius commune,mitior interpretatio adhibenda erit.*
9 *Regula,quod ſtatutum accipi ita debet,ne quid diſcrepet à iure communi quomodo intelligenda.*

1 PErſpectum habes,quod†crimen capitale tripliciter dicitur, videlicet vltimū ſupplicium,ſecundo, amiſſio libertatis,tertio amiſſio ciuitatis.l.2.ff.de pub.iu.vbi Bar. notat.gl.notab.in l.tranſigere.C.de tranſac.Imo.in ca.qualiter & quando.2.extra de accuſat.Panor.in capi.quāto extra de iureiurand.Addunt ſcribentes in d.l.trāhere. quartum,videlicet membri abſciſionem,nam pars extincta, eſt vltimum ſupplicium paſſa.§.prohibemur.in authēt.de collat.Item & quintum, vbi infamia irrogatur,quæ largo modo dicitur pœna capitalis.l.licet capitalis.ff.de verb.ſi
2 gni.Quæritur modo, quid ſi lex, vel ſtatutum†diſponat ſimpliciter,aliquem qui patrauerit aliquod delictum, puta,ſi patrauerit virginem,debere puniri pœna capitali, de qua pœna intelligi debet,vtrum de maiori,vel minori?Et certè videtur,dicendum de maiori,quia verba ſimpliciter prolata, debent intelligi in potiori ſignificatu.l.1.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vecti.vel emphyteuti.petat. capi. de ſent.excom.& tanto fortius,quia tex.in c.penul. loquitur in penalibus,videlicet in excommunicatione,& tamē textus dicit,quod excommunicatio ſimpliciter lata,intelligitur de maiori.Et hanc partem reperio tenuiſſe. Angel. per illum tex.in l.ſaccularij.§.ſunt quædam.ff.de var.& extraord.crim.Ad idem facit tex.in l.reſpiciēdum.§.fi.ff.de pœn.& tex.in l.lex Iulia.§.fin.ff.ad legem Iuliam repe.& multa alia iura,quæ curioſus lector facilime inuenire poſſit,in quibus iuribus habetur,quod verbum capitis, pro morte intelligi debet,& ſic de maiori pœna,tanto magis, quia verba naturaliter intelligi debent.l.fi.C.de his qui veniam ætat.impetrat u.l. quibus diebus.§. dominus ſeruo. & l.fideicommiſſum.ff.de cond.& demon.In cōtrariū habes gl.ſingularem,& notabilem,in l.1.C.ne Chriſtian.mā
3 cip.videlicet,quod†vbi lex ſimpliciter imponit pœnam capitalem,debet intelligi de minori,& ſic de perpetuo exilio,& non de maiori.& ſimilem gl.habes in l. nec frumentum.quam Bal.& Saly.ibi ad hoc notant.C.quæ res vend. non poſ.& rō eſt,quia in dubio,mitior pœna eſt eligenda l.ſi interpretatione. l.præſes.ff.de pœn.& ſecundum hanc rationem,videtur dicēdum. quod deberet imponi pœna infamiæ,quæ capitalis eſt.d.l.licet capitalis & mitior.Niſi dicas,q̄ licet poni mitior,non tamen minima,quæ contē ptibilis fiat vt voluit.Bal.poſt Inno.in c.de cauſis.in 2.col. circa finem extra de offi.delegat.Et illam gl.in d.l.1.C.ne Chriſti manc.ſequutus fuit Ioan.And.in c.quanto.in vltima col.extra de iureiuran.vbi poſt.Goff.& Hoſtiē.refert Io.Cremonenſem defendiſſe quendam falſarium monetę in ciuitate Bononię, vt non puniretur pœna capitis, licet ſtatutum diſponeret,prędictum falſarium pœna capitis puniendum,per textum in.l. qui cum maior.§.is demum.ff. de bonis libe.& l.eos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſa.& tex.in l.cum patronus.ff. de iure patr.& hanc partem tenuit Panor.in c.at ſi cler.in 18. col.in fi.de iud.& in capit. quanto.& Anan.in c.primo.de homici.& in cap.qualiter & quando.2.colum.8.de accuſat. vbi reputat illam gloſſ.

singularem. & Anch. in clem. pasto. in 10. notabi. de re iu
dicē Io. Alex. in consi. 104. in 2. volum. quod est insertum
de verbo ad verbum in addi. ipsius ad Bar. in l. eleganter. §.
qui reprebos. ff. de pig. actio. adde Are. & Maria. in d. cap.
qualiter & quādo. quæst. 14. art. 26. & do. Alex. & Ias. in d.
l. transigere. Idem voluit Imo. in d. l. 5. col. 3. cum sequen.
ff. de publ. iud. vbi dicit illam gl. singularem & valde no. &
refert opinionem Io. Cremonen. pro multum no. & dicit
eam menti tenēdam, quod ex ea poteris lucrari vnā bonā ✠
vestem, quia vbi occurunt pericula personarum, ibi pluūt
pecuniæ refert & sequitur Are. in tra. malefi. in verb. caput
4 à spatulis in 12. col. cum seq. hinc est ꝙ assessores† in sentē
tiis capitalibus exprimunt quod caput à spatulis amputetur, ita quod anima separetur à corpore de qua practica
meminit Fulg. in l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confu.
& dominus Ias. in d. l. transigere. & Fel. in c. ex literis. in de
cima co. de const. Non obstāt modo adducta in contrariū.
& primo tex. in d. l. 1. §. qui in perpetuum quia dico, quod
5 ideo verba accipiuntur in potiori† significato, & sic in do
minio directo, quia ratione adiuncti non poterant referri
ad vtile & ita respondet Bar. ad illum tex. in l. si mater. §. ea
dem in penul. quæstio. ff. de excep. rei iudicat. & voluit Ia.
in l. si domus. §. fin. in 1. col. ff. de legat. 1. & in l. indebiti. §.
sed & si nummi. in 2. col. ff. de condictio. indeb. Secus in ca
su nostro, vbi verba possunt interpretari in minori signifi
cato, & tanto fortius, quia hoc iura suadent, ex quo sumus
in pœnalibus, in quibus debet fieri mitior interpretatio,
dicta l. si præses. & d. l. si de interpretatione. ff. de pœn. ca. in
pœnis. & c. odia de reg. iur. in 6. Nec etiam tex. in d. c. pen.
de sen. excom. quia dico, quod ibi sumus in excommunicatione, & sic in concernentibus periculum animæ, in q
bus mitior interpretatio faciēda est. c. inuenis ext. de spō.
vnde non mirum, si interpretatio sit de maiori ex eommu
nicatione, & sic in potiori significatu. Nec verum est, ꝙ ibi
6 sumus in pœnalibus, quia excommunicatio non † est pœ
na, sed animæ medicina, vt in c. cum medicinalis de sen. ex
communicatio. lib. 6. Minus obstat, ꝙ Ang. dicebat, p tex.
in d. l. facularii. §. sunt quædam. & alia iura superius in
contrarium ponderata, quia dico, ꝙ ideo in illis iuribus pœna
capitis pro morte accipitur, quia ex sequentibus verbis in
textu appositis demonstratur ita accipiēdum esse & in pri
mis textus in dicto §. sunt quædam dicit, vsque ad pœnam
capitis, deinde subnectit, ꝙ & ipsa res mortem. commina
tur. Similiter in d. l. respiciendum. §. fi. dum dicitur, capitis
pœna est, vel bestiis obiici, nā ille qui bestiis exponitur, de
bet mori, vt dicitur in l. qui vltimo. iunctis ibi notatis per
gl. ff. eodē tit. de pœn. eodē modo textus. in dicta l. lex Iu
lia. §. fi. ff. ad leg. Iuliā repetund. quia apparet, dum ibi distin
guitur inter pœnam exilii, & pœnam capitalē, & sic, vnū
verbum legis per aliud declararur, sunt & vnum caput le
gis declaratur per aliud argumen. l. vtrum. ff. de petitione
hęre. & l. 1. ff. de reb. dub. voluit Bal. in l. scire oportet. §. a-
liud. ff. de ex cusatio. tut. & sic ibi sumus in casu claro, non
autem in dubio, prout in casu nostro, quorum non est par
eademque ratio. l. ille aut ille. de leg. 3. l. pediculis. ff. de aur.
& argent. leg. Nec illud, quod vltimo loco dicebatur, me
ruit adduci, quia illa regula procedit in casibus illarū legū,
vbi subiecta materia illud suadet, secus in† casu nostro, vbi
hoc non permittitur, cum in pœnis (vt dixi) mitior inter
pretatio facienda sit. d. l. si præses. cum concordant. & ita re
spondet Dec. ad illam regulam (licet ad aliud propositum)
in l. 1. in 2. col. in 2. no. in fi. C. de ser. fugit & hoc ēt suade ē
7 qa† verba impropriantur secundum subiectam materiam
l. si vno. ff. loc. l. damni infecti. in prin. ff. de damno infecto.
& voluit do. Abb. in c. cum olim. in 1. nota. de verb. signifi.
Prædictam tamen conclusionem limitabis, secūdū Imo.
in d. l. 2. de public. iudic. nisi aliter constaret de mente sta
tuentium. argu. l. 3. C. de lib. præter. cum similibus. Vel nisi
statutum imponeret pœnam capitis, eo casu quo alias de
iure communi esset pœna mortis arg. notat. in ca. causam
quæ ce rescrip. & in l. 2. C. de noxa. & in l. fin. §. in compu
tatione. de iure delibe. & sequitur Soc. in l. magistratibus.
in 1. col. ff. de iuri. om. iudi. & Ang. aret. in trac. malefi. in d
verbo caput à spatuis &c. & Hippoly. de Marsi. in sua pra
ctica criminali in §. opportunè. nu. 45. Tamen quicquid di
cant isti patres, mihi videtur, quod ista limitatio non sit
8 † vera quia est contra prædictam decisionem Ioan. Cremo
nensis, quam sequitur ipsemet. Imo. & Soci. in supra dictis
locis, & indifferenter omnes scribentes, vbi statutum di
sponit illud idem quod ius commune, & tamen ille falsā
rius fuit punitus pœna exilii, & non pœna mortis, quemad
modum ius commune disponit. l. 1. & 2. C. de fal. mon. vn
de mihi videtur quod etiam quod statutum disponeret il
lud quod ius commune, nihilominus mitior interpretatio sit facienda. d. l. si præses. cum simi. tanto magis, qa hoc
modo interpretando verba statuti aliquid operaretur vltra
ius commune. c. si Papa de priui. in 6. l. si quando de leg. 1.
Vnde dicebat Bal. in l. 2. in vlt. col. C. quo. & quand. iud. &
in l. pen. de milit. vas. qui contum. est & in l. non sunt liber.
ff. de statu ho. m. quod statutum dicens quem debere te ci
tari, operatur, quod non sufficiat vna citatio pro omnibus
vt addat iuri communi. Ad idem dictum Bar. in l. 4. §. præ
tor ait. ff. de damno infect. cum concord. adductis ibi per
Alexand. Non obstant iura allegata in contrariū per Imo.
9 in quibus habetur, quod † statutum debet ita interpretari,
ne à iure communi discordet, quia ad illa respondeo, ꝙ ut
respondet ipsemet Imo. in d. l. 4. §. prætor ait in 4. col. cir
ca fin. quem refert & sequitur do. Alexand. ibi, videlicet
quod illa iura procedunt, quotiescunque aliter interpretā
do, quis indebite damnum pateretur, quia tunc bene de
bet fieri interpretatio, secundum ius commune, etiam ꝙ
statutum nihil adderet, ꝙ prout habes exemplum in l. si. §. in
computatione. in gl. magna. in fin. quam Bar. ibi multum
exclamat, & sequuntur communiter scribentes. C. de iur.
deli. Secus quoties non insurgeret præiudicium parti, quia
tunc posset fieri interpretatio, vt aliquid addat iuri com
muni, vt voluit Bar. in d. §. prætor ait quem referunt & se
quuntur. Imo. & Alexan. ibi. Vnde cum in casu nostro nō
resultet præiudicium parti, sed potius vtile. cum in terpre
tatio fiat de exilio, & non de morte. iuxta gl. in dicta l. 1. C.
ne christian. mancip. merito, &c.

XVII.

1 *Pater si dotarit filiam, eique dotem profectitiam reddi stipu*
latus sit, defuncta illa absque liberis, parentibus, fratribus
& sororibus relictis, an omnes illi æqualiter succedant fi
liæ prædefunctæ?

TEx. in authen. defuncto. C. ad Tertullia. disponit, quod
parentes nec non fratres & sorores pariter admittā
tur ad successionem filii, vel filiæ prędefunctæ. Modo vel
1 lem † scire vnum, pater dotauit filiam, cui dotem profecti
tiam reddi stipulatus est, defuncta est filia absque liberis re
lictis parentibus, fratribus, & sororibus, vtrum prædicti
omnes pariter admittātur ad successionem filiæ præmor
tuæ, an pater solus exclusis alijs? Bart. egregie, & multum
notanter, in l. post dotem. in vltim. col. in fin. ff. solut. matr.
dixit, solum patrē esse admittendum. per textum singula
rem in l. quod scitis. 2. resp. C. de bonis quæ lib. Ratio, qa
in bonis proueniēs à patre, vel ex paterna linea, pater ipse
præferri debet, vt ex illo textu colligitur, secūdum vnam
lecturam. & illum textum Barto. ibi, & in dicta l. post do
tem. dixit singularem ad hoc, & non reperiri alibi. Cum
Barto. pertransit Imo. ibi, & post eum Roman. & Iason
qui reputant etiam illum textu. singularem. Idem vo
luit Barto. in authen. itaque. C. commun. de success. & in
cons. 18. incip. Viso testamento condito. in 2. colum. versꝰ.
quarto est videndum. Adde Roma. consili. 40. & Paul. de
Castr. in authentic. post fratres. 1. de legit. heredit. cum
concordantibus adductis per Moder. in d. l. post dotem:
in penul. & vltim. colum. licet contrariam partem tenue
rint Bal. Saly. Fulgosius & nonnulli alij. ad quorum argu
menta

menta respondet Ias. in d. l. post dotem. ad quem te remit
to, vt breuitati consulam. Vide etiam Cor. in d. l. quod sci
tis. §. finautem.

XVIII.

1 *Obligatus ad factum soluendo interesse liberatur.*
2 *Iuramentum seruandum est, vbi seruari potest sine dispen-*
dio salutis æternæ.
3 *Iuramentum maxime confirmat compromissum:*
4 *Factum iuratum debet in forma specifica impleri.*

1 SI aliquis est † obligatus ad factum, soluendo interesse li
beratur. l. 1. ff. de action. empti. l. stipulationes non diuidū
tur. §. Celsus. ff. de verb. oblig. l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re
iud. Quæritur modo, quid si aliquis cum iuramento pro
misit factum, puta, ædificare domum, & non fecit, an so
luendo interesse liberetur? Videtur dicendum quod fu. per
supra dict. iura in contrarium habes gl. singularem & cō
muniter approbatam in l. si pecuniam. in prin. in verb. ne
cesse habes. ff. de cond. cau. dat. videlicet, quod in casu isto
promissor præcise tenetur ad factum. Et illam glo. repu
2 tant singularem, & no. Alex. & Ias. in d. l. si pecuniā. & Ro.
in rep. rub. ff. de arb. in 29. col. versi. sed redeundo ad pro
positum, & c. Idem in terminis il lius gl. voluit An. de Bu.
& plenius do. Abb. & Imo. in c. veniens. in pen. col. extra
de iureiur. & Fel. in c. ad nostram. in 4. col. eo. tit. & do. Ias.
in l. si insulam. de verb. oblig. & Bal. in l. 1. in 10. col. versi.
quarto fallit. C. de sen. quæ pro eo quod inter. proferunt.
2 Pro quibus facit, quia vbi † iuramentum seruari potest ab
sque dispendio salutis æternæ, seruandum est. c. cum con
tingat. c. si vero. de iureiurā. c. 2. de pact. lib. 6. Et in iuramē
to inest clausula, quod iurans omni meliori modo obliga
tur. d. c. ad nostram. l. cum pater. §. filius matrē. de l. 2. Item
facit quod voluit dom. Abb. per illum. tex. in c. cum tēpo
re. de arbitris. vbi dicitur, quod iuramentum adeo firmat
3 † compromissum. quod pōt precise agi ad obseruantiā lau
di, nec est opus agere ad interesse. Et de hoc videtur casus
in c. ad querelam. quod ad hoc ponderat do. Ant. ibi, extra
4 ne præla. vic. fu. Item, quia † factum iuratum debet in for
ma specifica adimpleri, nec sufficit illud adimpleri per, æq
pollens. d. c. ad nostram. vbi do. Abb. in 2. col. ad hoc illum
tex. notat, & dicit tenendum menti, & c.

ADDITIO.

a Tenetur ad factum. Idem tenet Mathe. sing. 54. nu 2. & in
quantum hic dicitur quod iuramentum semper est seruan
dum quando potest seruari sine dispendio animæ, limita
secundum Io. And. in addit. Spe. in ti. de iureiur. super rub.
vbi dixit quod si aliquis iurauit non fideiubere pro aliquo
& postea proximior eius sit in magno periculo constitu
tus nili pro eo fideiubeat, quod hoc casu non obstante iu
ramento poterit fideiubere, nec incidet in periurū. quod
dictum pro valde singul. refert & sequitur Ias. in §. item
si quis. col. 16. Inst. de actionibus.

XIX.

1 *Princeps si concesserit feudum alicui prose & suis filijs, vtrū*
filiorum nomine comprehendantur nepotes? & nu. 5.
2 *Iure competens frustra precibus imploratur.*
3 *Feudi concessio prose & filijs suis, quousque protendatur.*
4 *Contractus feudalis natura quæ sit.*
5 *Feudum an sit contractus, vel potius gratia.*

1 VOlo quod teneas cordi vnum singulare, quod est de
pane lucrando. Tu habes, quod † in contractibus ap
pellatione filiorum non continentur nepotes. Bar. in l. libe
rorum. in 4. col. in fin. ff. de verborum significatio. Pet. de
Anc. in cle. 1. de pœ. Bald. in repe. l. in suis. de liber. & post.
Imo. in l. quod dicitur de verbo. obligat. Ant. de Butr. in c.
quibusdam. extra, de pœn. Ias. in l. quæ de tota. ff. de legatis
1. & alibi sępe Doc. Modo quæro, princeps concesserit ali
cui feudum pro se, & filijs suis, vtrum in materia feudali
cōprehēdātur nepotes? Et prima facie videtur dicendum
ꝙ non, quia feudum est contractus, vt dicit Bar. in l. iuris
gentium. §. quinimo. col. 5. ff. de pact. & post eū Ias. ibi Bal.
& Ang. in l. legitima. eo. ti. Sed in contractibus (vt proba
ui) appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes
ergo nec etiam in feudis. Et hāc opinionem sequutus fuit
Salyce. in l. 2. in 21. quæstio. C. de iur. emphyte. formando
quæstionem emphyteuti, & concludendo, quod etiā
am in feudis appellatione filiorum non continentur
nepotes. & hoc probat per plura fundamenta, vt ibi per
eum, & vltimo loco, in materia feudali allegat textu.
in capi. 1. §. & quia vidimus versicul. cum vero Conra
dus. qui feud. dar. poss. licet ipse non inducat, ibi dicitur, ꝙ
in feudis appellatione filiorum non continentur nepotes,
& hoc probatur, dum ibi dicitur quod Conradus extēdit
consuetudinē quæ loquebatur in filijs, ad nepotes. si enim
venirent, nō diceret litera, producere dignaretur, quia nō
esset producere, sed extēdere, sed declarare potius. & fru
2 stra precibus imploratur, † quod à iure communi concedi
tur. l. 1. ff. ad mun. In contrarium habes tex. singularem in
1. in versi. & si clientulus. de alien. feud. in vsib. feu. videli
cet, quod appellatione filiorum comprehendantur nepo
tes, & omnes descendentes masculi. & hoc probat ille tex.
dum æquiparat istos duos casus, videlicet, quando quis re
cipit pro se, & filijs suis. nā primo casu, intelligitur de om
nibus heredibus masculis, parimodo, quando quis recipit
pro se & filijs suis. & illum tex. exclamat ad hoc do. Alc. in
l. Gallus. §. instituens. in 4. col. ff. de lib. & post. vbi dicit, te
ne menti, quia sat erit, si hodie aliud non addisceres. Et
hanc partem tenuit Bal. in c. quæ in ecclesiarum. in pe. co.
ver. sed pone. extra de const. vbi dicit quod si concessum
3 est feudū alicui pro se & filijs suis, † intelligitur vsquein in
finitum, quia materia est indifferēs quo ad gradum, vnde
hoc nomen filius, ex natura illius concessionis, significat
totam lineam descendentem sed si materia esset differens
quo ad gradum, intelligeretur solum de liberis primi gra
dus allegat in arg. l. iubemus in prin. C. ad Treb. idem etiā
voluit Pe. de Anc. in commento c. canonum statuta de cō
sti. post mediū, dū tractat de interpretatione statutorum,
in versi. tertio principaliter quæritur, si in statutis sit men
tio filiorum, vtrum comprehendantur nepotes ex filijs?
vbi refert, ꝙ magnæ scientiæ & famæ doctor, do. Frāciscus
de Albergotis, de Aretio, consuluit, quod in concessione
facta p quendam Comitē, cuidā Aretino recipienti pro
se, & filiis suis masculis quoddam feudū cōprehēderētur
descendentes ex linea masculina, quia feudū est quoddam
beneficium. c. 1. in fi. in titu. ex quib. cau. feud. amit. c. 2. de
cog. feud. & in beneficiis appellatione filiorum veniūt ne
potes, quia in illis est facienda lata interpretatio contra cō
cedentes. l. fi. ff. de const. princ. c. cum dilecti. de donat. sed
in larga significatione appellatione filiorum veniūt nepo
tes. l. liberorum. l. iusta. de verb. signi. l. filium habeo. ff. ad
Mace. ſtræterea ſm eū, verbū filiis masculis, non est appo
sitū, vt restringat naturā, cōtractus feudalis quæ est, vt trā
seat ad oēs descendētes p lineam masculinā, sed est appositū ad discernendū lineā transuersalem, & fœmineā, prout
est illius cōtractus natura, secūdū quā verba debent intel
ligi. l. si stipulatus. ff. de vsu. l. si vno. ff. loca. Item † verbū fi
lii, non est appositum in concessione causa restringendi,
sed causa ampliandi beneficium, vt ex persona propria fi
lius habere dicatur, nō vt hæres patris stipulantis. l. quod-
cūque. §. si quis. ita de verb. obl. vnde persona filii cui facta
est acquisitio, debet transire ad nepotem & ita resider] An
ch. Adde, ꝙ idē voluit Bar. in d. l. liberorū in 4. col. versic.
Quæro qd in rescriptis. vbi dicit, ꝙ si princeps cōcedit ca
strū alicui, & filiis suis, ꝙ intelligitur ēt de nepotibus, qa
largissime est interpretādum. l. fi. de cōst. prin. Et hāc par
tē affirmat ēt do. Ias. in l. de qbus. ff. de leg. & in d. l. Gallus
§. instituens aliquibus mediis eam corroborans, licet di
cat quod dict. versic. & si clientulus superius inductus
per Alexandrum hoc non probat, & quod eius inductio
non est vera, dum dicit, quod ille textus æquiparat
feudum

feudum quando est concessum filijs, vel quando est concessum hæredibus masculis, quia tex. non facit istam æquiparationem. solum enim dicit, quod verbum sine hærede in feudo intelligitur sine filio masculo, & sic ille tex. bene dicit quod, appellatione hæredis, intelligitur, id est, filius masculus, sed non dicit econtra, quod appellatione filij, intelligitur de hærede, & sic, dicit ipse, Ale. non bene ponderat, quia ponderat econtra, quam dicat tex. Et licet gl. ibi, hoc idē affirmet, per tex. in d.l. liberorum. tamen dicit ipse frivolum est eius fundamentum, quia in contractibus appellatione filiorum non continuentur nepotes. Tamen quicquid ipse dicat, mihi videtur quod ille tex. bene probet. Et ad hoc illum tex. ponderat gl. ibi, in verb. dominū in fin. & Iaco. de Belui. in versi. opponitur iterum. & Bald. ibi, in 2. col. vbi dicit non esse tex. clariorem in iure. Alua. etiam in 1. not. Laud. Præp. & omnes alij. & probo, quia si accipere pro se, & hæredibus, idem est quod accipere pro se & nepotibus, eodem modo, quando aliquis accipit pro se, & filijs, quia appellatione filiorum comprehenduntur etiam nepotes in fauorabilibus. d.l. iusta. d.l. filii. de verb. sig. Nec est frivolum fundamentum gl. imo solidum, quia feudum non est contractus (vt ipse dicit) sed beneficium. c. 2. de cog. feud. & dicam statim. Non obstat modo illud,
6 quod dicebatur in prin. quod feudum est contractus, Bar. d.l. liberorum. cum simi. quia respondet do. Ale. in d. §. instituens. quod feudum, non est proprie contractus, sed potius dicitur gratia, vt dicit Bald. post Iaco. de Belui. in prælud. feu. quia participat magis de lucro, & beneficio, quam de onere. vnde debet ei attribui, de quo magis participat, arg. l. quæritur. ff. de sta. hom. Minus, quod dicit Salyc. quia emphy. §. adeo. Inst. loca. & in cōtractibus debet fieri stricta interpretatio. l. quicquid ad stringendæ. de verb. obl. Secus in casu nostro, vbi agitur de gratia (vt sepius dictū fuit) & in illis fieri debet lata interpretatio. l. fi. de constit. prin. Nec versi. cū vero. Conradus. obstat, quia ad illud respondeo, ex mente Bal. ibi, quia verbum filius, ponitur tanquā terminus, priuilegium, in illo tex. quasi dicat, quia antiquitus feudum extendebatur vsque ad vitam fidelis tantum, postea fuit prorogatum ad filios, verbum filius ponebatur tanquam terminus priuilegium, quasi priuans, & corrigēs legem antiquam, ideo stricte interpretabatur. l. si quando. C. de inoffi. testa. vnde merito non extendebatur ad nepotes, nisi fuisset facta extensio per Conradum. Hodie vero ex quo facta fuit dicta extēsio, verbum, filius, ponitur gratia designandæ prolis, vel in honorem sanguinis, & sic quādo aliquis accipit feudum simpliciter pro se, & filijs, intelligitur de nepotibus, & omnibus descendentibus. d. versi. & si clientulus. & c. 1. de grad. succes. in feud.

XX.

1 *Testator si in testamento suo iusserit omnia sua bona diuendi pro collocandis mulieribus, an viduæ comprehendātur?*
2 *Molendinum si quis conduxit destructum, ea lege & conditione, vt reficiendum curaret, an de prima refectione tantum id sit accipiendum?*

1 TEstator in testamento suo mandauit bona sua distribuiin maritandis mulieribus indistinctè. Queritur, nunquid fideicommissarii possint dotare viduas, pauperes, & egenas? Bal. singulariter in præmio decret. in 4. col. in prin. in versi. sed pone. determinat quod tali casu prædicti exequutores non possint eis aliquid dare, quia dispositio testatoris intelligitur de primis, & non de secundis nuptiis. allegat tex. in l. boues. §. hoc sermone. de verb. sig. Idē voluit Card. in consi. 49. incip. cum testatoris voluntas. in 2. col. in versi. ad secundum. vbi dicit, quod legatum factū debentibus maritari, non comprehendit viduas, quę non dicuntur maritari, sed remaritari. Confirmatur per illud, quod notanter voluit Alb. in l. beneficium. in secunda columna, versi. si autem in priuilegio. ff. de const. princ. videlicet, quod si princeps concedit priuilegium alicui pro se & hērede suo, intelligitur de primo. allegat l. antiquitas. C. de vsufru. Similiter si testator reliquit fratribus S. Fracisci, vnam pictantiam, intelligitur de prima, quia semel tantū debet præstari. ita notanter Bart. in l. pen. ff. de annu. leg. d. §. hoc sermone. Adde quod voluit Bal. in l. licet in 2. col. in
2 q. 4. C. loc. vbi dicit, quod si aliquis conduxit molendinū destructum cum pacto quod deberet ipsum reficere, intelligitur de prima refectione tantum. Facit etiam quod si princeps cōcedat indeterminatè securitatem alicui banni to eundi & redeundi, intelligitur de prima vice tantum. Ita notanter Bart. in l. 1. ff. ad legē. Iuli. maiest. per d. §. hoc sermone.

XXI.

1 *Donatio, quæ incipit a precedenti promissione, & non a traditione si postea res donata euincatur, donator tenetur de euictione.*

1 DOnatio quæ incipit à præcedenti promissione, & non a traditione, si postea res donata euincatur, donator, tenetur de euictione. l. Iulianus. §. 1. ff. de verbo. obligatio. l. 2. vbi gl. Bal. Ang. Saly. notant, C. de euictio. l. Aristo. vbi Bar. ff. de dona. Quæritur modo quid si aliquis promisit titulo lucrativo rem in specie tradere, puta seruum Stichū, si postea res illa euincatur, an donator teneatur de euictione? Videtur dicendum quod sic, quia etiam in casu isto donatio incepit à promissione, iuribus præallegatis. Contrarium tamen singulariter determinat Bar. in l. à substituto. §. fi. cum l. seq. per illum tex. ff. de leg. 1. videlicet quod in casu isto non teneatur de euictione, imo liberetur tradendo rem qualis est. & illum te. ad hoc dicunt perpetuo notandum do. Alex. Paul. Arc. & Ias. ibi si vero promisit rem tradere in specie titulo oneroso, videlicet emptionis, dicit Bal. in d. §. hæres. quod tunc tenetur facere accipientis. allegat l. ratio in prin. ff. de acti. emp. Et hoc procedit ex natura contractus, de cuius natura est, at quis teneatur ad translationem dominij, si est dominus prout dicit Bart. & scribentes in l. in conuentionalibus. §. si quis vacuam. ff. de verbo. oblig.

XXII.

1 *Tutor non potest alienare bona pupilli, nisi eruenient etiam necessitate, nisi adhibito decreto iudicis.*
2 *Lex solum requirit decretum iudicis, quando alienatio fit à tutore, vel curatore, aut ab ipso minore, non autem generaliter ab omnibus.*
3 *Amoris paterni mira vis.*
4 *Pater est legitimus administrator filij in potestate.*

1 VOlo quod habeas vnum singulare, quod est satis notabile, & quotidie euenit in practica. Nos habemus, quod tutor non potest alienare bona ipsius pupilli, etiam in casu necessitatis, nisi interueniat decretum iudicis. l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. in fi. l. magis puto. §. ne passim iun. gl. ff. de reb. eo. Quid dicemus in patre legitimo administrare in bonis filiorum, in quibus est vsufructuarius, an possit alienare prędicta bona sine decreto iudicis, ita q̄ maior in hoc reputetur authoritas patris, quam tutorei? De hoc habes singulare, & nota. dictum Azo. in tit. de bo. quæ lib. in 2. col. circa medium, in ver. nec puto, quod exigatur &c. vbi tenuit decretum non debere exigi à patre alienāte. Nec enim (dicit ipse) absurdum est, si patria potestas, quæ naturalis est, & primitiua, plus possit, quam tutoris authoritas, quæ est inuenta ad imitationē patrię potestatis. l. vltim. C. de sen. pass. quod dictum refert, & sequitur Bal. in l. præses. C. de transf. vbi Rap. Cum. Paul. de Cas. dom. Ale. & Ias. dicunt esse valde singulare. & mēti tenendum. Idē voluit. do. Ant. & Imo. in ca. cōstitutus. extra de in. inte. rest. & Bal. & Cu. in l. 1. ff. de reb. eorū. Ro. in l. filius familias. ff. qui satisdar. cog. Aretinus in l. finali. §. pupillus. ff. de verborum obligationi. Iason. in l. singulari. ff. si cert. pet. & est cōmuniter approbatum, vt refert Cur. Sen. in d.l.

d.l. præses in 4. col. in prin. Et sequendo hoc dictum, illud
2 †comprobare possumus, quia lex solum requirit decretū, quando alienatio fit à tutore, vel curatore, aut ab ipso minore, non autem generaliter ab omnibus. d.l. lex quæ tutores. Vnde cum in casu isto quando alienatio fit à patre, sit diuersa ratio à prædictis, tum propter confidentiam quā habet lex de patre, tum propter ius quod habet ipse pater in bonis filij, non debemus dicere, quod lex requirat decretum, maxime cum in l. fi. §. fi æs alienum. & in §. ipsum aūt C. de bon. quæ liber. ponatur forma alienandi, & tamen de decreto verbum nullum quod sciuisset dicere Imperator, si hoc voluisset. l. 1. §. vbi autem in fi. verb. C. de cadu. tol-
3 lend. Item facit, quia amor paternus adeo magnus est, & efficax. l. fi. C. de cur. fur. l. isti quidē. §. fi. ff. quod met. cau. vt præsumptio sit, quod non nisi ex legitima, & rationali causa alienaret. pater enim semper bonum cōsilium capit pro filijs. l. nec in ea. ff. de adult. Sin autem absque necessitate, & legitima causa hoc faceret, talis alienatio esset ipso iure nulla. l. non solum. §. cum oportet. C. de bon. quæ li. voluit Bal. in d.l. 1. ff. de reb. eor. allegando tex. in l. 1. C. de bo. mater. Sali. tamen in d.l. preses. tenuit contrarium, per l. cū emancipatis. C. de præd. min. vbi dicitur, quod pater non potest alienare prędia filiorum sine prælidis authoritate. Sed ille te. loquitur in filio emācipato, cui pater datus erat curator. Secus est in filio in potestate, quia pater tanquam
4 legitimus administrator, plus iuris habet quam tutor, vel curator. Patet, quia est vsufructuarius. l. cum oportet §. fi quis quia ita. C. de bon. quę lib. §. igitur in fi. Instit. per quas perso. nob. acqui. Item potest cōstituere procuratorem ante litem contestatā, vt dicit Bar. & communiter scribentes in d.l. 1. C. de bon. mater. reprobata glos. ibi. Dom. Iason. etiam in dict. lege. præses. arguit. contra dictum Azo. quod non sit verum, quia quando permittitur alicui facere, quę facere non poterat, intelligitur seruata solennitate debita. l. fi quando iuncta gl. C. de mi. offic. testa. Sic. in casu isto debet intelligi concessio facta patri per tex. in d.l. fi. §. fin autem in ęs alienum. Item ponderat tex. in d. §. fin autē in verb. licentia habeat, rite res filiorum fami. vendere quæ dictio importat iuris solennitatem. l. non putauit. §. non quęuis & ibi Bar. ff. de contratab. & sic solenniter & cū decreto. Tamen ad prędicta possumus respondere, quod tex. gl. in d.l. fi quando loquitur in illo, qui est habilitatus ad testandum, in quo consideratur etiam ratio solennitatis requisitæ in testamentis de qua in l. fi. C. de fideic. Secus in casu nostro, in quo cum lex (vt dixi) plurimum confidat, de patre, non est considerabilis ratio decreti. Minus, quod vltimo loco direbatur, quia illa dictio rite, habuit respectum ad modum procedendi in ipsa alienatione superius positum in illo tex. videlicet vt prius mobilia, deinde immobilia vendantur, non autem ad decretum &c.

XXIII.

1 *Domini terrarum an suis subditis possint collectas imponere.*
2 *Collectarum impositio est de regalijs.*

1 DOmini terrarum t qui habent merum & mixtum imperium in suos subditos, volunt imponere eis collectas. Quæritur an possint? Videtur dicendum quod sic, quia cuius ipsi sunt, eiusdem omnia sua esse cognoscant, dicit tex. in l. fi. C. in quib. cau. colo. dom. accusa. poss. lib. 11. In contrarium habes notabilem doctrinam Bal. in l. cū multa. in fi. C. de bo. quæ li. vbi dicit, quod domini nō possunt compellere vasallos præstare collectas, vel angarias. allegat textum in l. extat. ff. quod met. cau. & in l. domini prędiorum. C. de agrico. & cens. lib. 11. Ratio, quia impositio col
2 lectæ, est de regalijs, † & soli principi competit. c. 1. q̄ sint rega. in vsib. feud. & subdit, quod ita tenebat Richar. Malū. & dicit hoc bene notandum. Adde, quod Bal. etiam in l. hi quibus. C. de fideic. liber. dicit. quod nobiles subditis suis, nō possunt imponere talleas, quia ingenui sunt, nisi ex cō suetudine, vel conuentione hoc ipsis nobilibus competat. nam secundum eum, debita seruitia debent suis finibus esse contenta. allegat textum in l. cum scimus. §. caueat C. de agric. & cens. lib. 11. & not. per Archi. in c. dilecto. de offic. Archi. Idem & ante eum voluit Bar. in l. 1. in fin. cōment. C. de excusatio muner. dicens, quod habens merum & mixtum imperium non potest collectas imponere. Hāc partem sequutus est etiam dominus Iaco. de. San. Geor. in tract. suo feud. in clausula, cum mero & mixto imperio in versi. quero. vterius, mihi in 6. col. Adde dominum Ale. in consi. 35. incipiente, Viso themate. in 1. col. in 2. volu. vbi limitat prædicta, nisi consuetudo tanti temporis, quod nō extet memoria de eius initio. sit in contrarium. cap. super quibusdam. §. preterea de verb. sig. Vel, si ex pacto sit contrarium inter dominos, & homines conuentū, vt in comitibus Valpergiæ & ita etiam tranſit Iac. de S. Geor. in tract. de homa. mihi in 20. col. ver. iuxta prædicta quæro. Vide etiam Spe. in tit. de feud. §. quoniam super homagiis ver. & not. quod vasalli comitum, & baronū vbi enumerat sex casus, in quibus vasalli debent seruire, & obedire domino suo de quibus vltra Ioan. And. vbi vide plene per Ioan. Rainal. in repe. c. Imperialem. §. sumitur in pe. chart. in tit. de prohi. feud. alie. per Fed. Non obst. adducta in cōtrariū, quia intelliguntur quo ad protectionem & defensionem: non quo ad exactionem collectarum, quia cum sint regaliæ, soli principi competunt capitulo 1. quæ sint rega. colla. decima. & ita soluit Baldus in d.l. cum multa.

XXIIII.

1 *Proclama factum, quod qui indicauerit malefactorē, habeat centum pro præmio, an si quis seipsum indicauerit, & socios sceleris, illud præmium consequi debeat. & nu. 3.*
2 *Delictum in omittendo leuius est, quam in faciendo.*

1 IMpositum est proclama, quod† quicunque denuntiaue rit tale homicidium, vel tale furtum, habeat centū. Ali quis indicauit seipsum, vel socios, cū quibus patrauit facinus, an debeat consequi præmium prędictum? Videtur, q̄ sic per tex. in l. si quis. §. si ex stipulatu. ff. ad Silla. vbi seruus qui fuit particeps delicti contra dominum, si postea egerit necem domini, debet præmium consequi, & pœnam euitare. In contrarium habes tex. singularem in l. idem. §. si tibi, ff. de cōd. ob tur. cau. vbi dicitur, quod præmium cōcessum indicanti malefactorem, non conceditur indicanti seipsum, vel eius socios, quem tex. Ang. ibi ad hoc dicit singularem, & quod ita de facto alias fuit obseruatum. cū in nocte Veneris sanctę fuisset interfectus quidam nomine Forniolus, sub spe præmii quinquaginta aureorum, indicauit seipsum & socios, & fuit suspensus. & illum te. ad hoc no. ibi Bar. & Pau. Cas. & dominus Alex. vbi dicit, ad hoc signanter notandum. Idē voluit Saly. in l. 1. C. de mu. quæ seru. prop. se immis. Non ob. tex. allegatus in contrarium; quia ibi seruus non fuit particeps criminis in faciendo sed in omittendo, & sic non prastando auxilium domino, quod delictum facilius remittitur. l. 1. impubes. ff. ad Silla. & ita Bar. & post eum Ang. ibi; respondent. Prædicta tamen limita, nisi in proclamatione fieret expressa mētio, quod etiā participib. delicti remittatur pœna, quia tūc
3 bene liberabuntur, vt asserunt prędicti scribentes in dicto §. si ti. per tex. in auth. nouo iure. C. de pœn. iudi. qui mal. iud. & l. non omnes. §. fi. ff. de re mi. Limita secundo notanter per tex. in c. si quis Papa. in fi. 70. dist. vbi est te. quod si aliquis propalauerit tractatum mortis pontificis, etiam q̄ sit particeps consilii, non solum purgatur ab omni culpa, sed etiam remuneratione debet subleuari, ita limitat Fel. in c. 1. in 3. col. de of. & pot. iud. del.

XXV.

1 *Homicidium an dicatur patrasse is, qui cum manus conseruet cum altero, mediatorem occidit. & nu. 2.*

1 DVo deuenerunt ad manus, tertius bono zelo se interposuit ad diuidendum, & fuit occisus ab altero istorum. Quæritur an occidens debeat puniri de homicidio? Tu habes glossam singularem de hoc in l. secunda. C. ad legem Corneliam de sica. inquantum illa glossa.

dic

dicit,vel vt puto etiam alium. Et sic sentit,quo l non solũ, si quis occiderit aggressorem & alium,qui cum eo fuisset prout gl.in prin.ibi intellige literam,sed etiam si occiderit mediatorem,non debeat puniri de homicidio. Intelli-
2 ge tamen hoc verũ, quãdo ipse esset constitutus in discrimine vitæ,nisi media orem interfeciss:,quia aduersarius superabat eum,& ipse propter interpositionem mediatoris non poterat se tueri. Vbi autem non esset in tali periculo,bene teneretur de percussione & occisione,etiam si præter intentum eum interfeciss:t, licet tunc lege Cornelia non puniatur,ex quo in dolo non fuit,l.scientiam.§.q cũ aliter.ff.ad legem Aquil & ita intelligit illam gl.Ange.ibi, quam ad hoc dicit singularem,& mirabilem. Adde quod illam gl.reputat etiam singularem,do.Ias.in l.vt vim in 7. col.ver.Nunquid autem &c.ff.de iusti.& iur.& post eum Aquens.ibi in 8.col.& dominus meus Alciat.in tract.præsump.in 39.præsump.in fin.

XXVI.

1 *Sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo actu tantũ.*

1 REgula est no.in iure,t quod sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo actu tantum.l.boues.§. hoc sermone.ff.de verb.signi.l.dotis promissio.vbi Bart.ff.de iur.dot.gl.in l.eum qui calendis.ff.de verb.oblig. Quærit modo de no.quæstione. Testator in testamento suo mãdauit filię fugne nuberet nisi mercatori,vel filio mercatoris, & si aliter faceret,priuabat eam hereditate,ipsa primo nupsit mercatori,post modum eo mortuo contraxit secundas nuptias cum quodam nobili,vtrum debeat consequi hæreditatem? Certè quilibet diceret quod sic,quia sufficit ꝙ prima vice mercatori nupserit, vnde videntur habere locum prædicta iura. Contrarium egregie, & multum notanter consuluit Oldra.in consi.15. incip. thema tale est. motus per gloss.singularem in l. hoc genus quam scribentes ibi sequuntur.ff.de condit.& demonst.videlicet, quod in casu isto debet priuari hæreditate,qa sermo negatiuus actu primario non finitur,secundum gl.in d.l.hoc genus. & supradicta regula in contrarium allegata,limitatur habere locum in sermone permissiuo,secus in negatiuo.secundum prædictam gl.fi. Et illud consilium Old.refert & sequitur Pau.de Cast.in l.hoc genus & dicit,quod semel fuit de illo recordatus & de illa gl.& habuit honorem. Adde do. Ias.in l.diuortio.§.quod in anno.in 4.col.ff.soluto.matr.& Fel.in ca.innouamus.in vl.col.extra de treug.& pac.& do. meum Alc.in d.l.boues. §.hoc sermone. Vide etiam insignem doc.d.Alex.in solenni sua rep.§.morte.l.non solum in 38.col.ff.de noui oper.nunt.

ADDITIO.

Adde alias limitationes per And.Tiraq.in d.§.hoc sermone.

XXVII.

1 *Rem promittens tradere in genere,an etiam teneatur dominium transferre.*
2 *L.si rem tradi.ff.de verb.oblig.limitatur.*

1 TEX.in l.rem tradi.ff.de verb.obli.dicit,quod ille qui promittit tradere,non tenetur transferre dominium & non transferẽdo nõ tenetur de euictione. Quæritur modo,quid si aliquis promisit tradere rem in genere, puta decem salmas frumenti,an isto casu teneatur ad translationẽ dominij? videtur quod non,per supra dictam l.Contrariũ singulariter determinauit Bar.in l.si à substituto.§.hæres. cum l.seq.ff.de leg.1.per illum tex.iuncta gl.in verb.dare. videlicet,quod quando aliquis præmittit rem in genere, tunc bene tenetur dominium transferre,non obstante ꝓmissione facta,per verbum trado,quod in obligatione generis importat dominij translationem,& illum tenet ad hoc ponderant,& extollunt ibi, Imo.do.Ale.Pau.de Castr.& Ias.Et hoc procedit magis ex qualitate negotij,& sic ex natura rei,quia in genere,quã ex natura cõtractus.prout in simili dicit gl.in l.q concubinã.§.si hæres.de leg.3.& in l.si domus.§.de euictio.ff.de leg.1.Bar.Bal.Saly.& Pau.in l.ex
2 empt.ff.de actio.empt.Et sic ꝺ per supradicta patet limitatio ad.d.l.si rem tradi.videlicet,vt procedat quãdo aliquis promittit rem tradere in specie,& non in genere & ita sintelligunt scribentes in d.§.hæres cũ l.seq.in ci.quę de legato.ff.de leg.1.

XXVIII.

1 *Venditor,qui vendidit equum cum omnibus vitijs,si facta vẽditione equus reperiatur laborare aliquo morbo, anteneatur.*
2 *Fraus vel dolus non dicitur inferri scienti.*

1 ADuerte,quia dicam tibi causam quotidianam.† Aliqs vendidit equum,quem sciebat morbosum, vel vitiosum,& tẽpore venditionis,fuit protestatus,& dixit se vendere illum equum cum omnibus vitijs,suprofibus,spinelis,& magnagnis,& quod non valebat de aliquo teneri,facta deinde venditione emptor inuenit equum laborantem dolore spatulæ,quem tempore venditionis non demõstrabat,quia erat calidus,vult agere redhibitoria, vel quanto minoris contra venditorem,quæritur an venditor teneat? Et certe videtur quod non per tex.in l.si tamen.§. in delicijs.ff.de ędilit.edicto.vbi dicitur,quod emptor qui emit seruum quem sciebat fugitiuum,si egerit contra dominũ ædilitijs actionibus,puta redhibitoria vel quanto minoris potest exceptione repelli.hc etiam in casu nostro. In contrarium habes notab.dictum Spe.& post eum Ioa. And. in addi.ad ipsum in titu.de emp.& vend.§.nunc videndũ versi.quod si venditor.per tex.nota.in l.quæro.& in l.tenetur.§.si.ff.de actio.empt.videlicet, quod venditor tali casu tenetur,ex quo nõ propalauit in specie morbũ, quo equus laborabat. Nam in generali sermone non præsumitur quis velle renuntiare iuri, cui in specie non renuntiasset.argu.l. sed si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau.& in reg.in generali. de regulis iuris in 6.Imo plus voluit Io.And.in dicto versiculo quod si venditor.quod si aliquis venditor expresserit vitium latens sub inuolucro verborum,dicendo,vendo, equum pro cæco,claudo,dolente spatulas, & calcitroso, quod nihilominus prædictæ actiones [poterunt intẽtari contra prædictum venditorem,quia præsumitur fraudulẽter hoc fecisse,immiscendo cum alijs morbis quos equus non patiebatur. Adde,quod idem volunt Im.Ang.& Ale. in§l.si quis cum aliter.ff.de verbo.oblig.Cy.Baldus.& Sali. in l.1.C.de ædilit.actio.Ang.Pau.& Moder. in l. pacisci.ff. de pact.Fanor.in c.cum contingat.in 19.col.extra de iure iurand.& do.Alexand.in repe.l.non solum.§.morte.col. 53.ff.de no.ope.nunt. Non obstat tex.in dict.§.in delitijs
2 adductus in contrarium,quia ibi emptor sciebat in specie de illo vitio,& scienti fraus neque dolus dicitur inferri. l.cum donationis.C.de transact.l.quæritur.§.si venditor. ff.de ædilit.edic.

XXIX.

1 *Mercatoris valisiam inueniẽs,florenis grauidam & tumentem,an debeat præmium consequi.*
2 *Rei alienæ inuentor nisi restituat,furti tenetur.*

1 SI quis inuenit† valisiam mercatoris,plenam florenis,& pro restitutione ipsius petit præmium,mercator illud dare recusat, Quæritur nunquid inuentor possit illud ijcõ sequi? Dicas quod non,de hoc do tibi tex.no.in l. falsus.§. qui alienum versi.quid ergo.ff.de fur.vbi dicitur,quod nõ probe faciunt,qui præmium pro re,inuenta petunt, ꝓ re vero inuenienda benæ premium peti potest.argu.l.nauis onustæ.§.si nauis.ff.ad leg.Rhod.de iac.l. idem.§.si tibi.ff. de cond.ob turp.cau.notat Bartolus in dicto §.qui alienũ. Host.tamen in c.dudum extra de electio.arbitratur non esse iniquum vt aliquid detur inuentori,vt alliciatur poti' ad manifestandum quam ad occultandum.arg.dicti §.si tibi.tamen ille tetrus non probat,vt dicit do.Abb.in dicto capitu.dudum. in 6.colum.in fine quia loquitur,quando ille à principio conuenit eum domino pro indicando seruo. Secus in casu nostro, vbi res erat inuenta,dicit tamen ipse prædicta notanda in practica, quia magna est

2 est authoritas Hosti. Aduerte tamen quod inuentor † rei alienæ illam non restituit,tenetur furti. d.§. qui alienum. vnde consilium est,quod si quis velit euitare furtum,ꝙ faciat rem illam preconizari,vt venienti domino illam restituere possit iuxta te.in d.§.qui alienum.notat gl.& post eũ Panor.in c.quia frustra.extra de fur.Si tamen inuentor non habuerit animum furandi,sed restituendi domino,si comparet,& hoc comprehenderetur ex probitate,& integritate inuentoris,& ex verbis per eum prolatis,tunc etiam, quod nõ fecerit illam preconizari,non tenebitur de furto maxime quia consuetudo hodie inoleuit,quod perdens facit preconizari. Vide tex,in d.§.qui alienum. habebit locũ ad euitandam omnem suspitionem,quæ(vt dixi)ex qualitate inuentoris purgari potest.& ita voluit noster Siculus do.Abb.in c.ex literis in 1.col.extra de furt.

XXX.

1 *Pater si dilapidet bona,quo remedio filijs prouideatur.distin. num.2.*

1 PAter habens† multos filios,dilapidat omnia bona, filij non audent petere quod ei interdicatur bonis, sed petunt quod pro eorum alimẽtis assignetur eis aliqua possessio de bonis patris, quæritur an talis petitio de iure procedat? Tu habes de hoc no.& singularem doctrinam Bal.in l.2.C.si quid in frau.patron.in 1.colum.in fine.vbi notanter dicit,quod si pater dissipat bona† filiorum,puta aduentitia,tunc anfertur tibi administratio,per l.fi.§.minores.C. de sent.pass.Interdum pater dissipat bona propria,subiacẽtia restitutioni faciendæ filiis,& tunc aufertur sibi possessio,& assignatur filijs,vt tamen pater inde alatur.l.Impera-
2 tor.ff.ad Trebe.Si autem sunt bona† propria,& libera ipsi' patris,& tunc teneo,quod possint filij petere assignari tot bona paterna,vnde viuere possint,qa pater debet eos alere.Item quia hoc est vtile sibi, & filiis.Ideo ad similitudinem dotis,quæ restituitur mulieri,vt se alat & filios,cum maritus male vtitur substãtia sua,assignabũtur sibi aliqua bona,vt alimenta non desint ar.c.per vestras extra de don. & l.vbi adhuc.C.de iur.dot. Et hanc decisionẽ Bal.dixit singularem Pau.de Cast.in d.l.2.in 2.col.circa fin.& Rom. in l.2.§.quod si in patris.ff.solut.mat.Hanc eãdem opinionem tenuit Alex.post Paul.& Pont.in d.l.Imperator.in 4. col.vbi dicit hanc decisionem Bal.singularem,& menti te nendam. Idem voluerunt Modern.in l. si constante.in 29. col.ff.solut.matrimon.

XXXI.

1 *Homicidium si quis admiserit, cuius gratiam obtinuerit à principe eodem relabatur,& secundam gratiam consequatur,nulla mentione primæ facta,an secunda valeat?*
2 *Princeps non præsumitur velle promouere odiosos & criminosos.*
3 *Ad spurij legitimationem exprimendæ sunt qualitates.*

1 SI aliquis commisit† homicidium,& pro eo obtinuit gratiam à principe,deinde aliud homicidium patrauit, & obtinuit secundam gratiam,non tamen facta mẽtione de prima quæritur vtrum secunda sit valida? Dic singulariter quod non. Istud fuit singulare& no. dictum Guliel. de Curt. in leg.3. per illum textu .C. de episcopis audien. quod Baldus.ibi in 2.colum.dicit memoriæ tenendum.refert & sequitur Rom.in l.de pupillo.§.si pluribus ff.de do. And.sicu.in c.super literis.35.col.extra de rescrip. se vidisse quendam decapitari in hac ciuitate Bononię,nõ obstante gratia quam habuerat,ex quo primum homicidium silentio præteriit. Adde quod voluit Bald.in l.Barbarius.in 4.col.circa finẽ ver.si dicatur.ff.de offic.præto. vbi
2 dicit,quod non presumitur princeps in sua dispositione,ꝙ velit promouere odiosos,& multipliciter criminosos.ar. l.Lutius.§.Lutius Titius Damam.ff.de legat.2.Dixit etiã Ang.in l.sed si hac.§.patronum per illum tex.ff.de in ius voc.quod rescriptum principis nõ extenditur ad defectus tacitos & suppressos.Accedat quod in simili voluit nota. Bal.in 9.col.in fin.in versi.sed pone.C. de fideicom.vbi di
3 cit,ꝙ filius ex adulterio & incestu† natus,si fuit legitimatus tanquam spurius,non expressis qualitatibus spurietatis, legitimatio non valet, sicut quando quis est excõmunicatus pluribus excommunicationibus,& supprimit causas excommunicationis.c.ex parte.extra de offor dina.Facit etiam quod voluit Old.in consi.247.vbi multũ egregie,& notanter dixit non valere legitimationem obtẽtã per eum,qui narrauit se spurium,& nõ dixit spurietã ex adulterio geminato, puta ex coniugato & cõiugata.

XXXII.

1 *Legatus generalis Papæ causam alij specialiter delegatam impedire non potest. Et quid ex superuenienti causa?*
2 *Procurator generalis potest ex iusta causa quam dominus ignorauit,mutare ea,q à domino specialiter sunt prouisa.*
3 *Officiales possunt tollere statuta specialia ex noua causa, vel recens veniente ad notitiam.*

1 TEx.in c.studuisti extra de offic.leg.disponit, quod legatus generalis† Papæ causam alii specialiter delegatã impedire non potest. Dubitatur modo,quid si in causa specialiter cõmissa iudici delegato fuerit de nouo orta aliqua causa,vel antiqua detecta,quam fumus pontifex tempore delegationis non considerauit,& talis,quod si considerata fuisset specialiter,non concessa fuisset,vtrum legatus generalis possit inhibere delegato speciali,neprocedat in causa sibi specialiter delegata? Profecto vt dicẽdum quod non, per te.in d.c. studuisti. Oppositum singulariter, & notanter determinauit do.Abb.in c.dilecti.3.in 2.col.extra de appel.& in d.c.studuisti.in 1.col.per tex.no.in l.si hominẽ
2 ff.manda.vbi dicitur,quod procurator† generalis potest ex iusta causa,quam dominus ignorauit,mutare ea,quæ à domino specialiter sunt prouisa. sic etiam in casu nostro legatus generalis inhibebit ex causa,quam dominus non cõsideraui causam alii specialiter delegatam. & hoc dictum Abb.exclamat Ale.in rub.ff.de offi.eius.in 3.col.in prin.& in l.1.eo.tit.22.col.& Iaso.in l.non solum §.morte in 17. col.ff.de no.ope.nunt.& post eum Moderni Florẽtini ibi in 27.col.circa mediũ. Pro quibus facit illud quod voluit Bal.in l.error.in fi.C.de iur.& fact.ign.vbi dicit,quod procurator ex magna causa reuocat cõfessionem dom. Adde quod consuluit Anch.in cõsi.80.in c.domina Exalina.vbi dicit quod abbatissa habens distribuere bona testatoris ꝓpter necessitatẽ superuenientẽ sui monasterii,potest retinere bona pro ipso monasterio. Accedat quod voluit Bal. in l.si in aliquem.ff.de offi.procon.circa fi.quod visitator generalis potest corrigere male factum à speciali visitatore.Non ommitto quod voluit Bar.in d.l.si hominem. vbi
3 dicit se millies dixisse,quod † officiales possint tollere statuta specialia ex noua causa,vel de nouo veniẽte ad notitiã. Vltra prædicta vide etiam quod voluit And.Sic.in rub.C. qui admit.col.22.& Cremen.in sing.suo 151.mandatum. & Corsi.in suo sing.150.super verb.iuramentum.

XXXIII.

1 *Emphyteuta,qui accepit fundum à priuato in emphyteusim, si canonem non soluerit per triennium,iure suo cadit. Limit.nu.3.5.*
2 *Iuramentum regulatur secundum naturam contractus, super quo interponitur.*
4 *Iuramentum obligat data duntaxat facultate.*

a EMphyteuta[a] qui† accepit fundum aliquem in emphyteusim à priuato,si cessauerit à solutione canonis per trienniũ,cadit à iure suo.l.2.C.de iur.emphy. Si vero fuerit emphyteuta ecclesię, requiritur quod sit transactum biennium tex.est in c.potuit edtra de loca. Quid si aliquis accepit rẽ aliquam in emphyteusim, & promisit annuum censum,quem iurauit soluere,nunquid si cessauerit à solutione per annum,priuabitur emphyteusi propter periuriũ an vero requiritur & quod sit transactum tempus statutũ, in prædictis iurib. Inuenio Bal.multum signanter,& singulariter

lariter in c. ꝙrelā. in fi. ex. de iurei. per illū tex. tenuisse, em phyteutā ꝓdictū ꝓp periuriū Itarim posse expelli. Quod dictum Felli. ibi in 4. col. in ver. subdit etiā Bal. cicit aureū. Idem voluit do. Alex. in consi. 175. Adde, quod hoc dictū Bal. exclamat Ias. in l. si quis maior. C. de transac. & in l. ꝙte. in 7. col. ff. si cer. pe. & Parpalias in d. l. si quis maior licet dominus Ias. in d. l. 2. C. de iure emphy. col. 13. in med. sup hoc dubitasse videatur, motus, quia iuramentum regulatur secundum naturam contractus, super quo interponit. l. fi. C. de non nu. pe. vnde in casu isto ita demum debet priuari, si cessauerit à solutione per biennium vel triennium, secundum naturam prædicti cōtractus. iuribus præal. Corroboratur vltra ipsum per illud quod voluit Ang. post gl. in l. emptione. C. plus vale. qđ agi. vbi dicit, quod iuramentum interpositum super contractu simulato, illum nō firmat. nam iuramentum ita est simulatum sicut contractus. & sic clare demonstratur, quod iuramētum regulatur śm naturam contractus. Et licet ipse non respōdeat, hāc obiectionem possumus soluere ex mente Barto. in l. si quis pro eo. in vlt. col. in 8. membro. ff. de fideiuss. quod tex. in d. l. fi. procedat quando in principali dispositione adest defectus
3 consensus, quia † Ille nolebat obligari nisi pecunia sibi numeraretur, vnde etiam si iurauerit, tunc iuramentum propter defectum ipsius cōsensus intelligitur secundum qualitatem primę promissionis, quod quidem non reperitur, in casu nostro, vbi adest firmitas consensus, & ita etiam respondet Socin. ad illum te. licet ad aliud propositum, in l. frater à fratre in pe. col. ff. de cond. inde. & Ias. in l. si insulā. in 18. col. ff. de verb. obli. & in l. si conuenerit in 3. col. ff. de iurisd. om. iud. & Alexandrinus in repeti. §. morte. l. nō solum nu. 76. ff. de no. ope. nun. & eodem modo resoluitur illud quod voluit gl. & Ang. in d. l. emptione. quia etiam in illo contractu simulato deficit consensus vt dicit ibi Bal. & in l. 1. C. de oper. libe. Prædicta tamen limita secundum Bal. in d. c. querelā, nisi paupertas eum excusaret, quia tūc in periurium non incidisset. Pro hoc adducit ipse illum te. quem ad hoc dicit non esse alibi, facit etiam tex. in. breui. iunct. gl. eo. ti. de iureiur. Adde no. per Bar. in l. pe. ff. de iureiuran. & in d. l. quod te. Bal. in c. 1. de alie. feu. Ale. in d. l. ꝙte. in vlt. col. vbi multa ad propositum accumulat. Ratio potest assignari, licet ipse non dicat quia iuramentū † obligat, data duntaxat facultate. c. Beatus. 22. quęst. Panor. in d. c. breui. vnde cum emphyteuta prædictus nō haberet vnde soluere posset, nil mirum, si excusetur, iurib. præal. Aduerte tamen, quod si emphyteuta in paupertatem peruenisset cul pa sua, † & dolosse, tunc putarem eius excusationem admittendam, quia priuilegia concessa propter paupertatem, non competunt illi qui culpa sua, & captiose ad inopiam peruenit. l. pe. ff. de iurt. do. tradit. Bal. in c. sedes in 2. col. extra de rescri. Moder. de Mō. Fer. in leg. 4. §. Gato. in 17. colum. circa med. ff. de verbo. oblig. De æquitate tamen canonica credo, quod semper posset purgare moram per ea, quæ voluit dom. Ale. in d. l. si quis maior. vbi allegat Bal. in d. l. qui crimē. in 12. quæs. C. qui accu. vbi allegat no. in c. apud misericordiam. 32. quęst. 1. & gl. in dict. cap. Beatus. tamen Ale. in d. l. si insulam in duodecima fallen. intel ligit hoc procedere in foro pœnitentiali, vt loquitur quod habetur in dicto capitulo Beatus sed in foro contentioso putat etiam de æquitate canonica saruandum quod habet in dicta. l. si quis maior. quia vbinon reperitur contrarium decisum de iure canonico, standum est iuri ciuili, etiam in terris ecclesiæ. c. 1. de noui oper. nuntia. cum ibi no. & per alia, vt ibi per eum. Et prędicta notabis, quia per alios nō ita inuenies accumulata.

ADDITIO.

8 Emphyteuta Adde Hippoly. de marsi. sin. 226. emphyteuta priuati

XXXIIII.

1 *Riuulus aquæ manantis à flumine publico, si ex meo prædio ad tuum profluat, an meum irrigando possim tuum exicare.*

2 *Seruitus nulla debet causam naturalem, sed aut impositiuā, aut præscriptam.*

1 AVdi, quia dabo tibi vnum nota. quod multoties habebis in practica. Pone, tex flumine publico in capite aquæ dilabitur riuulus aquæ per prędiū meum ad prædiū tuum, vtrū si velim irrigare agros meos, & deficcare tua prædia, vel molendina, possim? Certe videtur quod nō, arguendo ab origine quia in capite aquæ, aqua publica est cō munis. argumen. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. In contrarium habes no. verbum Bal. in c. cum omnes, in 5. col. in medio, in ver. pone ex publico, extra de cōstit. vbi notanter dixit quod postquam aqua est in prædio meo, ego sum dominus aquæ, & de ea possum disponere, ad libitum mcū. l. 1. §. permittitur. l. Lucius. ff. de aqua quo & æsti. Nā cuius alueus priuatus est, eius quoque est aqua. vt l. 1. §. 2. ff. de flumi. l. præses. l. si manifeste. C. de serui. nā defluxus aquę ad prochium, locum, naturalis est, & per
2 hoc nō debet seruitutem inferiori prædio, quia † nulla seruitus debet causam naturalem, sed aut impositiam, aut ꝓscriptam. l. 1. §. fi. & l. 2. ff. de aqua pluuia arc. & sic cū aqua fit libera, potest dominus de ea facere ad libitum suum, & si alij noceat in cōsciētia. ar. l. Procu. ff. de dā. infe. nisi hoc fieret ad publicā æmulationē, puta ad impediēda molēdina alicuius ciuitatis, quia fieri non potest, ex quo est cōtra vtilitatem publicam vt ff. de ope. pub. l. opē. & de ista decisione Bal. meminit do. Ale. consi. 113. col. 1. in 2. volu. & extollit do. Ias. in l. 1. in 18. col. in princ. ff. de acq. pos. in l. quo minus. in 28. col. in prin. ff. de flumi.

XXXV.

1 *Filij legitimati per subsequens matrimonium, an in feudum succedant.*

2 *Intellectus ad c. naturales si de feud. fuer. contro. inter do. & agna.*

3 *Feudi concedendi forma.*

4 *Legitimatio per subsequens matrimonium retrotrahitur.*

1 QVidam habens concubinam, ex ea† suscepit filium, quem postea per subsequens matrimonium legitimauit, vellet modo filius iste legitimatus succedere patri in feudo, quæritur an possit? & videtur quod non per tex. in c. naturales. in titu. si de feu. fue. cōtro. inter dom. & agna. vbi dicitur, quod filij naturales legitimati, non succedunt in feudo. In contrarium habes gl. sing. in c. tanta. extra qui fil. sint leg. in gl. 1. vbi dicit, quod filii legitimati, per subsequens matrimonium omnia præcedentia purgat, & sic ꝓp
2 xima, sicut etiam præcedens causa turpitudinis soblata est sic C. quod met. cau. l. 2. & ff. de cond. ob turpi. cau. l. si ob turpem. & illam gl. ad hoc dicit singularem, & sequitur Abb. & alii cano. ibi. Non obstat d. c. naturales quia loquit de legitimato per rescriptum principis, quia cum legitimatio illa sit stricti iuris, tanquam dispensatio contra ius, est restringenda, vt in c. quod dilectio. extra de cons. & affi. Secus in matrimonio quod est fauorabile, & omnia præcedē tia purgat. Adde, quod idem voluit. Iac. de bel. & Andr. de Iser. in d. c. naturales. in 2. col. quem sequuntur ibi communiter scribentes. motus per tex. in d. c. tanta vbi text. non distinguit inter bona feudalia, & allodialia, nec est dare rationem diuersitatis, secundum eū, quare aliud debeamus dicere in feudo & ideo in vtroque idem debet dici. ad hoc Tiotio. ff. de verb. ob. & hoc etiā ratione probatur, quia si princeps ex certa scientia hoc facere potest, multo fortius hoc facere debet matrimonium. quod est de iure diuino, & cō
3 muni, vt tenent doct. in d. c. tanta. Hanc regulam limitat Bal. in d. c. naturales non procedere quando formā inuestiturę inspiceret principium, puta si forma inuestituræ diceret, Concedo feudum tibi, & filiis ex te legitime descendentibus, quia tunc dicit ipse, legitimati per subsequēs matrimonium non succederent, quia talia verba respiciunt principium genituræ, & non est nostrum extēdere scripturas. l. contractus. C. de fide instru. facit. l. quid ergo in prin. ff. de his qui no. infa. Hanc limitationem impugnat Mar. de lau.

4 de lau. in d. c. naturales. in 2. col. motus, quia † legitimatio per subsequens matrimonium retrotrahitur. arg. l. qui potior. & l. qui balneum. ff. qui potior. in pign. habe. & ita refert tenere in fortioribus terminis ibi Andr. de Isern. vbi tenet quod dato ꝙ concessio esset hoc mō concepta, Cō cedo feudum tibi, & hæredibus tuis, ex tuo corpore legitime descendentibus, quod adhuc legitimatus per subsequens matrimonium, succederet in feudum, quia matrimonium subsequens omnem maculam purgauit. d. c. tāta quod dictum Lau. ibi intelligit in naturalibus tantum, secus in spurijs. d. c. tanta. ubi casus. Aluar. tamen in d. c. naturales. in pe. co. in prin. concordat istas opinio. dicens, quod aut tempore matrimonij filius erat conceptus & natus. & tunc procedat opinio Bal. aut tempore matrimonij erat conceptus, sed nōdum natus, & procedat opinio And. de Iser. per l. nuper. C. de natu. lib. & pro tali cōcordia, allegat notata per Host. Vince. & Pau. de Leaz. in d. c. tanta. tamen do. Præp. in d. c. naturales. in 4. col. refert, quod doctores communiter in c. lator. ext. qui fi. sint legi. tenent opinionem And. de Iser. secundum quam alias consuluit clarissimus iure consultus do. Hier. Firmia, ciculus acutissimus. & hanc partē tāquā cōmunē sequitur do. Abb. in d. c. tāta.

XXXVI.

1 *Iudex, cuius iurisdictio expirabat, sententiam tulit non expectata relatione nuntij, an valeat.*

2 *Par in parem non habet imperium.*

1 SI iudex tulit † sententiam non expectata relatione nuntij de citatione, sententia est ipso iure nulla. ita voluit notanter Bar. per illum tex. in l. hoc amplius. §. 1. ff. ex qb. cau. in pos. ea. & Panor. in c. quoniam contra. in 7. col. extra de probat. Ant. de But. in c. cum dilecti. extra de dolo, & contu. Quid si mora esset periculum allatura, adeo ꝙ interim expiraret iurisdictio, an valeat sententia non expectata relatione nuntij? Dicas quod sic. hoc fuit singulare dictum Baldi. in l. falsus. in 7. colum. C. de fur. Confirmatur per illud quod in simili voluit Bar. post gl. in l. 1. ff. de offi. eius. vbi dicit, quod licet causæ meri imperij, in casu absentiæ non possunt delegari, nisi quo ad cognitionē tantum, tamen quando essemus in casu quo mora esset periculum allatura, puta quia delegatus haberet aliquem, in signem latronem, cuius pœnam differre eēt periculosum quod tunc habebit nō solum cognitionem, sed etiam exequutionem. l. si quis, §. hi tamen. ff. de iniust. rup. irri. testa. & Arg. l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de no. oper. nunti. Ad
2 de etiam † quod voluit notanter Bal. in c. 1. in vlti. verb. in titu. qualiter iurare debet vasallus. quod si sunt duo domini vnius castr. & vnus committit delictum, quod alterum punire non potest de tali delicto, quia par in parem nō, habet imperium. l-nam magistratus. ff. de arbi. l. ille à quo. §. tem pestiuū. ff. ad Tre. voluit Bar. in l. inter tutores. ff. de adm. tut. hoc tamen fallit, nisi mora esset periculum allatura, quia tunc poterit eum punire. & ad prędicta faciūt ꝙ voluit dominus meus Mant. in apopht. suo. 118. vbi multa ad propositum notabilia accumulat. vide etiam Fe. in c. cum accessissent. in 10. col. de const. & do. Ias. in l. vinum. in 3. col. versi. primo probo. ff. si cer. pet.

XXXVII.

1 *Confessio facta in tormentis nullis indicijs præcedentibus, aut certe non legitimis, an valeat, & quid, si superueniāt indicia. nu. 3.*

2 *Citatione non rite facta, omnia sequentia corruunt.*

4 *Donatio facta, à filio fam. l. causa mortis sine patris consensu, eo tamen post interueniente, non valet.*

5 *Testes duo si primo deponunt, postmodum iurant, eorum dictum non valet.*

1 DIcit tex. in l. proinde. §. notandum. ff. ad leg. Aquil. & in c. 1. de accusa. in 6. quod in confessum nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnando. Modo quęritur, reus fuit confessus in tormentis, nullis præcedentibus indicijs vel non legitimis, Iudex vult eum vltimo supplicio damnare, an possit? certe videtur dicēdum quod sic, per supra dicta iura. In contrarium habes, text. egregium & singulare in l. penul. ff. de quæ. secundum vnam lecturam, quam Bart. ibi sequitur, videlicet quod talis confessio reo non præiudicat, etiam si millies ratificaret. ratio quia præsumitur, quod sic ut inique eum quæstionibus supposuit, ita inique ratificare fecerit. arg. l. si cui. §. iisdem. circa fin. ff. de accu. Et ideo dicit Ang. in l. qui in aliena §. Celsus. ff. de acqui. hær. quod cautus debet esse aduocatus rei, qui ad banchum confessus fuit se patrasse homicidium, vt faciat ꝓbari quod reus prius debite tortus fuit, nullis præcedentibus indiciis sufficiētibus ad torturam. Imo plus voluit Par. de Put. in trac. suo syndi. in c. 2. in 3. columna, ver. an confessio torti, & c. quod non solum ratificatio nō tenet, sed etiam non valet ipso iure quicquid postea sequitur. al leg. l. non dubium. C. de leg. & l. 1. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisca. lib. 10. & l. diuus. ff. de in integr. rest. & l. nominationes, & ibi Bar. C. de appel. Pro quibus facit gl. no. in l. si accusatoribus. in gl. pen. C. de accu. quę dicit, quod si citatio † non est legitime facta, processus, & sententia, & omnia inde sequuta tunt nulla quam refert & commendat Bal. in c. si clericus. in 1. colum. de pac. tenend. in vsib. feudo. & in l. cum fratrem. in vlt. colum. C. de his quib. vt in dig. Adde quod illum textum in d. l. pen. de quęstio. excla
2 mat Floria. in rub. & in l. emptorem. ff. de proba. vbi dicit Bononię se defendisse vnum, quia ita confessus fuerat. Idē etiam voluit Imo. & Roma. & post eos dom. Ale. in dict. l. qui in aliena. § Celsus. vbi refert istam esse magis cōmunem opinionem. ff. de acqui. hære. Hanc partem tenuit & Gand. in trac. quęst. in rub. de quæstio. & torm. in 5. col. & Fel. & Deci. in c. at si cleric. extra de iud. & Anch. in cle. 1. de hom. & in consilio 23. incip. in Christi nomine, visa in quisitione, & c. vbi plus dicit, quod si solū appareret iniuste eum fuisse tortum, & in carceribus confiteatur, nūquā talis confessio erit sufficiens ad condemnandum. allegat l nouissime. & ibi no. per Bal. ff. quod fal. tut. auth. Adde
3 † quod licet indicia superueniant, non tamen confirmatur confessio ita voluit Bar. post gl. in l. maritus. in 1. col. in fi ff. de quęstio. & Bal. in c. ad nostrā. circa fi. ex. de probatio. & Dec. in d. c. at si clerici. Pro qbus facit, quod voluit Bal. in l. si vxor. C. de cond. inser. vbi dicit quod † licet filius fa
4 posit donare causa mortis cum consensu patris. l. tam is. §. 1. ff. de do. causa mor. tamen si donat absque consensu patris, licet postea pater ratificet, non tamen talis donatio reconualescit. quod dictū refert & sequitur Cremens. in singula. suo. 70. incip. Donatio causa mor. & c. Accedat, ꝙ voluit Bal. in l. in antepen. co. C. qui admit. versi. extra quęritur. vbi dicit, quod si statutum disponit quod mulier nō possit contrahere sine consensu propinquorum, alias nō valeat contractus, ꝙ si hoc casu mulier contrahat sine consensu, licet postea superueniat consensus propinquorum, non propterea valebit contractus. quod dictum refert & sequitur Ias. ibi & Barba. in repe. rub. de fide instru. extra. in 13. char. in vlt. col. & in c. causam matrimonii. in 1. col. vlt. char. de offi. deleg. Facit etiam quod voluit Cin. in l. iurisiurandi. C. de testib. vbi dicit, quod si testes primo deponunt, & postea iurant, non valet eorum dictum, quia
5 de natura & ordine iudiciorum est, vt primo testes iurēt, & postea deponant. de quo vide Scribentes ibi, & But. in c. per inquisitionem, in ver. no. 3. de elect. & ex prædictis patet responsio & limitatio ad d. l. proinde. §. notandum. cum simi. in contrarium superius adductis.

XXXVIII.

1 *Emphyteuta qui alienauit rem emphyteuticam, non seruata forma statuti vel consuetudinis, an in re suo cadat.*

2 *Alienatio verb. absolute prolatum, non comprehendit venditionem nullam ex defectu solennitatis.*

3 *Statuto stante, quod si quis cesserit actionem suam nobili, cadat à iure suo, aliquis cessit, qui cedere non poterat, vel alioqui cessio est inutilis, an cadat à iure suo.*

1 BEne scis, quod si † emphyteuta alienat rem emphyteu
a ticam a † requisito domino, cadit à iure suo. l. fina

C.de iure emphy.c. potuit.extra de loca. Quid ſi aliquis vendidit emphyteuſim irrequiſito domino, tamen non ſeruauit ſolennitatem, quæ per formam ſtatuti, vel conſuetudinis requirebatur, puta mulier vendidit ſine cõſenſu, vel interuentu propinquorum, an propter hoc cadat à iure emphyteutico? Inuenio, quod Bal. ſingulariter in l. 2. in 1. col. C. de epiſcop. aud. determinat, quod non, qa
2 verbum alienatio, abſolute prolatum, non comprehendit venditoniem, quę eſt nulla ex defectu ſolennitatis. ar. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. facit l. alienatum. de verbo. ſignifica. vbi dominus meus in fi. ad hoc illum tex. no
3 ta. Addet illud, quod voluit notanter Bart. in l. filium. §. ſi quis bonorum. in fi. ff. de adi. leg. vbi per illum te. dicit, qſtante ſtatuto, quod ſi quis ceſſerit actionem alicui nobili cadat à iure ſuo, ſi aliquis ceſsit, qui cedere nõ potuit, vel ceſsio fuit inutilis, quod non cadet à iure ſuo. l. non putauit. §. nõ quæritur. ff. de bono. poſ. contra tab. l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obli. Idem voluit Bart. in l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his, qui notan. infa. Accedat quod voluit Imol. in clemen. gratię. de reſcrip. vbi dicit, quod clericus contrahens ſponſalia de iure nulla, beneficio nõ priuatur. Non omitto, quod voluit Bar. in l. ſi quis legatũ circa finem princ. per illum tex. ff. ſad leg. Corn. de fal. vbi dicit, quod ſi teſtis deponit falſum, & eius dictum ſit nullum ex defectu formæ, quod talis teſtis non debet puniri de falſo. alle. no. in l. hac conſultiſſima. §. pen. C. de teſtam.

ADDITIO.

a Alienat rem emphyteuticam. Adde quod emphyteuta alienans irrequiſito domino cum pacto legis commiſſoriæ, vel adiectionis in diem, eueniente conditione non cadit à iure ſuo. ita ſingu. Bal. poſt Gulie. de Cun. in l. ab emptione. col. penu. verſi. extra quæro. ff. de pact. & pro ſing. commendat Iaſ. in l. vlt. in 21. quæſt. verſ. extra gl. C. de iure emphy. Quid autem ſi alienet irrequiſito domino, ſed in inſtrumento dicatur, vẽdo, & trado, reſeruato conſenſu domini, & non aliter, an iſto caſu cadat à iure ſuo Bald. in l. vnic. col. vlt. quæſt. 16. C. de his quæ pœ. nom. decidit quod ſic, quia talis proteſtatio eſt contraria facto, cum traditio ſit facti, & in ipſa traditione requiritur licẽtia, & idẽ dicit Bal. ſi dicatur, ſaluo iure domini. in c. 1. §. vlt. col. vlti. verſi. ſed pone. tit. quæ fuit prima cauſ. benef. amit. An aũt emphyteuta poſsit aliquem facere vſufructuarium ſine domini conſenſu? Bal. tenet quod ſic, in l. 1. §. 1. per illum te. ff. quib. mod. vſusfruc. amit. & pro ſingulari refert & ſequitur Iaſ. in l. vlt. in 4. & 8. quæſt. C. de iure emphy. & ante eum Ale. vbi refert ſibi ex facto accidiſſe in l. 3. §. ex cõtrario col. 21. verſi. quærit Bar. & col. 24. verſic. facit. ff. de acquir poſſeſ. & conſ. 120. ſuper eo quod queritur. in vlt. verbis. lib. 1. Contrarium tamen tenet Roma. ſing. 626. tu ſcis quod emphyteuta motus per tex. in l. fin. C. de rebus alienis non alienandis. vbi prohibita alienatione ſimpliciter, intelligitur prohibitus omnis actus per quem quæriẽ ius alteri in illa te. & idem quod Rom. nullo addito refert & ſequitur Francif. Cremen. ſin. 86. Tu vide Iaſ. in d. l. 3. §. ex contrario. col. 13. ver. nota diligenter ex verbis Bar.

XXXIX.

1 *Statuto ſi cautum ſit, ne mulier poſsit quid alienare ſine certa ſolennitate, ſi illa equum alienauit, qui poſt quatriduum morritur, an periculum ipſius equi ad mulierem ſpectet, an potius ad emptorem?*
2 *Pecuniam ſi quis acceperit à pupillo mutuo, quam fortuito perdidit, accipientis eſt periculum.*

1 STatuto cauetur, quod mulier, vel minor non poſsit, alienare ſine conſenſu duorum propinquorum, vel quacunque alia ſolennitate. Mulier, vel minor abſque dicta ſolennitate alienauit equum qui infra quatuor dies mortuus eſt morte naturali, vel caſu fortuito. Mulier pe-
tebat ſolutionem equi, emptor opponebat alienationem non fuiſſe validam, & per conſequens equum periiſſe in ſui detrimentum, quæritur modo quid iuris? Et certe videtur dicendum periculum equi ad mulierem ſpectare, quia cum alienatio fuiſſet nulla, & dominium non fuiſſet trãſlatum ex forma dicti ſtatuti, ſuccedit regula. l. pignus. C. de pignor. & actio. quæ vult, quod res quę perit caſu fortuito, periculo ipſius domini. In contrarium habes gloſſ. ſingul. & memoriæ commendandam, in l. non omnis. §. ſi pupillus. in gl. magna ſuper verbo. eius. ff. ſi certũ
2 pet. quæ vult, quod ſi aliquis accepit ſpeciuniam mutuo à pupillo, quam non conſumpſit, ſed perdidit aliquo caſu fortuito, quod periculum ſit ipſius accipientis, quia ſi trans dens fuiſſet maior, detrimẽtũ ad accipientẽ ſpectaſſet, qa trãſlatũ eẽt dominiũ, & cõtracta eẽt obligatio ad genus. l. in cendium. C. ſi cer. pet. Cum ergo fauore pupilli ſtatutũ ſit, ne poſsit transferri dominium, non debet in eius damnum retorqueri. l. quod fauore. C. de leg. ſic etiam in caſu noſtro, licet non fuerit tranſlatum dominium equi, propter impedimẽtum d. ſtatuti, tamen quia hoc fauore mulieris, vel pupilli introductum eſt, non debet retorqueri in eorum damnum, & illam gl. dicunt ſingularem Pau. de Caſt. Ale. & Moder. ibi. per quam gl. dicit ibi Rom. in contingentia facti in caſu noſtro ſe conſuliſſe, & obtinuiſſe Florentiæ contra omnes doctores. & per iſtam gl. limitatur d. l. pignus. vt procedat in eo, qui eſt dominus de iure cõmuni, ſecus in minore, qui dicitur dominus iure ſingũ.

XL.

1 *Interpellatio extraiudicialis an conſtituat illum in mora, qui ſolo iudicis officio conueniri poteſt.*

1 TVſcis, quod interpellatio extraiudicialis ſufficit ad conſtituendum quem in mora. gl. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. oblig. gloſ. in l. vnum. ff. ſi cert. pet. Quid ſi aliquis poteſt cõueniri per ſolum iudicis officiũ, an ſola interpellatio extraiudicialis ſufficiat ad conſtituẽdum in mora? Dicas quod non. De hoc habes tex. ſing. in l. cum poſtulaſſem. quẽ ad hoc dicit ſingularem Bart. ibi. ff. de da. infe. vbi dicitur quod ſi poſtulaui à vicino meo, vt mihi damni infecti promitteret, & priuſquam prętorem adirem, ædes ſuę mihi damnum dederunt, quod prętor nihil innouare debet, quia mea culpa damnũ fum paſſus, ex quo tardius experiri cœperim. & ſic clare patet ex eo, quia interpellaui vicinum meum extra iudicialiter, qa non conſtituitur in mora, adeo quod nõ tenetur mihi ad damnum. & dicunt ibi Dynus Bartolus Baldus quod nõ reperitur alibi textus qui hoc ita clare probet. & ratio eſt, quia in caſu iſto iudex debet partem compellere ad hoc faciendum, non autem pars eſt obligata hoc facere, quia pars nihil debet. & hanc rationem aſsignat Bar. in l. 1. in 2. col. in ver. item ex prædictis. ff. de iuriſdi. omn. iud. Intelige tamen prædictam limitationem, in officio iudicis nobili, prout loquitur d. l. cum poſtulaſſem. Sed in mercenario, interpellatio extraiudicialis bene conſtituit in mora. Ita voluit Cin. in l. 1. circa mediũ. C. de alie. iud. mut. cauſact. quem refert & ſequitur Baldus in l. 1. in 2. colum. in prin. ff. de iuriſd. omn. iud.

XLI.

1 *Delicta difficile præſumuntur.*
2 *Sententia præcipitata nulla eſt.*

1 NOtam habes regulam in l. merito. ff. pro ſoc. vbi dicitur, quod delicta non facile præſumuntur. Modo ęro, aliquis nobilis loquutus eſt ad aures alicuius, ille ſtatim commiſit homicidium, an ille nobilis teneatur de homicidio? & videtur, quod non, per ſupradictam regulam. In contrarium habes nota. doctrinam Bart. in l. ſi ventri. §. fin. ff. de priui. cre. vbi dicitur, quod ſi aliqs loquutus fuit homicidæ, & ille ſtatim iuit, & occidit, quod ex, breuitate tẽporis præſumitur conſilium dediſſe. allegat pro hoc gloſſam in d. §. fin. Cõfirmatur p illud, qđ voluit gloſſa &
ibi cla

ibi clarius Archi. in c. qui ambulat. 5. q. 5. vbi dicunt, quod ſi teſtis ſtatim deponat antequam legatur ſibi capitulum, quod præſumitur falſarius, quia nimia feſtinatio arguit ſu
2 ſpitionem. Adde quod voluit Bar. in l. 2. C. de ſen. ex breuic. recit. & probatur in l. iudices. C. de iud. vbi vult, quod ſi iudex incontinenti, quod recepit ſcripturas partium, ſeorat ſententiam in tam breui tempore, quod veriſimile nõ ſit vidiſſe proceſſum, quod talis ſentẽtia ſit nulla. Accedat tex. in c. ex literis. extra de in integ. reſtit. vbi dicitur, quod ſi reſcriptum emanauit à pontifice feſtinanter poſt porrectam ſupplicationem, præſumitur emanaſſe cum debili cõ filio. Item facit illud, quod voluit Ancha. conſi. 104. incipiente, ex facto proponitur. vbi dicit, quod ſi iudex, qui debet interponere decretum cum cauſæ cognitione, iuxta l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eor. non interponit mature, ſed feſtinanter, non facta debita inquiſitione, quod interpoſitio decreti erit nulla, & conſequenter alienatio. ſequitur Barbat. in conſi. 1. in 47. col. in prima parte. tamen de hoc dic, vt habetur per dom. Ale. & Moder. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo. obligat. Adde quod opinionẽ Bar. in d. l. ſi ventri. §. ſi. ſequutus fuit Ang. ibi, & Bal. in l. 1. in 3. col. C. de ſer. fugi. vbi notanter limitat hoc eſſe verum, ſi præceſſerit inimicitia capitalis. Refert & ſequitur Feli. in c. 1. in 5. col. extra de offi. & poteſt. iud. dele. & in c. afferte. in vltima col. extra de præſumptio.

ADDITIO.

a Quod delicta. Delictum in dubio non præſumitur. l. merito. ff. pro ſocio. Sed limitatur ſingulariter non procedere quando interpretatio delicti magis conueniret animæ ita ſingulariter Anch. conſi. 179. prima facie videretur. ad fin. quem refert & commendat Feli. in c. in præſentia. colu. 7. verſi. 2. nota. de probat. vbi dicit illud ſingulariſsime notãdum, intelligendo tamen prout notabiliter ibidem declarat Bal. co. 2. cuius dictum eſt ſolenne & ſolitarium, ſecundum Felin.

XLII.

1 *Statuto permittente bannitum offendi impunè, an etiam poſſit occiſus ſpoliari.*
2 *Incontinenti quæ fiunt, ineſſe videntur.*

1 ALias vidiſti doctrinam not. Bal. in l. ſororem in fin. C. de his, quib. tut indig. vbi dicit, quod ſi ſtatutum diſpo
a nit, quod bannitus impune poſsit offendi in ęre & in perſona, quod ſi aliquis occidit bannitum, & veſtes ſibi abſtulit, quod debet puniri crimine expilatæ hæreditatis, quia licentia offendẽdi bannitum, mortẽ finita eſt l. ſi pœna alicui. ff. de pœ. l. qui ſepulchra. C. de ſepulch. viola. Idem voluit Floria. in l. binas. ædes. in fin. ff. de ſerut. ruſti. prædio. & Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. Salice. in d. l. qui ſepulchra. & Aret. in tracta. maleſi. in verb. veſtem cœleſtẽ abſtulit. in 1. col. Pro quo allegat text. in l. diuus. ff. de bon. dam. Quod ſi aliquis occidit prędictum bannitum, & incontinenti eũ ſpoliauit, an teneatur crimine expilatæ hæreditatis? Dicas ſingulariter quod non. de hoc habes dictũ elegans Pau. de Ca. in conſ. ſuo. 33. incip. ſuper primo quęſito. in fi. vbi limitat prędicta procedere, quãdo talis offenſa fieret ex interuallo, & poſtquam occidens conuertiſſet ſe ad extraneos actus, ſecus, ſi eodem momento & cõtex
2 tu, quia ea quæ incontinenti fiunt, videntur ineſſe. l. lecta. ff. ſi cer. pet. & videtur ſimul fieri, adeo quod vnum non videtur fieri priuſquam alterum. vt ff. de iniur. l. ſi plures. & ibi Bar. l. 1. §. inſpiciendum. ff. de ven. inſpicien. C. quod notat Cy. in l. hac conſultiſsima. C. de teſtamen. refert & ſequitur Fel. in c. quæ in eccleſiarum. in 4. col. extra de conſti. & Dec. in l. vt vim. in 5. co. ff. de iuſt. & iur. & Alb. Bru. in reper. ſuo, ſtante ſtatuto, quod bannitus poſsit impunè offend. & Aug. de Arim. in addi. ad Ang. in d. trac. maleſi. in ver. & veſtem cœleſtem. in. 1. addi. in 1. colu. & Hippol. de marſ. in conſi. ſuo. 9. mihi in 4. colu. & Butigel. in repe. l. 4. §. Cato. in 60. col. ff. de verb. obligatio. & in d. l. lecta. in 5. col. Adde prędictis, quod ſtante prędicto ſtatuto, quod bannitus impune poſsit occidi, quod tũc eo viuo poterũt ſibi bona auferri impune. ita ſingu. Bald. in cap. in literis. in 1. col. in fi. extra de reſtitutio. ſpoliato. poſt gl. poſitam ibi ſuper verbo, prædo. quam ipſe põderat, & dicit ad hoc val de ſingularem. Idem Bal. l. fi. C. ſi contra ius vel vtilita. pu. vbi allegat te. in l. 1. §. quod prætor. ff. de alleg. per quem dicit melius quam alibi probari, quod illa verba, impune offendi, intelligũtur in ære, & in perſona. Idem voluit Pa. de Caſt. in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & Bal. in l. 3. in h. C. ſi pen. appel. mors inter. & Bar. in l. nec in ea. ff. de adult. & Feli. in c. quæ in eccleſiarum. in 4. col. Ang. & poſt eum do. Ale. in d. l. in ſuis. ff. de lib. & poſthu. & Dec. & Iaſ. in d. l. vt vim. & d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. ff. de acq. hær. & in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran.

ADDITIO.

a Statutum diſponit quod bannitus. Adde quod tale ſtatutum valet ſecundum Nel. in 1. parte. 2. tempor. quæſt. 3. in tract. bannit. Sed ſi quis extra locum ſtatut. bannitum occidat, poterit puniri per iudicem loci delicti, vt notab. dicit Baldus in marga. in verb. excommunicatus repellitur vbi idem dicit ſi bannitus offenderetur in eccleſia quę non eſſet extra territorium. & idem conſuluit Pa. conſilio 86. primum quæſitum. ad fin. vbi addit, quod talis offendens bannitum extra territorium, condemnatur à iudice loci delicti, & vbique efficitur inteſtabilis. & faciunt quæ Bar. refert in l. cunctos populos. col. pen. & fi. C. de ſum. trinit. Item nota quod bannitus ex crimine capitali, non debet habere legitimam, quia pro mortuo habetur, ex quo loco eius alter ſuccedit. Bal. ſing. in l. ſi qua pœna. quæſt. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. ex quo infert quod fiſcus nõ poteſt eius nomine legitimam petere. quod ſequitur & cõmendat Ale. conſ. 75. viſis & diligenter perſpectis. col. 3. verſ. confirmo prędicta. lib. 1. & Bar. in l. ſi adulterium cũ inceſt. §. liber. ff. de adul. dicit quod bannitus perdit iura agnationis, & filiati. & ſic pater poterit ipſum impune occidere. Hinc dicebat notab. Bal. in authen. habita. not. 3. C. ne fil. pro pat. quod banniti ſunt extra protectionem iuris communis. Nota tamen quod bannitus qui in ciuitate toleratur, licet nõ ſit deletus ex publicis tabulis, non poteſt impune offendi ſecundum Salic. ſingu. in l. nullus. per illũte. C. de Iudeis. & pro ſing. no. Io. de Ana. in c. ſicut. col. 3. ver. in ea. extra de Iudæis. & pro notab. approbat Ale. cõſi. 1. ver. pro hoc lib. 2. & eſtat idem Ale. pro ſing. in l. fi. ff. ad leg. Iu. de adult. & Iaſ. in l. ſi creditores. verſi. tertio ſingulariter. C. de fideicommiſ. Contrarium tamen in hac quæſt. concludit Bal. poſt Iaco. de Beluiſ. & Iac. Butrigar. in conſilio 9. ad euidentiam dicendorum. lib. 3. & latius conſilio 140. incip. hæc quæſtio fuit. lib. 4. Banniti tamen ſolum ex contumacia nõ poſſunt impune offendi, etiam permittente generali ſtatuto, ſecundum Bal. ſing. in l. ſi mora. col. 1. ad fi. ff. ſolut. matrim. quod commendat Iaſ. in l. ſi plagij. notab. 1. ff. de verb. oblig.

XLIII.

1 *Confeſsio extraiudicialis reuocata, an faciat indicium ad torturam.*
2 *Quæſtionem & torturam quomodo poſsit quis effugere.*

1 COnfeſsio facta extra iudicium, facit indicium ad torturam. gloſ. no. & communiter approbata in l. capite quinto. in gl. magna vbi Bar. & Ange. notant. ff. de adulter. Bal. in l. j. in 5. col. C. de confeſ. Abb. in c. at ſi cler. in 7. col. in fi. extra de iud. & in cap. olim. in 5. columna de reſcr. & alibi ſæpe ſcribentes. Quæritur modo, aliquis fuit confeſſus extra iudicium, poſt modum reuocauit illam confeſſionem, vtrum illa confeſsio faciat iudicium? Dicas quod non, de hoc habes nota. & ſingulare dictum Bald. in l. 1. in pe. colu. C. de confeſ. vbi voluit, tunc demum facere indicium talem confeſsionem extra iudicialem, ſi non fuerit reuocata vnde dicit ipſe, ſit cautus torquendus, vt dicat ſe expreſſe talem cõfeſsionẽ reuocare, nec ꝓbare errorẽ, cũ

confessio nudi facti.l. error.C.de iur.& fact.igno.& ibi Moder.notant.& illud dictum Bal.exclamat do.Iaso,in l. magistratibus in 2.col.in vers.2.regulariter & c.ff.de iurisd.
2 om.iud.vbi dicit perpetuo notandum,quia per id posses euadere amicum a tortura.Adde Fely.in ca.at si clerici,in 2.col.vers.2.restringere,de iudi.& in c.olim,in 3.colu.extra de rescrip.vbi late tangit hanc materiam.vide tamē pro hoc dicto Soci.& post eum Deci.in dicta l.magistratibus ad quos te remitto.

XLIIII.

1 *Officiales an possint præstituere certum pretium mercatoribus.*

2 *Intellectus ad l.in re mandata.C.mandati.*

1 VOlo tibi dare vnum singulare,quod alias vidi observari,& multoties solet euenire in practica.Pone,officiales alicuius ciuitatis volunt statuere certum pretiū mercatoribus domorū,& his similibus,quæritur an dicti mercatores possint ad hoc compelli?Et certe videtur dicendū quod non,per tex.in l.in re mandata.C.mand.vbi dicitur, quod quilibet est moderator & arbiter in re sua.Contrariū singulariter determinat Bal.post Pe.& Cy.in l.1.C.de epi scopi audie.vbi secundum vnam lecturam dicitur q̄ episcopi,possunt prouidere,ne mercatores nimis care vendāt
1 Estimatio reifdatæ in dotem in dubio facit emptionem l.quoties.& l.cum dotem.C.de iure dotium.gl. magistra & communiter Doctores in l.h inter virum.eo.titu. volunt Bal.Salic.Ale.Iason.& Dec.in l.ex conuentione.C. de pac.Bal.& Sali.in l.1.C.com.post Cy.ibi Bar.in l.si certo.§.nunc videndum.ff.eo.tit.Quæritur modo, quid si mulier dedit fundum in dotem.æstimatum, & pretiũ seu æstimatio non correspondet cum valore ipsius fundi, puta quia multum excederet valorem ipsius fundi, vel econtra minimum esset,an in casu illo censeatur facta venditio? Dicas quod nõ.Ita singulariter voluit Bal.in l.1.in 3.q.C. commoda.Aret.in consi.83.quod incipit, diligenter pondératis.Bal.& post eum Salic.in d.l.ex conuentione.p glo. singularem in l.1.§.1.in prin.ff.de super.vbi singulariter dicit quod ex quantitate æstimationis,& pretij,declaratur & discernitur venditio.& illam gl.ad hoc dicunt valde singularem Cur.Senior,& post eum Iason in d.le. conuentione.Aliam singularem limitationem habes ad predicta iura quæ dicunt,quod æstimatio rei dotalis faciat emptionem, videlicet vt procedat,quando maritus est soluẽdo, quia si non esset soluendo,cõpeteret ipsi mulieri vtilis rei vendicatio rei æstimatæ,& posset illam à quocunque possidente vendicare.Ista est gl.quam approbant Bal.& Salic. & communiter doctores in l.in rebus.C.de iur.dot. quæ allegat tex.in l.vxor.marito.ff.de donat.inter vir.& vxo. Idem voluit Bal.& Sali.in l.interest.ad fi.C.de vsufruc.& Imo.in l.æstimatis.in prin.ff.solu.matr.& scribentes in d. l.ex conuentione. vbi referunt hanc limitationem pro valde singulari.

LXIII.

1 *Pœnitentia an habeat locum,quando simpliciter tibi dedi decem, deinde inter nos conuenit vt meo nomine aliquid facias.*
2 *Contractibus innominatis sola oblatio non habet vim impletiui.*
3 *Regula,quod in contractibus innominatis locus est pœnitentia,quando procedat*

1 IN contractibus†innominatis locus est pœnitentię.l.si pecuniam.vbi Bar.Pau.Ale.& Iaſ.notant.ff.de cõd.cau. data.& rationem assignat glo.magistra ibi,quam sequitur Bart.& alij in d.l.si pecuniam.quia prædicti cõtractus sunt debiles in obligatione contrahenda,patet,quia solo consensu non producunt obligationem efficacem,ita & in retinenda.Hinc est,quod in contractibus innominatis,si cõuentum sit de dando,non tenetur precise dare,imo soluẽdo interesse liberatur.notat glos.in l.1.C.de senten.quę p eo,quod inter.& plenius Bar.in l.stipulationes non diuidunt.in 11.oppo.1.partis prin.ff.de verbo.obligat.cum alias obligatus ad dandum,teneatur precise dare.§.sic itaque.Institu.de actio.Similiter videmus,quod in cõtracti

2 bus†innominatis,sola oblatio non habet vim implementi,vt ea mediante agi possit.prout dicit gl.singularis in l. iurisgẽtium,in prin. in gl.magna,in verbo,aliquid facias. in fi.ff.de pact.Et tamen in contractu nominato sola oblatio facit,vt quis possit efficaciter agere.l. Iulianus.§. of ferri,ff. de actio,empt. Quæritur modo,quod si dedi tibi decem simpliciter deinde ex interuallo conuenimus inter nos,quod pro illis decem peta Capuam pro me,an sit locus pœnitentię,quemadmodum disponunt prędicta iu
3 ra?Dicas†quod non,quia regula,illa,quæ dicit,quod in cõtractibus innominatis locus est pœnitentię,procedit quãdo tempore dationis celebratus fuit contractus innominatus.secus,si ex interuallo,prout fuit in casu nostro.Ita dicit gl.singularis in l.si cum fundum.in glos. prima, & ibi clarius Bart.Fulg. Pau.& communiter alij.ff. de pactis.& illam glossam ad hoc reputant singularem Paulus de Castro,& post eum do.Iason in d.l.si pecuniam.

LXIIII.

1 *Filiusfamilias non potest comparere in iudicio sine patris cõsensu potest nihilominus iudicis officium implorare.& numer.4.& 5.*
2 *Res quando dicatur tractari in iudicio,& forma iudicij.*
3 *Conuentus,qui irrequisito abbate agere non potest, rescriptũ tamen potest impetrare.*

1 NOn potest†filiusfamil.esse in iudicio sine consensu patris.l.fi.§.necessitatem.C.de bon.quæli. & ibi Bar. Bal.& Salic.notant.capi.fin & ibi Gem.post alios de iud. in 6.in tantum,quod alias singulariter dicebat Bal.in l.nec quicquam.§.de plano.versi.sed nunquid.col.fin.ff.de of. proc.& leg.quod nec etiam in causis summarijs,& executiuis filiusfamilias potest esse in iudicio absque consensu patris.Sequitur Alex.in consilio 58.in 2.volu.incip. viso processu causę tam principalis &c.in 1.col.Quæro modo aliquis implorat officiũ iudicis extra ordinem,& sic non in figura iudicij,prout est,quãdo aliquis agnoscit bonorũ possessi.an hoc casu requiratur consensus patris. Dicas q̃ non. De hoc habes gl.singularem & communiter approbatam in l.1.super verbo, ignorante.secundum vltimã, respõsionem.C.qui admit.quam ad hoc reputant singularem Ang.ibi,& Rom.in repetitio.rub.ff.de arbitr.& illã, gl.multum commendat Bar.in d.l.1.& dicit eam mentitenendam.Adde quod illam gl. dixit singularem do. Iason in d.l.nec quicquam.de offi.proconsu.in antepenu.col.& in l.cum filiusfamilias.in 1.col.ff.si cert.peta. & prædicta intellige,antequam in iudicio admittatur aliquis contradictor.iuxta notata in l.3.ff.de bon.pos.alias contradictore admisso,requireretur consensus patris,quoniam tunc res agitatur in figura iudicij,& sic oportet personam filij tũc plene legitimari,prout tradit Odofre.in dict.l.1.in 5.col. & post eum Cin.in 2.oppositio.Alber. & Salice.& Bald. ibi in 2.3.4.& 21.oppo.& dicitur tunc res tractari in iudi
2 cio,& forma iudicij,†quando in iudicio intercuniũt tres personæ,videlicet Iudex,Actor & Reus,iuxta tex.in cap. forus.de verbo.signi.& sic in casu isto cum nihil geratur cum patre,sed solum cum iudice,nihil mirum si non requiratur cõsensus patris.Et ad prædicta facit quod voluit Bal.in dict.l.1.in 21.oppo.C.qui adm.vbi dicit, quod petere bonorum possessionem,est potius impetrare, quam agere,ideo non requiritur licentia patris.ar.l.libertus.2. ff.de in ius voc.Vnde infert quod filius potest insinuari facere donationem absque consensu patris.Adde Rot.in ti. de iudic. in 6.deci. incip. item, quod valet commissio vbi dicunt domin. de Rot. quod valet commissio facta per rescriptum impetratum à filiofam.sine consensu patris.Adde quod voluit Abb. in c.causam quæ extra de iu.
3 vbi dixit,quod †conuentus qui irrequisito abbate agere, non potest,rescriptum tamen potest impetrare.Nõ omitto,quod per illam gl.in d.l.j.C.qui adm.tradit Spe.& post eum Io.And.in ti.de acto.§.1.versi.sed quid si conuenitur in 12.col.vbi dicit,quod filius cõuenitur,& est cõtumax in causa decuentitii peculii,in quo parer nihil iuris habet,q̃ propter eius cõtumaciam,patre non vocato,potest fieri missio in possessionem,quia tunc ipse filiusfam.debet cõueniri suo nomine,licet enim ordinarium iudicium sine patris consensu.non valeret,valebit tamẽ extraordinariũ, scilicet missio in possessionem.Et facit quod licet fratres minores non sunt capaces relictorum, clemẽ.exiui de paradiso. de verb.signi. possunt nihilominus iudicis officiũ implorare.ita Bar.in l.nec quicquam.§.fi.ff.de offic.procõ. & leg.Idem Bar.in l.ciuitatibus.ff.de leg.1.Bal.in l.1.in 2. col.C.de fideicom.Bar.in l.Quintus.in prin.ff.de ann.le. l.seruos.& ibi Bar.ff.de alimen.& cib.leg.tradit Iaso.in d.
4 l.1.C.qui dam.in 4.col.Et sic ex†prædicta glos.habes singularem limitationem ad.l.fi.§.necessitatem.C.de bon. quæ lib.videlicet,quod tunc demum filiusfam.requirere debet consensum patris,quando agit ordinarie, secus quã
5 do implorat officium iudicis extraordinarie.† Limita & secundo notabiliter, quando pater consensisset filio agenti in iudicio,qui demum condemnatus fuit,& pro condẽnatione conuenitur actione in factum,quia tunc consensus patris non requiritur in tali iudicio.de hoc habes glo. multum egregiam & notabilem in l.3.§.sed vtrum. super verb.inuito patre.ff.de minor. Limita singulariter & tertio,in omnibus casibus,in quibus minor potest esse in iudicio sine authoritate curatoris, quod eisdẽ casibus potest filiusfam.interesse sine consensu patris.hoc fuit singulare dictum Spe.in dic.tit.de acto.§.1.versi.Sed nunquid in casibus.Et de hoc habemus gl.sing.in c.fi.de iud.in 6. super verbo,regulariter.& istud dictũ Spec.pro sing.refert Ro. in sing.suo 322.incip.tu lai §.necessitatem. Alias limitationes ad dict.§.necessitatem.vide per scribentes ibi.

LXV.

1 *Filius in potestate,mortuo patre,non potest vsucapere pro hærede.*
2 *Regula,quod filius ex quocunque capite succedat patri,venit vt suus,quando locum habeat.*
3 *Filia exclusa a primo capite liberorum,habebit 30. annos ad adeundum.ex alio generali capite legitimorum.*

1 FIlius in potestate†mortuo patre non potest vsucapere pro hærede.l.nihil.C.de vsuca. pro hæred.l.2. §. fin.fi. eo.titu.Ratio est,quia non habet titulum,cum viuo patre sit dominus,vel quasi.l.in suis.ff.de li.& post h.§.sui. Institu.de hæred.qual.& differ.notant Bal.& Sali.in d.l. nihil. Hinc videmus,quod æstimum patris censetur æstimũ filij.gl.fin.in l.2.C.qui æta.lib.10. quam ad hoc reputat fin. Bal.in l.diximus.§.si pater.ff.de excu.tu.& in c.quæ in ecclesiarum.circa fi.de const.Et per illam gl.dicit Bal.in l.1. §.illud.C.comm. de succes. quod habitatio patris censet, habitatio filii. Alibi.Bald.in l.etiam in pen.col.C.de exec. rei iud.per illam gl.dicebat,quod pater & filius,quantum ad æstimationem communis, pro vno capite computantur. Non omitto,quod per illam glos. Bal.in l.sciendum. in prin.ff.qui satisd.cogan.dicebat, quod si statutum dispo nit,quod in ciuitate nullus possit esse prior,nisi sit æstimatus in mille,& pater in libro communis sit æstimatus in mille,quod istud æstimum prodest filio. Imo plus voluit sing.Bal.in c.quæ in ecclesiarum.quod stante dic.statuto, si pater reperiatur habere plures filios,tale æstimum de mille prodest omnibus filiis, & vnicuique insolidum, donec pater viuit.Et ad propositũ redeũdo,quæro, Pater possedit per 10.annos fundum alienum absque titulo, & cum non posset præscribere, cum in tali præscriptione requiratur ti.l.superlõgi.l.diutina.& l.longi tẽporis.C.de præscript.long.temp.l.nullo.C.de rei ven.§.1. Institu.de vsuca.interim mortuus fuit,& ei successit filius, qui simi liter possedit aliis decem annis tanquam hæres, vtrum iste filius præscribere possit?& videtur quod non, quia non habet titulum. dict.l.nihil. Nihilominus Baldus.in rub.extra de præscrip.in 4.colum.in ver.quæro,pater possidet.

sidet.multum egregiè & singulariter dixit quod si filius dicit se non possedisse vt filium,sed vt agnatum,quod tũc habet titulum pro hærede,& præscribit,quia filius ex triplici capite potest succedere patri,scilicet vnde liberi, vnde agnati,& cognati,& exclusus ab vno, non intelligitur exclusus à reliquo.l.1.§.sed videndum.ff.de succeso.[edi. gl.fi.& scriben.in l.1.C.qui admit.vnde in casu nostro,filius veniens ex capite vnde agnati, vel vnde cognati, pôt præscribere pro hærede,licet secus sit,quando venit ex capite vnde liberi,vt dictum est.Et hoc dictum Bal.reputat singulare,& legistis incognitum Alex.in d.l.in suis.in 3. col.ff.de lib.& posthu.& l.1.C.qui admit.& in l.qui se patris.C.vnde lib.in 4.col.Adde hic,quod dictum Bal. pro sing.referunt & sequuntur Iaſ.Dec.& recentiores in d.l. 1.C.qui admi.& Alex.in l.licet.in 2.col.C.de iur.delib.& dicit Iaſon in d.l.in suis.in 2.col.quod nunquam legit,aut reperit contradicentem,tamen ipse tenet contrarium, p tex.quem ad hoc dicit singularem,& à nemine põderatũ, in l.de bonis.§.1.in verb.qui sunt.ff.de Carbo.edict.vbi dicitur,quod ex quocunque capite filius veniat,q̃ tunc etiã venit vt suus,sic militat tex.in d.l.nihil.& dicit,quod ad illum tex.totus mundus non potest respondere.Sed tu respondeas ex mente do.Alex.in l.si emancipati.in 3.col.C. de collat.& sequitur Dec.ibi in 6.quod illud quod dicitur

2 q̃ filius ex quocũque capite succedat patri, venit vt suus procedit in his,quę vtilia sunt filio,puta quod habeat sem per annum ex quocunque capite succedat,ita quod non excludatur centum diebus.& ita loquitur di.l. de bonis.§.1. secus quando esset damnosum, quod non posset præscribere,prout in casu Bal. nam si filius quando succedit ex secundo capite vnde agnati,consideretur vt suus,hoc esset sibi detrimentum, quoniam non posset præscribere titulo pro hærede.Ergo quoad sui fauorem consideratur vt agnatus.& ita respondet idem Iason in d.l.1.C.qui adm. licet de prędicto tex.mentionem non faciat.Et sic ex prædictis remanet defensatum dictum Bal. quod corroborari potest ex eo,quod singulariter voluit Bal.in d.l.licet.C. de iur.deliber.in pen.col.ver.quarto quæritur.vbi dicit,q̃

3 si filia staret per 30.annos quod non adiret,& sic excluta esset à primo capite liberorũ,quod habebit alios triginta annos ad adeundum ex alio generali capite legitimorum, & sic dotem matris poterit consequi, & petere vsque ad sexaginta annos, quia sicut se habet annus de iure prætorio,ita se habent 30.ann.de iure ciuili.d.l.1.§. sed videndum.de succes.edict. quod dictum pro singulari refert,& sequitur Alex.& post eum Iason ibi.Idem voluerunt Pau.& Raph.Cuman.in l.quandiu.ff.de acquiren da.hæreditate.vbi Paul.refert hanc decisionem esse mirabilem,& in facto ita consuluisse.Idem voluit Ang.& Pa. in d.l.licet.cum pluribus concordantibus adductis ibi per Modernos.Facit,etiam illud quod singulariter voluit idẽ Bal.in d.l.si emancipati.in 2.col.C.de collatio.vbi dicit, q̃ si omnes liberi sunt exclusi à succedendo ex capite liberorum,& veniunt ex secũdo capite,scilicet vnde agnati,vel vnde cognati,quod non habet locum collatio, quæ cessat in succedentibus ex alio capite.iuxta no.in l.1.C.de legit. hered.quod est notandum secundũ eũ.Referũt hoc dictũ pro singulari & sequuntur do.Alexand.Aret. & Iaſ.ibi.

LXVI.

1 *Testis si deponit de veritate,& ipse idem,& alius de fama, vtrum plene probent.& nu.3.*
2 *Parentela probatur per duas extremitates simul iunctas.*
4 *Baldi lapsus.*
5 *Testis vnus facit semiplenam probationẽ super quo deponit.*

1 TV habes, quod† testimonia coniunguntur ad aliquid probandum capitu.de parentela.2.& ibi notaſ. 35.quæst.6.capitul.nihilominus.& ibi gl.3. quæst. 8.facit tex.in capitul.licet ex quadam.circa finem,extra de testi. plene Bar.& repetentes maxime Seuer.in l.admonendi. de iureiurando.Pro quibus facit quod voluit Baldus. in l. testium.in 6.columna,ver.circa primas interrogationes. C.de testib.vbi dicit,quod si volo probare præscriptionẽ decennij,& probo per duos testes de primo quinquẽnio, & per alios testes de alio quinquennio,quod ex cõiunctione istorum testium,optime probo præscriptionem cõtinui decennij.Intellige tamen,quando testes secundo loco producti,probarent de secũdo quinquẽnio,quod esset immediate sequutum,cum ad inducendam præscriptionem decennalẽ requiratur immediate possessio,vt notant Bar. & alii in l.Cestus.de vsucapion.Eodem modo in parente

2 la,ex duabus extremitatibus simul iunctis probatur conjunctio,licet per diuersos testes. Verbi gratia, Duo testes deponunt, quod ego sum filius Petri, & ali dicunt, quod Ioannes fuit filius Petri, ex coniunctione testium,probatur quod ego & Ioannes sumus fratres,vt p batur extra de test.in dict.capitu.licet ex quadam.in glo ſa penult. Adde quod voluit Bal.in l.Gallus.§.ille casus.in tertio notabili.ff.de liberis & posthumis.vbi argumento illius tex.dicit,quod si aliquis acculatur de incestu,& duo testes deponunt de consanguinitate tantum,& non de cognitione carnali,& duo alii probant cognitionem carnalem,& non cõsanguinitatẽ,quod ex coniunctione istorũ testium bene probatur incestus.Imo plus voluit Baldus ibi,& est verbum valde singulare(& hoc est quod voluit dicere)quod si vnus testis deponit de veritate,& ipse idẽ

3 deponit de fama,quod isti duo simul iuncti bene probabunt.Quod dictum exclamat ibi dominus Alex.& dicit menti tenendum,propter authoritatem Bal.cum non habeat contradicentem,& quod vidit alias dubitari apud peritos,qui hoc ignorabant.Ipse tamen putat hoc dictũ nõ esse verum,quia vnus testis non facit regulariter nisi semiplenam probationem.l.vbi numerus.ff.de testi.l.iurisiurãdi.C.eodem titul.cap.ex insinuatione.de procurator.Bar. & alii in d.l.admonendi.Sed in casu Bal.primo faceret,semiplenam probãdo de veritate.Secundo probãdo famã cum alio faceret aliam semiplenam.cõtra l.3.§.itẽ diuus. ff.de testi.& sic faceret plusquam semiplenam.Secundo

4 mouetur,quia si vera esset opinio Bal.sequeretur,q̃ si p vnum testem probaretur veritas depositi,puta quod vidit Titium facientem tale depositum,faceret semiplenã probationem,& si per eundem probaretur confessio depositi,parte præsente eo casu quo confessio plene probat tunc etiam faceret semiplenam probationem, & sic per vnum testem plene probaretur depositum, quod est absurdum.cap.in omni.capit.à nobis.de testi.dict.l.iurisiurandi.Tamen sustinendo Bald. respondere potes, prout etiam respondet Socin.ibi,quod verum est,quod super eodem facto vnius testis non facit nisi semiplenam probationem.& ita procedunt iura in contrarium adducta.

5 Sed si deponit super diuersis factis,non est inconueniẽs, quod faciat plures semiplenas,qa stat regula quod super quo deponit testis,faciat semiplenam.dict.cap.ex insinuatione.sicut si duo testes deponerent de veritate,& illimet deponerent de fama,dubio procul probarent veritatẽ & famam,quia vtrunque est probatum per duos testes.dict. l.vbi numerus.Non obstat secundum argumentum, q̃ per vnicum testẽ plene probaretur,nam deponẽdo super veritate depositi,probaret semiplene, sed deponendo super confessione,per se non probat plene,licet cum alio sic.& ita loquitur Baldus.Et cum hac solutione transeat domin.Iason & Aquen.ibi,& referunt hoc dictum Bald. pro valde singulari.& sic ex prædictis habes notabilem, & singularem ampliationem ad prædictam regulam,quã teneas perpetuo cordi.

LXVII.

1 *Collatio inter quos locum habeat, Et quid ad eam requiratur.nu.6.*
2 *Lex potius fauet ascendentibus,quam descendentibus.*

filii in

3 *Filij in primo gradu constituti non computant fructus perceptos in quartam.*
4 *Collationem locum habere inter descendentes,qualiter accipiendum.*
5 *Filiæ si repellãtur à successione intestati ex forma statuti masculis stantibus,si pater instituat filios & filias inter eos nõ erit collationi locus.*

2 COllatio,vt tradunt cõmuniter scribentes in l.si emãcipati.C.de collatio.solum habet locum inter descẽdentes succedentes ascendentibus,& non inter alios. & hoc ideo est,quia non reperitur lege cautũ,& nemo debet cõferre nisi lege cautum sit,l.illã.C.de collatio. Hinc est,q̃ inter transuersales succedentes transuersalib. non habet locum collatio.glo.fi.in l.1.C.de legi.hæredib.quã referunt,& sequuntur Pau.Ale.& reliqui in d.l.si emancipati.Nec ẽt in successione ascendetium si succedant descendentib.habet locum collatio.Ideo si pater & mater succederet filio prædefuncto, non conferrent dotẽ, vel donationem habitam à filio,de cuius successione agitur, prout tenent Cyn.Bal.Paul.Fulgo.Rom.do.Alex.& cæ-

2 teri scribentes in d.l.si emãcipati. Prosequibus dicas tu facere, quia videmus, quòd lex magis fauet descendentibus.quam ascendẽtibus.quia filius põt detrahere duas quartas,vnam ratione Trebelianicæ,aliam rõne legitimæ.c. Raynutius.de testa.Bar.& alij in l.quãquam.ff.ad leg.Falcid.do.Iaſ.in l.filium quem habentem.C.fami. ercisc. Et tamen pater non potest detrahere nisi vnam quartam,quia in patre hoc expresse statutum non est.ita Bal. singulariter in l.à milite.§.1.ff.de testa.mil.tradit do.Alexan.in l.in rõne.§.quod vulgo.ff.ad leg.Falci.Item filij in

3 primo gradu constituti,non computant fructus perceptos in quartã.l.iubemus.C.ad Trebel.q̃ secus est in patre,& reliquis ascendentib.l.filiusfamilias,& ibi scribentes.ff.ad leg.Falci.Item facit,quia ascendentes non succedunt descendentib.in feudo,& tamen descendentes masculi bene succedunt ascendentibus.cap.1. de nat.succes. feu.Item filius exhæredatus transmittit querelam non paratam ad filios.l.scimus.§.fi.l.fi quis filium.in prin.C. de inoffi.test.Secus tamen est,si ascendentes fuerint exhæredati.Ita singulariter Ang.in l.nam & is.ff.de inof.te-

4 sta.Quod autem dixi,collationem inter descendẽtes locum habere,aduerte secundum Bald.& reliquos in d.l.si emancipati.hoc procedere tribus copulatiue concurrentibus.Primo,qd descendentes veniant ex capite,vnde liberi.& pro hoc vide quæ dixi in sing.meo incipi.filius in potestate.supra num.65.Item quod succedant titulo vniuersali.à patre.l.filiam cum fratribus.C.de colla.Similiter requiritur,q̃ sint in primo gradu.Et ex hoc infert singulariter Bal.in d.l.si emancipati.in 2.col.in ver.item potes,&c.(& hoc est quod volui dicere)quod si pater instituat filium in legitima tãtum,& nepotes ex eo instituat hæredes vniuersiales,quod inter dictos nepotes non erit locus collationi,quia non veniunt vt liberi,sed vt extranei.Nam cum prædicti nepotes nõ possint succedere ab intestato,quoniã pater eos præcedit in gradu, sequitur quod causa testati à iure naturæ est penitus separata,& si, cut eis non debetur legitima,ita multo minus debet collatio,quæ locum non habet,nisi inter eos,quib.legitima debet,si omnes leges mundi percontaberis dicit ipse. & hoc dictum pro singulari referunt & sequuntur Pau.de Cast.& do.Alex.ibi.Salyc.etiam multum eum extollit, tamen reliqt cogitandum.Fulgo.tamen,& post eum do. Iaſon ibi,conantur impugnare hoc dictum Bald.tamen pro resolutione idem dom.Alexand.& Moder.Ferrar. Dec.& reliqui recentes ibi, quæ omnia omitto vt breuitati cõsulam.Vnum non omitto, quod ex hoc dicto Bal. satis singulariter infert dom. Alexandr.in dict.l.si eman-

5 cipati.videlicet, q̃ si ex forma statuti stantib. masculis filiæ fœminæ repellantur à successione intestati,si pater instituerit filios & filiam, inter eos non erit locus collationi,quia huic filiæ etiam legitimæ non debetur, secundum Baldum in l. maximum vitium. C. de libe. præterquem refert & sequitur idem Alexandr.in dict.l.si emancipati.Cotaprobari potest ex eo,quod voluit sing. Bart. in l.1.§. sciendum.ff. de suis & leg.vbi per illum textum dixit,quod stante prædicto statuto in ciuitate,quod filia fœmina extantib.masculis non succedat, quod talis filia, cum ex forma statuti sit exclusa, quòd desinit esse sua,sicut ibi filius exhæredatus. Prædictam tamen illationem impugnat do.Iaſ.in dict.l. si emancipati.mouetur ipse p illud quod notat dom.Alexand.in consi.131. incip.transmissum est,&c.in 1.volum.vbi limitat dictum Barto. in dict.l.1.§. sciendum, vbi dicit,quod stante prædicto statuto,filia desinit esse sua,quod illud secundum Alexand. procedit in successione ab intestato, vel ex testamento contra voluntatem testatoris,Secus si pater eam instituisset,quia tunc reputatur sua.Item mouetur, quia domin. Alexand.in prædicto consi.limitat decisionem Barto.in d.§.sciendum,vt non procedat,si statutum disponit,qd filia debeat dotari.prout volunt statuta cõmuniter,quia tunc dos succedit loco legitimæ,iuxta notata per Barto. & Imo.in l. Titio centum.§. Titio genero.ff.de cond.& demon. & sic cum filia non sit penitus priuata à statuto, hoc casu erit sua,igitur si sua, ergo non extranea, & per consequens illatio non vera.Tenendo tamen illationem dom. Ale.possumus respondere negando consequentiã, non.n.sequitur hoc,filia instituta, & dotata à patre dici-

6 tur sua, prout in vtraque limitatione dictum fuit, ergo conferre debet,quia ad hoc vt locum habeat collatio,requiritur, quòd ab intestato succedat, & quòd præterita possit impugnare testamentum, sed in casu nostro nõ est huiusmodi,quia præterita non rumpit testamentum,vt tradit Bart.in l.fi.vers.quæro quid si ilta.ff.ad senatusc on. Tert.Ale.Iaſ.Dec.in l.filiæ dotem. C.de collationi. Ang. in l.Papinianus.§.si quis mortis.ff.de inofficiosi.test. ergo collatio locum non habebit,& predicta diligenter notabis, quia vtilia sunt.

LXVIII.

1 *Obliuio eorum,qua in animo consistunt, decennio inducitur.*
2 *Testamentum non reuocatur propter reconualescentiam testatoris.*
3 *Mandans tenetur,si paulo post mandatũ res executioni mandetur.*

2 CLarum est,quod per† decennium inducitur obliuio eorum quæ consistunt in animo,vt notatur in l.3.§. si seruus cum similibus.ff.de acquiren.possess.tradit Rim. in l.sancimus.C.de testam. Ap eodem modò inducatur mutatio voluntatis? pone quòd aliquis fecit testamentũ legitimum,& deinde stetit per decennium,& nullã mutationẽ fecit de eius voluntate, an propter lapsum temporis censeatur mutata voluntas,adeo quod succedãt venientes ab intestato? Dicas quod non. De hoc habes textum egregium & singularem in d.l. sancimus, quem ad hoc reputant singularem Barto.& Pau.ibi, & per illum textum infert singulariter Pau. ibi ad quæstionem, quæ quotidie contingere potest.quod si aliquis ad præsens dies,decessit nullo condito testamẽto,& reperitur vnum testamentum conditum,quod iam sunt 40.anni,tempore quo erat pauper, in quo Titium hæredem instituit, quod si non apparet aliud testamentum ,ille debet consequi totam hæreditatem, non obstante contradictione venientium ab intestato,& dicentium,non esse verisimile testatorem voluisse illum succedere in tam ampla facultate, si tempore conditi testamenti esset pauper. Idem volunt dominus Alexander Modern.Ferrar.& Ia-

2 son ibi. † Et prædicta etiam vendicant sibi locum, si testator tempore primi testamenti erat in extremis constitutus, adeo quod de vita desperasset. Nam licet donatio causa mortis, facta ab eo, qui detinebatur graui infirmitate, adeo quod erat in discrimine vitæ constitutus, reuocetur propter reconualescentiam donantis.le.

non oīs.in prin.& ibi ſcribentes notant.ff.ſi cert.petat.gl. & Bar.in l.2.ff.de donat.cauſ.mor. ſecus eſt in teſtamento.l.fi.C.de poſthu.hered.inſtitu.vbi Bal.Alex.& alij ad hoc notant.Pau.de Caſt.Roma.do. Alex.& Iaſ.in d.l.nō omnis.Bal.poſt Cin.in l.fi.C.de donat.cauſ.mor. Adde,

3 quod idem eſt in mandato.Vnde ſi mandaui tibi, vt Titium interficeres, & poſt longum interuallum occidiſti, quod ego teneor ex mandato. ita Barto. in l. non ſolum. §.ſi.mandato.ver.quæro mandaui tibi.ff.de iniur.vbi allegat Inno.idem volentem in cap. ad audientiam.extra de homicid. vbi dicit, quod mandans ſemper tenetur,niſi mandatum ſit reuocatū tacitè vel expreſsè, vt quia vel pacem fecit cum inimico ſuo, vel parentelam.arg.l.4.ff.de adim.legat.& cum Barto.videntur pertranſire do. Alex. in l.qui in aliena.§.ſi is, qui in 2.col.circa fi.ff.de acquir. hæred.& do.Iaſ.in l.1.C.de ſer.fugi,in 4.col.in fin.& hoc procedit,quando mandatum fuit receptum per mandatarium. ſecus ſi ipſum recuſauit.ita Bald. in l.ſi literas.C. mand.in fi.& Bald.in l.non ideo minus.C.de accuſation. in fi.adde quod idem eſt,ſi aliquem procuratorem conſtituí,iam ſunt anni.10.vel.20.q̄ nihilominus poterit virtute mandati agere,& non cenſetur ex diuturnitate temporis reuocatum mandatum, niſi iuſta cauſa ſuperueniret, vt quia effectus eſt eius inimicus, vel(vt vtar verbis doctorum) quia ſit factus vnus ribaldus.l. ſi cum Cornelius,& ibi Bar.notat.ff.de ſolut.tradunt Pau.Iaſ. & alij in d.l.ſancimus.facit pro hoc l.in confirmando.& l. vtilitatem.ff.de confirmand.tuto. Adde,quod tex.in d. l. ſancimus.in verſic. ſin autem teſtator, reputatur ſingularis ad aliud, videlicet quod licet tex.in §.ex eo autem ſolo. Inſt. quibus mod.teſta.infirmen.diſponat, quod teſtamētum ſecundum imperfectum, vel alia vltima voluntas non perfecta,non collat primum perfectum,imo requiritur quod ſecundum ſit perfectum,tamen hoc procedit, niſi teſtator ſecundum teſtamentum inutile,ſeu imperfectū coram tribus teſtibus confecerit, & decennium fuerit emenſum, quia tunc ſecundum teſtamentum non ſolenne cum lapſu decennij reuocat primum validum, & ſolenne.Et illum tex.ad hoc exclamat do.Iaſo.ibi dicens illum ſingularem, & non reperiri alibi in corpore iuris. Aduerte tamen, quod dictum decennium incipit currere à tempore compoſitionis teſtamenti, non autem à tempore mutatæ voluntatis,vt voluit ibi glo.ſecundum vnam opinio Cin.etiam & Angel.in aliquibus lectu.ibi, & communiter cæteri ſcribentes. Limitatur tamen prædicta l.vt procedat,quando teſtator ex toto receſſit à primo teſtamento,cum lapſo decennij, ſecus autem ſi non ex toto, ſed limitatiuè, detrahendo aliquod capitulum, quia tunc etiam decēnij præteritione primum teſtamentum ſolenne non reuocatur. ita notanter voluit Abb.in conſi. 9. in cauſa, quæ vertitur inter hoſpitale, &c. in 1. col.in prin.inſt.vol.refert & ſequitur Iaſ.in d.l.ſancimus. in vlt.column.

LXIX.

1 *Teſtamenti pars an probari poſſit per ſeptem teſtes dicentes ſe illud ſcire,nec quicquam plus, & alia pars per alios ſeptem teſtes & nu.2.*

3 *Ad.& vſque,dictionum vis.*

1 TEſtium depoſitionesꝰ coniunguntur ad aliquid probandum.cap.nihilominus,& ibi gloſſ.3.quæſt.8.tex. in cap.licet ex quadam.in fine in pen.glo.extra de teſtib. Bal.dom.Alex.Soci.& alij in l.Gallus.§.ille caſus,ff. de liber.& poſthum. pleniſſimè per Barto.& repetentes in l. admonendi.de iureiurando. Dixi de hoc ſupra in ſingu. meo incip.tu habes,quod teſtimonia coniunguntur,&c. nume.66.Modo quæritur, nunquid vna pars teſtamenti poſſit probari per ſeptem teſtes,dicentes ſe illud ſcire,& non plus,&,alia pars probari poſſit per alios ſeptem ſimili modo deponentes? Certe videtur dicēdum quod ſic,

2 per ſupradicta iura.In contrarium multum egregiè, & ſingulariter determinauit Bald.in l.cum antiquitas.in.2. col.C.de teſtamen.in ver.ab eo,vel ab eius &c. dum dicitur, quod ſi aliqui teſtes teſtamentarij remouentur propter aliquam imminentem neceſsitatem, antequam teſtamētum ſit perfectum deinde in eorum locoalij teſtes ſubrogantur, quod omnia prius acta iterum debēt repeti,& prius recitari,& ſic infert,quod niſi teſtis probet totum tenorem teſtamenti perfectum, quod nihil probat. Et ſi aliqui teſtes teſtamentarij probent plus dictum,ali qui minus, quod illi qui minus deponunt, cum totum neſciunt non videntur eſſe teſtes legitimi, & quod non probant aliquid etiam id,ſuper quo deponunt,quia non videntur interfuiſſe toti teſtamento, ex quo totum neſciunt,& cum Bal.ſimpliciter tranſeunt Pau.de Caſtr. & Ferra.ibi. Et hanc deciſionem Bald.do.Alex.ibi dicit perpetuo mentiſtenendam, & ſubdit, Non obliuiſcaris eam, quia neſcio alibi. Limitat tamen ipſe, niſi ex dicto teſtis appareat ipſum fuiſſe præſentem toti teſtamento, licet dicat ſe non recodari de omnibus in eo contentis,ſed q̄ bene memoria tenet illud de quo controuertia vertitur, puta legatum,vel inſtitutionis,& quod teſtator eis nihil in contrarium diſpoſuit in illa ſua diſpoſitione, & ita collegitur ex his quæ ſingulariter voluit Cyn. & poſt eum Bal.in l.ſi præſidi.in fi.C.de donation.ante nuptias.Bene facit quod voluit Bal.in finalibus verbis, & poſt eum alij in l.ſi ita ſcripſi hæredem.ff. de hæredibus inſtituendis, & quod voluit Innocent.in c.qualiter & quando magnū, extra de accuſationi. & cum hac limitatione trāſit dominus Iaſon.in dict.l. cum antiquitas. vbi exclamat hoc dictum Bald. dicens illud ſingulare & multum notabile. Adde quod deciſionem Bal.ſequitur Ludouic.Rom.conſilio.70.incipien.viſis ac procuratis actis.& dom. Alexā. conſilio.187.in ſecundo volum.incip.viſo themate mihi exhibito.in tertia column. Confirmatur ex eo quod voluit idem Bald.in l.obſeruare.in vltim.column. C.quorum appellatio. non reci.vbi dicit, quòd ſtante ſtatuto, quod ſi quis iuerit de tali loco ad talem locum,pede mutiletur,& duo teſtes deponunt,quòd viderint ire ad dimidiam partem itineris,alij vſq; ad aliam dimidiam , quod iſtæ depoſitiones non coniungentur, vt probent, quia perfectum acceſſum non poſſunt probare, niſi teſtes qui

3 viderunt principium & finem. Item quia vbi ponitur dictio Ad,vel dictio Vſque, requiritur maleficiū factum conſummatum,ſed primi duo teſtes probant maleficiū attentatum non conſummatum.argumen. eius quod voluit gl.in l.arboribus,§. idem tractat.ff. de vſufruct. dum dicit,quod lupus exit ſyluam,nondum tamen exiuit.Nō obſtat,quod parentela poteſt probari, ſi duo teſtes probant vnum gradum,alij alium gradum,quia quilibet gradus eſt in ſe quid perfectum.Sed in quæſtione propoſita neuter probat aliquid perfectum.Tamen contra dictum Bal.facit illud quod voluit gloſſ.in d.ca.nihilominus,vbi dicit, quod ſi aliqui volunt teſtari,quod aliquis excommunicatus celebrauit, & vnus deponit ſe audiuiſſe principium miſſæ, & alius finem, quod bene probabunt. cogita.

LXX.

1 *Reus excipiendo fit actor.*

2 *Actus vbi ſe habet ad permiſſum & prohibitum,in dubio præſumitur celebratus tempore permiſſo.*

3 *Homicidij accuſatus ſi fateatur factum, verum ad ſui defenſionem,num condemnari poſſit, non obſtante illa confeſsione qualificata?*

4 *Delictum in dubio præſumitur in his quæ ſunt de genere prohibitorum.*

5 *Facta non præſumuntur,niſi probentur.*

6 *Regulariter vbi quid eſt prohibitum, tamen aliquo loco & tempore eſt permiſſum,neceſſe eſt quod reus probet locum et tempus.*

Clarum

1 CLarum eſt in iure,quod reus debet ita clare probare exceptionem ſuam,ſicut actor ſuam intentionē, quia reus excipiēdo fit actor.l.j.ff.de excep.l.in exceptionibus.ff.de proba.& videtur expreſſum in l.matrem. C. de probationib.Quæritur modo de pulchra difficultate,Titius accuſatur quod vulnerauit Sempronīū de mē ſe Maij,& probatur.Titius ad ſui defenſionem excipit, quod ille iure municipali potuit offendi,ex quo erat bannitus,& producit bannimentum factum in medio menſis Maij,& ſic per exceptionem ipſius Titij eſt dubium in talis percuſſio fuerat delictū,vel non,hoc eſt,an fuerit percuſſus ante bannimentum,vel poſt. Dubitatur demū an prædictus Titius reus,ex quo clare non probauit exceptionem ſuam,debeat abſolui vel condemnari? & certè videtur dicendum,quod condemnari debeat iuribus præalleg.Tamen in contrariū habes ſingularem, & ſem per memoriæ commendandam doctrinam Bar.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de noui operis nuntia.vbi notāter dixit,quod licet actor intentionem ſuam probarit, reus tamen per exceptionem dubiæ defenſionis,& non plenè probatam,debet in criminalibus abſolui, quia cū res efficiatur dubia,debet interpretari in dubio quod nō ſit delictum.per regulam l.merito.ff.pro ſocio . Pro qua facit,quia in pœnis mitior interpretatio eſt facienda.regula,in pœnis.de regulis iuris lib.6.l.interpretatione. ff. de pœn.Ad idem tex.in l.2.iuncta gl.C.de petitio. hæredi.ibi.n.fundata intentione actoris excipiebat reus de titulo ſuæ emptionis.Sed dubitabatur , an dicta exceptio præceſſerit litem, vel fuerit ſubſequuta? & dicitur, ibi in glo.quod ſi non probatur contrarium præſumitur in dubio præceſſiſſe.Ratio,quia alia præſumptio faceret delictum,videlicet contractum litigioſum.Eadem ratione,

4 dicit de ingrediente palatium,vt ibi per eum,& ita limitantur iura quæ dicunt,quod reus debet ita plene probare exceptionem,ſicut actor ſuā intentionem,videlicet vt non habeant locum in criminalibus.Secus in nō delictis quia tunc ſi excipiens clare non probet intentionem ſuā, in dubio debet ſuccumbere,vt in cap.auditis.de præſcripti.& dict.l.matrem.& notat glo.in clem.fi.in in verbo, creatum.de reſcriptis.Cum iſta doctrina Bar.videtur p tranſire Bal.in l.precibus.C.de impube.vbi dicit, quod in delictis ſemper præſumitur pro eo quod delictum excuſat.per dicta l.merito.Alibi idem Bald.in l.2.ſolut.ma

2 trimo.ff.dicit,quod vbi factus ſe habet ad permiſſum & prohibitum in dubio præſumitur quod tēpore permiſſo fuerit celebratus.per gloſſ.in dicta l.2.C.de petit. hæredit.& hanc opinionem Barto.tenuit Salycet.in dict. l. matrem.Roma.dominus Alexand.& poſt eos do.Iaſon in d.§.ſed vt probari.quem ipſi legunt ſub §.ſciēdum. Et dicit ibi dom. Alex.quod totus mundus ſequitur opinionem Bar.Adde Felin.in c.ſignificaſti.2.de homic.vbi dicit hanc opinionem Bart.communem Idem Fel.in cap. auditis.in 16.colum.de præſcrip. & Pet.de Anc.in cap.cō ſtitutus.de reſcrip.licet contrarium tenuerit Bald.in d.l. matrem.Ad cuius argumenta reſpondet Roma. in d.§. faciendum.referunt & ſequuntur dom.Ale.& Iaſon ibi. Adde quod hanc opinionem Bart.ſequitur dom.Abb.in c.in præſentia.in 4.col.in princ.de probat.vbi reputat eā ſingularem,pro limitatione & intellectu iurium dicentium,quod dubia probatio non releuat.d.c.in præſentia cum ſimil.& idem Abb.in d.c.auditis.in penul.colum.& ibi ſubdit,quod contra hāc doctrinam Bar.facit illud,q̄ voluit idem Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſiti.ff.de lib.le

3 ga.vbi dicit,quod ſi accuſatus de homicidio,dicit quod hominem illum interfecit ad ſuam defenſionem,poteſt nihilominus damnari non obſtante,quod illa confeſſio ſit qualificata,& ſub vnico ſtructu verborum prolata.ex quo.n.præſumptio quæ oritur ex homicidio,eſt contra confitentem.l.1.C.ad leg.Cornel.de ſica.poteſt pro parte acceptari,quatenus eſt contra confitentem,& pro parte reſpui quatenus eſt pro eo.tamen reſpondet do. Abb. q̄ illud non debet obſtare,quia in caſu illo tractatur de exceptione fundante intentionem ipſius rei, quæ non erat fundata,niſi per confeſſionem ipſius, quæ confeſſio non releuat confitentem , vbi præſumptio eſt contra eum, vt notatur,in c.cum acceſſiſſent. 14.q.2.Sed in caſu noſtro,exceptio ipſius rei erat probata,licet probatio eſſet dubia.putat tamen ipſe, q̄ ex illa ſola confeſſione ſic qualificata,quando aliter de delicto non conſtat,non debet reus capitaliter damnari,quia in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores.l.ſciant cuncti.C.de probat. Allegat etiam doctrinam Inno.in c.quia veriſimile.de præſumpt.quod dictum eſt multum ſingulare,& illud pro ſingulari refert do. Ale.in d.§.ſciendum. in 2.col.in fi. & in l.decem.de verb.oblig.do.Iaſon & Deci.in l.vt vim.ff.de iuſt.& iur.& poſt eos Aquen.ibi in 14. col.& Felin.in dicto c.ſignificaſti.de homicid.in pen.col. & in d.c.auditis.in 58.colum.licet ibi aliquatenus inſurgat contra dicta do.Abbas.Illud dictum etiam extollunt Hippoly.de Marſi.in ſingu.ſuo 185.incipient.confeſſio. & Thom.Ferra.in cautel.5 in ordine,vbi latè. Adde q̄d iſtud dictum Abb.reputat ſingulare Soc.in l. 1.in 5. col. in prin.ff.de vulg.& pup.licet idem Soc.in l.non vtique. colum.fin.ff.de exceptio.expreſſe teneat contra Abb.tamen ad eius argumenta,& ad illa quæ adducta fuerunt per Fel.in dicto.c.auditis.latè reſpondet Dec.& bene,in c.cum venerabilis.in 9.colum.verſi.& retenta iſta limitatione.de exceptio.licet recentiores in d.c.auditis.conentur ſuſtinere opinionem Soc.tamen quia iſte non eſt articulus noſter aliter non inſiſtam.ſatis erit allegaſſe prædictas authoritates pro corroboratione illius ſingularis dicti domi.Abb.quod videtur communiter approbatum,

4 vt ex prædictis iudicare potes.Redeundo tñ ad propoſitum,contra Bart.vnum obſtat,videlicet quod in his quæ ſunt de genere prohibitorum,in dubio præſumitur delictum.l.prima.C.ad leg.Corne.de ſica.capitulo.1.de præſump io.l.ſi non conuij.C.de iniur.notat Barto.in dict. §.idem quæſit. Ergo præſumptio iſta fundat intentionē accuſatoris,& transfert onus probandi in reum.l. cum de indebito.ff.de probationi.iuncta l.ſiue poſſidetis. & ibi notatur,C.eodem titu.Vnde ſibi incumbit onus probandi illud,quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, videlicet ſe illum vulneraſſe tempore limitato, alias ſequeretur,quod cū delictum poſſit eſſe cum dolo,& ſine dolo,deberet in dubio præſumi ſine dolo , etiam reo nihil probante.Ad iſtud argumentum reſpondet domin.Alex. in dicto §.ſciendum.quod tunc delictum præſumitur factum in caſu licito,quando appareat probatum ex parte rei,quod interuenit cauſa,quæ potuit facere eſſe licitum vt patet in dicta l.merito.& prout in quæſtione noſtra, in qua fuerat probatum de bāno.Sed vbi cauſa,quæ poſſet reddere actum eſſe licitum,apparet ex ſola confeſſione,non eſt clare,neque dubie probatum, tunc procedit dicta l.1.C.ad legem Corneliam de ſicar. Ex quo notanter infert,quod ſi probatur per accuſatorem, quod dict. Seius vim ſibi intulit cum armis,ſatis dicitur probare q̄ Titius Seium occiderit,& reus ex aduerſo probauerit, quod Titius incontinenti occiderit Seium ad defenſionem, quia ex parte rei fuit probata cauſa, ſ.inſultus, per quem ponit homicidium eſſe licitum.Sed contra iſtam reſponſionem Alexand.inſurgit Decius in capitulo, in præſentia.in ſeptima columna , in verſiculo ſed referendo,& cætera.vbi dicit,quod reſponſio Alexan.ſibi non ſatisfacit , quia licet ex parte rei non ſit probata cauſa, quæ licitum homicidium facere poſſit,tamen dicit ipſe quod ſufficit quod cauſa illa ſit nota in iure,& quod ex illa apparet,quod probatio actoris contra reum non cōcludit.Vñ ſi conſideremus rōnem,quare eſt, q̄ qñ reus cauſam probauit, q̄ per eam probatio actoris cōtra reū facta non concludit,videbimus q̄ illamet militat,quādo cauſa nota eſt in iure,abſque probatione.Ex quo patet, q̄ probatio delicti facta contra reum,non ſit cōcludens.

6 Tamen ego adhuc adhæreo opinioni do. Ale. per rationes ſuas. Ad argumenta Deci. reſpondeꝫ, quod nõ ſufficit q̃ cauſa ſit nota in iure, quia ſi hoc ſufficeret, delicta remanerent impunita, contra tex. in l. ita vulneratus. ff. ad legem Aqui. & l. ſi operis. C. de pœn. cum concordantib. pleniſſimè adductis per gl. in prædictis iurib. cum in iure ſemper ſit cauſa ad excuſandum delictum, ſed neceſſe eſt quod cauſa illa in iure nota probetur, & veriſicetur in facto, vt voluit ibi Ale. facta. n. non præſumuntur niſi probentur l. in bello. §. factæ. ff. de captis & poſtlimi. reuerſis & ibi ſcribentes notant. l. conſi. §. quæſitum. ff. de cura. furio. & ſtante cauſa, probata in facto iuri nota, licet dubia ſit, tamen in tali dubio capitur pars illa in non delictum, & conſequenter conſequatur abſolutoria. Et pro corroboratione reſponſionis Alex. contra Decium facit te. in c. cum dilecti de accuſationi. ibi. n. cauſæ illæ in iure erãt notæ, tamen non iuuabant epiſcopum confitentem, ſed neceſſe fuit, quod ille eas allegaret, & in facto probaret. Vnde non ſufficit, quod cauſa nota ſit in iure, ſed neceſſe eſſe, quod allegetur, & in facto probetur, & licet probatio ſit dubia, tamen ſi pars illa capitur in non delictum dicta l. merito contra prædictam doctrinam Bar. adducit etiam do. Iaſon tex. quem dicit fortiter ſtingere in l. 1. §. 1. ff. de aleator. vbi dicitur, quod quando aliquid eſt regulariter
7 probatum, prout eſt furtum ibi, & † homicidium in caſu noſtro, tamen aliquo tempore, & locum eſt permiſſum, neceſſe eſt, quod reus probet præciſe locum & tempus, eo quia accuſator qui plene probauit homicidium, habet intentionem ſuam fundatam de iure communi. Sed ad illum te. poteſt reſponderi, quod ibi cauſa non fuit p̃bata, & ideo reus ille condemnatur, ſecus autem ſi eſſet, probata, prout loquitur Barto. in dicto §. ſed vt probari, & licet do. Iaſon dicat, quod cauſa fuit probata, l. furtum in domo luſoris, tamen replicatur, quod cauſa iſta ad excludendum delictum ſufficiẽs nõ erat. Licet enim reſpectu loci ſufficeret, tamen reſpectu temporis non concludebat, & ideo probare debuit furtum commiſſum fuiſſe in domo luſoris, & diem, qua ibi ludebatur, quia tunc tali caſu probata, reus debet abſolui, licet p̃batio dubia eſſet, ſatis erat probaſſe tali die luſum fuiſſe ibi, licet coarctatè non probaſſet, quod tota die vel illo momento, quo furtum factum fuit, fuiſſet luſum. & ita intelligenda eſt doctrina Bar. in d. l. ne contradicat his quæ dixit in d. §. ſed vt probari. Et prædicta omnia bene notabis, quia quotidiana ſunt, & in contingẽtia facti poſſent tibi comparare maximum honorem.

LXXI.

1 Teſtes rogati à partibus cenſentur approbati, adeo q̃ non poteſt eis obijci exceptio infamiæ, vel nullitatis, dummodo hoc probauerint per notarium, vel teſtes.

1 NOta gloſſa. ſingularem, in authenti. de teſti. in §. & licet. ſuper verbo, ſupplicijs, quod quando partes rogarunt aliquos, vt eſſent teſtes in contractu, adeo cenſentur eorum fidem approbaſſe, quod non poſſunt eis opponere exceptionem infamiæ, vel nullitatis. & illam gl. dicit ſingularem Imo. in l. ad teſtium. §. in conditione. ff. de teſtament. & eam ſequitur Bald. ibi, & idem Bald. in l. parentes. C. de teſtibus vide dominu. Antoni. de Butr. Imo. & alios in capitu. ex literis. de tranſact. Illam gloſſa. ſequitur & dicit ſingu. & ordinariam Bal. in cap. ſecundo de teſti. vbi eam notanter limitat, dum modo probatum fuerit p̃ ipſos teſtes, qd̃ fuerint rogati à partibus, & hoc conſtituerit per tabellionem, vel per duos teſtes, qui irruerunt eorum rogationi. nam in hoc non ſtaretur ipſis teſtibus vilibus, & hoc eſt ſingulariter notandum pro limitatione dictæ glo.

LXXII.

1 Statuto ſtante, quod propinqui litigantes teneantur ad compromittendum cauſas, vſque quo temporis illud compromiſſum poſſit peti.

2 Litibus, & expenſis non debet aduerſarius vexari, & eludi.

1 QVæro de pulchra quæſtione, ſtatutum diſponit, qd̃ propinquiſ litigãtes debeant arctari ad compromittendum cauſas, vſque ad quantum tempus compromiſſum peti poteſt? Dicas ſingulariter ſecundum Bal. in l. 1. ff. de tranſact. quod tale compromiſſum peti poteſt ante publicatas atteſtationes, & re iam non liquidata. Idem voluit Ang. ibi, quia publicatis atteſtationibus res dicitur eſſe liquida & clara. Et hanc deciſionem Bal. ſequitur Lud. Roma. in l. prætor ait. in princ. in nouis additionib. ff. de noui oper. nuntia. vbi rationem aſſignat, quia talia compromiſſa inuenta ſunt à ſtatuentibus, vt lites citius finiãtur. l. quamuis. ff. de arbitr. quæ ratio ceſſat quando compromiſſum petitur prope finem litis. Hanc eandem ſententiam tenuit Paul. de Caſtr. in proœ. C. in princip. in pti ma, column. in fin. vbi quærit, ſi ſtatutum diſponit, quod ad petitionem partis debeat fieri compromiſſum, an in quacunque parte litis poſſit peti tale compromiſſum? & determinat, quod ante publicatas atteſtationes poſſit peti, quo tẽpore res adhuc eſt dubia, poſt vero res videtur
2 clara, non enim debet quis facere † aduerſarium fatigari litibus, & expenſis corã iudice, & poſtea eludere quoquo modo. arg. l. ſi. C. de compenſatio. & ita refert in contingentia facti ſe conſuluiſſe, & ita cõſuluit conſi. ſeptuageſimo tertio incipien. quod in cauſa appellationis non ſit, quod refert & ſequitur domin. Alexand. in conſi. 82 quod incipit, in cauſa vertente inter Petrum & Ioann. in penultim. colum. in primo volumin. & in conſil. ſexageſimo ſecundo in ſecundo volumine, quod incipit, viſa facti narratione, prope finem. & in conſi. trigeſimo ſexto. in tertio volum. quod incipit, videtur, prima conſideratione. in quarta colum. Idem voluit Aretin. conſi. 101. in cauſa Gregorij. & Rapha. Cuman. in conſi. 85. incipient. quamuis de iure communi. Adde, quod dictum Bald. dixit ſingulare dom. Alexand. in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſactionibus. vbi etiam tenet referendo Pau. de Caſtro in dicto conſilio 73. quod in cauſa appellationis non poſſit peti dictum compromiſſum. vide etiam Cur. Senio. in dicta l. ſi cauſa cognita. vbi refert hoc dictum Baldi pro ſingulari, licet ipſe aliquibus mediis conetur illud impugnare, tamen dicit, quod contra deciſionem Bald. & ſequacium, nunquã potuit obtinere. & prædicta notabis, quia quotidiana ſunt.

LXXIII.

1 Principe inferior, habens tamen poteſtatem legis condendæ, ſi ferat ſententiam, vel epiſtolam mittat, an legis vim habeat.

v Supplicatio porrecta principi vim libelli habet, & litis conteſtationis.

1 DIſponit text. in l. prima. ff. de conſtitutionibus principum. quod Imperator epiſtolam mittendo, vel reſcribendo, dicitur ius condere, eodem modo ſententia diffinitiua principis cũ cauſæ cognitione lata habet vim legis, non ſolum in cauſa illa, in qua producta eſt, imo facit ius quo ad omnes. l. fin. C. de legibus. Quæritur modo, quid ſi aliquis inferior à principe, qui habeat poteſtatem condendi legem puta Rex, Marchio, vel Comes, ferat aliquam ſententiam, vel epiſtolam mittet, an habeat vim legis? Dicas, quod non, imo ſi iuri contraria ſit, tanquam iniqua, poteſt reſcindi. l. prima. ff. à quibus appellar. non licet. De hoc habes gloſſa. ſingularem, in l. prima, ſuper verbo, derogare. ff. de ferijs. quam gloſſa. reputat ſignanter notandam Ange. & poſt eum domin. Alexan. & Iaſon ibi. Adde, quod illam gloſſam ſequitur Fulgo. ibi, & ad hoc eſt multum ſingularis, ſecundum Roman. in dicta l. prima. ſequitur etiam dominus Alexand. in l. ciuitas. in vltima columna. in fin. ff. ſi certum petatur. quicquid dixerit idem Ange. ſibi contrarius, in litem veniunt. §. cæterum. ff. de petition. hæreditat. Corroboratur, quia in ſimili videmus, quod ſupplicatio porrecta
2 † principi, habet vim libelli, & litis cõteſtationis. l. prima & ſecunda.

& ſecunda. C. quando libel. princip. dat. cap. ſignificaſti. de reſcriptis & tamen hoc non habet locum in inferiore, puta Rege, pro conſule, vel epiſcopo. l. 1. C. de officio præfect. prætor. Afric. & ibi Fulgo. ad hoc notat. & prædicta diligenter notabis pro limitatione dictorum iurium.

LXXIIII.

1 Rex, vel Baro, an poſſit milites creare extra ſuum regnũ, vel baroniam.

2 Iuriſdictionis, voluntariæ quæ ſunt, poſſunt extra, ſuum territorium exerceri. & quomodo hoc ſit accipiendum. nu. 2.

1 QVæro de pulchra quæſtione, ſan Rex vel Baro tranſiens per alias partes, poſsit ex ſuum regnum, vel baroniam creare milites? Et videtur dicendum quod non, quia ibi vt priuatus homo habetur. l. fina. ff. de officio pfect. vrbis. Contrarium notanter determinauit Barto. in l. prima verſicu. ſed tamen dubitatur, nunquid rex in octaua columna in fin. C. de dignitatibus libro duodecimo, quod rex in tali caſu bene poſt creare milites, qa ea
2 † quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, poſſunt extra ſuum territorium exerceri. l. 1. & ſecunda. ff. de offic. procon. & legat. Comprobatur per illud, quod notabiliter decidit Bald. in d. l. ſecunda. vbi dixit, quod epiſcopus extra ſuam diœceſim, põt inſtituere præſentatũ à patrono ad beneficium, quia eſt voluntariæ iuriſdictianis, ſecus in vicario epiſcopi etiam habente ſpeciale mandatum, quod eſt no tandum ſecundum eum, quia commiſſio facta ab inferiore à principe, nũquam poteſt exerceri extra territorium cõmittentis. allegat Bart. in l. cunctos populos. C. de ſumma. trini. De quo tamen vide per Abb. in c. nouit. in 2. colum. de offic. legat. Hinc dicit Hoſt. in ſumm. in tit. de pœni. & remiſſio. §. cui confitendum. verſi. & nunquid extra territorium, quod ſacerdos parochialis, exiſtens extr. territorium ſuæ parochiæ, poteſt vbicunque confiteri, & abſoluere parochianum ſuum cum ſit volũtarię iuriſdictionis. Adde illud, quod dicit copioſus Barbo. in dicto capitu. nouit. in verſicu. ex iſta gloſſa. poteſt inferri, vbi dicit ſe audiuiſſe, alias fuiſſe dubitatum in ciuitate Bononiæ. Epiſcopus Aſtẽſis tranſiens per illam ciuitatem, ordinauit quoſdã ſcholares Aſtẽſes in clericos, quia potuit hoc facere, quia ſi pót conferre beneficia, ergo & ordines.
3 Aduerte tamẽ ad illud, quod ſuperius dixi, quòd eaſ quæ ſunt volũtariæ iuriſdictionis, poſſunt extra territorium exerceri, quod hoc verum eſt, niſi aliud quod eſſet expediendum, competeret de iure ſpeciali. tex. eſt ſingu. iuncta gloſſ. in capit. ſtatutum. de præben. libro 6. refert Roman. in ſing. ſuo 49. incipien. Tu habes, quod ea quæ ſunt voluntariæ, &c.

LXXV.

1 Beneficio priuatur is, qui quod eſt cauſa ſui beneficij negauit 3.

2 Maritus matrimonium denegans priuilegio, ne inquãtum facere poteſt condemnetur, priuatur.

4 Reſponſio etiam ſimpliciter facta non ad omnia quæ præceſſere referetur.

1 LEgiſti alias, quod negans illud quod eſt cauſa ſui beneficij, perdit beneficium. l. ſed hoc ita. §. quod autẽ. vbi Barto. Imo. Alexand. & Iaſon notant. ff. de re iudica. Ad idem te. in l. ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuſſo. vbi dicitur, quod fideiuſſor qui negat ſe fideiuſſorem, amittit beneficium diuiſionis competens plurib. fideiuſſoribus. Item filius qui eſt in poteſtate patris ſi negat ſe eſſe in poteſtate, amittit beneficium. l. ſi ex parte. §. interdum. & l. prima. ff. quod cum eo. Similiter vaſallus negãs dominium feudi, eo ipſo cadit à iure ſuo. Ita Innocen. Panormitan. Felin. Deci. in capitu. cæterum. de iudic. Item
2 maritus qui negat† matrimonium, perdit priuilegium ne condemnetur, niſi inquantum facere poteſt, cum neget illud quod eſt cauſa ſui beneficij, Secus, ſi negat dotem datam, vel contractum dotis celebratum, ita Barto. notanter in l. etiam. §. primo circa finem. ff. ſoluto matrimonio. quem refert & ſequitur Ale. in l. maritus. eodem titul. Intellige tamen prædicta vera, in eo qui doloſè negauit. Secus, ſi per errorem, vel ignorantiam, & ſi abſq; dolo vel culpa, quia tunc non perdunt dictum beneficium. ita probatur in capitu. ſi vaſallus prima in titu. ſi de feudo fuer. controuer. inter dom. & vaſal. quem te. ad hoc pondera. tibi Bald. & notatur per Bald. poſt gloſſ. in l. fina. ff. de rei vendi. Idem voluit. Alexand. poſt Ange. & Raph.
3 Cum. in d. §. quod autem quæritur† modo, quid ſi aliquis non neget id quod eſt cauſa ſui beneficij, puta ſe eſſe fideiuſſorem, vel ſe eſſe ſocium, ſed generaliter reſpondẽdo libello, in quo fit mentio de ſocietate, vel fideiuſſione, dicat, Nego narrata prout narrantur, & petita prout petuntur, nunquid hoc caſu perdit dictum beneficium? Dicas ſingulariter, quod non, hoc fuit ſingulare dictum Barto. in dicta l. ſi dubitetur. §. ita demum. de fideiuſſo. quod dictum exclamat ibi Imol. & dicit ſe ex hoc dicto alias fuiſſe bene lucratum, & quod ex eo poterit lucrari vnam veſtem, eo quia ex tali generali negatione ſolum intelligitur negaſſe ſubſtantiam facti, ſed non ſingulas circunſtantias qualitatis, ſicut quando ſimpliciter reſpondet, cõtenta in inquiſitione vera, videtur ſolũ confiteri contenta principaliter in inquiſitione eſſe vera, non autem in conſequentiam, nec acceſſoriæ. Idem voluit Paul. de Caſtro in dicto §. ita demum. & Imo. in dicto §. quod autẽ. & Bald. in l. ſi cui. §. ſi à filio. ff. de legatis primo. & in capitu. primo in tertia columna. de litis conteſtati. licet idem Bald. in l. prima in ſecunda column. in fine, & in l. prima. C. de ædil. actio. & Anto. de Butrio, in capitu. 1. de lit. cõteſtatio. tenuerint contrarium. & Felin. ibi, & in ca. cæterum. ſequitur hanc partem, & quod dicit, quod iſta eſt cõmunis opinio. Adde, quod Ale. in dicto §. quod autem dicit hoc dictum Bart. in. ſi licet dicat quod in puncto iuris
4 non procedit. Mouetur, quia† reſpõſio ſimpliciter facta ad omnia prædicta refertur. argumen. §. præterea. Inſtit. de inuti. ſtipu. tamen ipſe poſtea ſuſtinet opinionem Barto. quia generalis negatio non debet intelligi comprehẽdere id quod in ſpecies quis veriſimiliter nõ eſſet negaturus. argumento l. obligationes generali. ff. de pignorib. & l. prima. C. quæ res pignor. & ideo non videtur, quod in generali reſponſione veniat illud quod meretur pœnam. l. ſi procurator. in princip. ff. de condict. indebiti. & l. 3. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris, & notat Barto. in l. codicillis. §. inſtituto. de legatis ſecundo. iſta ſunt de mente Salicet. in l. cum precum. C. de liberali cauſa. vt fatetur Alexand. in dicto §. quod autem. quamuis prædicta non alleget. Adde quod hanc opinionem Barto. ſequitur Deci. in d. c. cæterum. vbi reaſſumit iſta dicta Alexacito authore, & ita ipſe reſpondet ad argumentum ſuperius factum de §. præterea. Similiter hanc ſententiam Bar. ſequuti ſunt Raph. Cuma. in l. neceſſariis. ff. de acquirenda hæreditat. & Ale. in l. etiam. §. primo. ſoluto matrimonio. & idem Ale. in conſi. trigeſimo octauo. Viſo. columna quinta lib. 2. & cum Barto. videtur cõcordare Butrigarius in l. 1. C. de litis conteſtat. & Iaſon in dicto §. quautem. ſequitur etiam hanc opinionem Bar. quam dicit eſſe communem contra Felinum in dicto c. cæterum. & certè ex prædictis apparet opinionem Barto. eſſe magis communiter approbatam.

LXXVI.

1 Contumax in reſpondendo libello, an & quando poſſit multare duplici remedio. & nu. 2.

1 IVdex, qui proceſſit† ad miſſionem ex primo decreto contra reum citatum ad reſpondendum libello, & cõtumacem in non comparendo, poteſt adhuc illum multare alio remedio, & conſequenter punitum vno remedio, adhuc alio punire poteſt. l. 1. §. is videtur. & ibi Paul. Alexand. & Iaſon notant. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. Intellige tamen, & limita ſingulariter illum textum ſecundum Paulum de Caſtro ibi, in vltimo nota. procedere, quando reus punitus vno remedio, iterato citatus fuit, vt reſpondeat, & ipſe adhuc pſeueratin

contumacia,quia tunc licet iudex vsus sit vno remedio si illud satis non fuit,potest peruenire ad aliud remediū, perseuerante cōtumacia l.1.§.quid ergo. de ventre inspiciendo.l.consentaneum.& ibi per Bart.notatur.C.quō & quando iudex. alias per missionem in possessionem satis punita esset prima contumacia.l. satis.ff.de in ius vocando & hoc dictum Paul.multum extollit Alex.in d.§.is videtur.& post eum Iaſ.ibi,dicens q̄ illud est singulare, & quod præstat intellectum ad totum illum titulū.Pro quo facit te.in c.q̄n frequenter.§.fi.cum gl.extra vt lite nō cō
2 testata.vbi Abb.in vltimo notabili hoc limitat,nisi contumacia rei magna esset,puta,quia citatus protulit verba opprobriosa contra iudicem,& dixit se non compariturum coram eo,quia tunc iudex pro eadem contumacia posset imponere mulctam,& mittere actorem in possessionem.argum.ca.statuimus. 6.qō.1.vbi à principio imponitur duplex pœna, si hoc meretur delictum, nam & pœna commensurabilis delicto esse debet.cap. non afferamus.24.quæsti.1.Similiter,sicut ex nimia contumacia potest iudex mittere in possessionem,& iubere vt missus lucretur fructus.l.Fulcinius.§.fi.ff.ex quib. causis in possessio.ita etiam potest facere missionem,& etiā multā indicere.& ita dicit posse intelligi gl.notab.in aut. qui semel.C.quomodo & quādo iudex.in verbo locum habeat.quæ dicit,q̄ si iudex partibus præsentibus præcepit,vt antequam recedant,litem contestentur,& altera pars recedit cōtumaciter,poterit iudex illam mulctare,& actorem in possessionem mittere.Pro quo facit te. cū gl.in c.2.in fi.de officio delega.in 6.& predicta faciūt ad limitationem eorum,quæ notat Bar.in di.l.contenta neum.in vltima colum.

LXXVII.

1 Error in nomine appellatiuo vitiat dispositionem, nisi res præsens sit.

1 SI erratum fuerit in nomine appellatiuo,talis error vitiat dispositionem.l.si quis in fundi vocabulo.vbi omnes scribentes ad hoc illum textum notant. ff. de legatis 1.Quæritur modo,quid si res est præsens,& ad oculū demonstretur,& erretur in nomine appellatiuo,puta,si ali quis dixerit,promitto tibi hunc equum,demōstrato boue in præsentia,an talis error nominis appellatiui vitiat dispositionem? Dicas singulariter quod non. De hoc habes glossam singularem in l.quæ extrinsecus.ff.de verbo. obli.super verbo,appellationem,quia tunc licet sit erratum in appellatione,tamē præsentia rei facit omnem errorem cessare.& illam glossam dicūt singularem,& non reperiri in iure Imo.Ange.Cuman. Alexander & Iason in d.l.quæ extrinsecus,Ange.Imola,Alexander,& alij,in dicta l.si quis in fundi vocabulo. in principio.Ange.in l. quoties.in principio. ff.de hæredibus instituendis. Ange.in l.si in nomine.C.de testamentis.Imola in l.si ita stipulatus fuero.ff.de verborum obligationibus.Fely.in c. significante.in 2.colum.extra de rescriptis.& probatur gl. facit tex.in l.certum.ff.si certum petatur.vbi dicitur non referre an proprio nomine res appelletur,an digito ostē datur.Ad idem glossa in dicto c.significante. Paulo post princip.de rescriptis.

LXXVIII.

1 Statutum disponens,quod causæ coniunctorum debeant compromitti,locum sibi nō vendicat in eo,qui opponit exceptionem transactionis,vel litis finitæ.

1 EXceptio transactionis est exceptio litis finitæ.l. fratris.vbi Bald.Salicet.Alexand. & reliqui notant. C. de transactio.sicut exceptio iurisiurandi,& rei iudicatæ. hæc enim remedia ad dirimendas lites inuenta sunt.l. 1. & secunda.ff.de iureiurando.l.1.ff.de re iudica. faciunt, quæ habentur in cap.primo de lit.contestatio.in 6.& in hoc sunt priuilegiatæ,quia licet peremptoriæ sint, quæ regulariter processum non impediunt,tamen istæ impediūt,si ad processum opponant,& inter is modus opponē
di erit intuendus. Ad quæ vide notata per Bar.in l.cum quærebat.ff.iudica.sol.Et ex his infert singulariter Bal.in d.l.fratris.& sequitur ibi Salic.(& hoc est quod voluit dicere) quod si ex forma statuti cauetur, quod causæ inter coniunctos vertentes cōpromitti debeant,si aliquis coniunctorum moueat litem,& reus opponat exceptionem transactionis,vel aliam exceptionem litis finitæ, q̄ tunc si de tali exceptione appareat, reus ad compromittendū compelli non poterit, q̄n motor litis iam decisæ audiri non debet.l.3.§.ibidem.ff.ad exhib.& hoc exclamat Alex. in d.l. fratris, & dicit se habuisse de facto, & obtinuisse. Adde quod idē voluit Bald.in l.si iudex.in fi.ff.de his,qui sunt sui vel alie.iur.vbi dixit,quod illæ exceptiones,quę impediunt processum,impediunt etiam compromissum fieri,quia petitio compromissi est de processu, ſm eum. & illud dictum Bal.dicunt singulare, & extollunt Curtij in d.l. fratris. referunt & sequuntur Iason & Decius ibi. Adde.Mari.in consi.38.inc.pro decisio.col.pen. & Corn. in consi.17.licet in hac consultatione.col.fi.lib.1. Ale.in consi.162.in causa & lite. col.2. libr.7. Et licet prædictæ exceptiones litis finitæ, non opponerentur ad impedien
2 dum processum,sed ad merita causæ,adhuc compromissum impediretur, quia propter tales exceptiones res clara & decisa videt. & statutum non videtur sibi locum vēdicare,vt notanter tradit Barto. in l.eleganter.ff. de condict.indebit.in principio. Idcirco tale statutum habebit locum ante publicatas attestationes, & non post, quia tunc res est liquida,vt voluit singulariter Bal.in l.1.ff.eo. & Roman. in l.prætoriait. in princ.ff.de noui oper.nunt. & Pau.de Cast.in procem.C.in 1.colum.in fin.cum alijs concordantibus traditis per me suprà, in singu.meo incipiente, quæro de pulchra quæstione, statutum disponit.num.72.

LXXIX.

1 Regula,res inter alios acta tertio non præiudicat,fallit.
2 Præsumptio facit prævalere probationem vnius partis,cæteris alijs paribus.
3 Testis vnius fides suppletur per alium.

1 VVlgata est illa regula † in iure, quæ habet,quod res inter alios acta tertio non præiudicat.not.tit. C.res inter alios act.l.sæpe.ff.de re iud. Quæ sanè intelligi debet,vt procedat quo ad plenum præiudicium,sed quo ad qualequale præiudicium,bene alteri nocet.l.à sententia. in prin.ff.de appellatio.& ibi gl.l.si duo patroni.in princ. & ibi gl.super verbo,habiturum.ff.de iureiur.gl.in ca.cū super in verbo,rationabiliter. extra de iureiuran. & in l. 1.in verſicu.præiudicium.ff.de excep.rei iud.& illud est præiudicium præsumptionis,quæ præsumptio est magni effectus,vt dicit gl.singularis in d.l.si duo patroni, super verbo, authoritatis, quia si probationes sunt hinc inde pares,ille obtinebit, qui habet illud plus, videlicet qualemqualem præsumptionem. Et hoc sequuntur omnes scribentes ibi,& dicit Ang.quod illa gloss.est melior quacunque alia quæ sit in iure, & ad hoc reputant singulare Fulg. ibi,& Ang.in rep.l.sciendum.ff.de verbor.obl.& il
2 lani glos.exclamat Cur.Seni.in repe.l.admonendi.num. 174.idem voluit Ange.in l.1.ff.de excep.rei iud. Et pro ista glo.facit quod dicit de interdicto vti possidetis videl cet quod præsumptio facit prævalere probationē vnius partis,cæteris alijs paribus,quæ præsumptio ibi est ex antiquiore possessione. l. clam possidere.ff. de acquir.possess. & habemus exemplum naturale, secundum Bald. in d.l.si duo. in ponderibus,in æquilibrio permanentibus, quia si ex vna parte aliquid modicum superadditur, facit illam præponderare.Et pro illa gloss.facit quod voluit gloss.in cap.ordinatos.59.distinct.cap. dilectus.2. de simo.& 2 quæst.5.cap.interrogatum. Ex quibus colligitur, quòd ex isto quali quali præiudicio, inducitur præsumptio contra ius tertij, & sic iudex facilius pronunciabit contra ius tertij, in causa postea aduersus eum
mota quasi rectè per primum iudicem iudicatum fuerit. Adde,q̄ etiā operatur hoc, prout notanter dixit Guliel. de Cu.in d.l.si duo patroni.videlicet q̄ si pars probasset per duos testes, qui reijci potuissent, q̄ præsumptio resultans pro eodem probante, ex sententia inter alios lata, facit illos testes pro integris haberi.¶Allegat in arg.l.qui liber.s.§.testamēto.ver.plane.ff.de bo.pos.ſm tab.quod
3 dictum non exeat mentē tuam.Non omitto illud, quod egregiè dixit Bal.per illum tex.in l.si quis tex argētarijs. §.1.in prin.ff.de edē.vbi dixit, q̄ si vnus testis est infamis infamia facti q̄ nō censetur esse integer testis, gl.in l.3.§. duo aūt.in verb.eandē fidē.ff.de Carb.edict.& in l.1.vbi scribentes.C.de sum. trin.& alius testis sit valde fide dignus,quòd tunc illi duo testes facient plenā fidē, quia fides vnius suppletur per alium,quod est menti tenēdum, ſm eum,& Modern.ibi dicunt illud dictum famosum & quod tota die in consulendo allegatur. Idem voluit Bal. in l.1.in 3.col.C.de test.Sal.in l.in bonę fidei.C.de reb.creditor. Lud.Rom.in l.1.§. si quis stipulanti.ff.de ver.obl. & Ale.in d.l.si quis.§ 1.Et prædicta præcedent, q̄n testes erant tales,quòd examinati facerēt iudicium, dato quod alias examinari non debuissent,vt sunt impuberes, vt habetur in notatis per gl.in l.fi.C.de his,quib.vt ind.Secus, si indicium aliquod non faceret, vt in teste qui pp reuerentiam non potuit recipi, puta seruus contra dominū, nam examinatus iudicium nō facit.l.maritus.& ibi Bar. ff.de quæst.l.diuus.§.ex quib.eo.tit.Bal.in l.seruos. C.de test. Vnde si nullum indicium facit,ex alia probatione incrementum recipere non potest, cum incrementum ali quod adesse præsupponat.l.sed si manente.ff.de præca.& ita potest limitari dictum Gul.& Bal.

LXXX.

1 Coniunctum scire facta coniuncti, quomodo sit accipiendum.
2 Vicinus præsumitur scire facta vicini.

1 TV habes dictum satis vulgatū, quod † coniunctus p̄sumitur scire facta coniuncti.l.octaui.ff.vnde cognat. de tutela C.de in integrum restitutio.minor notat Bald. & post eum Ale.Iaſ.in l.q̄n fororem. C.de iure deliber. Idem Alex.l.2.C.qui admit.Bal.Ang.Imo.in l.Titius.§.j. ff.de lib.& posthu.tangit Ang.in l.tres fratres.ff.de pact. Bar.Pau.Ale.& Iaſ.& reliqui recentiores in l.1.ff. si cert. pet.Quæro modo,aliquis cōiunctus patrauit aliquod homicidium,vel vulnerauit,aliquē, an coniuncti præsumātur conscij hmōi delicti,adeo quòd tenēatur? Videtur dicendum q̄ sic,per supradicta iura.Et comprobari potest hæc opinio per tex.in c.constitutus.ext.de test.vbi dī, q̄ si consanguinei illius episcopi,qui accusabatur de simonia, prohibebāt amplius testes produci contra dictum episcopum(ex quo verisimile non est, quòd eo inuito talia fierent, & hoc non caret scrupulo societatis occultæ) mandat ibi summus Pontifex, q̄ episcopus ille suspendatur ab officio,& sic vides quòd cōiunctus præsumitur scire facta coniuncti. Tū in contrarium facit tex.in ca.quia prælatus.1.qō.4.vbi consanguinei cuiusdam presbyteri, eruerent oculos aduersarij sui,nec factum illorum imputatur presbytero. Tamen concordando prædicta iura,dicas sic,quòd aut delictum patratum per consanguineos, est mc mentaneum,vel successiuum,vt homicidium,vel vulneratio,& non præsumitur contra consanguineos,vt ex hac sola præsumptione puniātur,sed requiruntur alia indicia vrgentia,& ita procedet d.c.quia prælatus,& faciunt notata in c.Petrus.extra de homi.Aut delictum est successiuum,seu habet causam permanētem,& tunc præsumitur contra consanguineos, quod fiat de eorum voluntate.Et ita intelligatur d.c. constitutis. quem text.ita intellexit do.Abb.ibi & idem Abb.in c.cum causam.col. 10.extr.de test.& Imo.& Fely.in d.cap.constitutis.dicunt illum text.meliorem de corpore iuris,& ita etiam illum tex.notat Bal.in l.1.in fi. C.si quacunque præditus potestate. Facit pro hoc illud quod voluit Pau.de Cast.in l.t.
2 ff.si cer.pet.vbi dicit,quod † vicinus, præsumitur scire facta vicini in his,quæ habent causam successiuā, & sic possunt de facili transire in notitiam vicini,secus in his,quæ habent causam momentaneam.Accedat elegans dictum Abb.in c.fi.de cons.exr.vbi dicit,quòd ex vnico actu momentaneo,non inducitur consuetudo,secus si esset vnicus habens causam continuam.allegat textum sing.in c.cum
3 de beneficio,de præbend.in 6.Nec obstat tex.d.l.octaui. cum similibus,quia dico quòd procedunt quo ad ea,quæ concernunt iura sanguinis, & processum naturæ, & ita respondet Bald.in d.l.quoniam fororem,& post eum Alexand.& Iaſo. ibi, & prædicta obseruabis, quia notabilia sunt.

LXXXI.

1 Mandatum ad pias causas an mandantis morte terminetur.

1 EXplorati iuris est, mādatum † procuratoris re integra extingui per mortē mandantis.l.mandatum. vbi Bal. & Salic.hanc materiam plenè examinant. C. mand.§.rectè.Inst.eo.tit.l.si per epistolam.vbi Bar.notat.ff. de acq. hæred.l.si quidem.C.de actio.& obl. latè. Salic.in l.inter causas.in prin.ff.man. Bal.in c.cum venissent.ext.de testi. Quærit mō, quid in mādato ad pias cās, puta aliquis mā dauit alicui,vt dotaret ecclesiā,& cōstituēs morif reintegra,an hoc mandatum expiret? Dicas quòd non. De hoc habes tex.vnicum,& sing.in c.exijt,qui seminat.in secunda charta.in §.in eo.vero casu.de verb.sign.in 6.quē text. pro sing.allegat Bal.in auth.si qua mulier.col.fi.C.de sacros. eccles. & idem tenet in l. mandatum. C.mand.& in l.sicut.in fi.C.de act.& obligati. Adde quòd illum tex.ad hoc dixit singularem Iaſ.in l.eius qui in prouincia.§. placabat.in 1.col.ff.si cer.pe.& illum text.ad hoc reputat etiā sing.Lud.Rom.in consi.118.inci.in 1.conclusione præcedentis consilij. & idem Rom.in repet.auth.similiter. C. ad leg.Falc.in 17.speciali piæ causæ circa contractus.licet dicat non probari in cle.exiui,& certe nec mirum, quia Bal.illam cle.non allegat(vt vidisti)vnde ipse Lud. Rom. alleg.pro hoc l.si pater filio.ff. de manu. vindi.vbi dicitur, quòd in libertate mandatum non expirat re integra morte mandantis fauore libertatis, ergo eodem modo ratione pię causæ.

LXXXII.

1 Probatio eorum quæ consistunt in intellectu & conscientia nostra,quomodo fiat.& nu.3.
2 Iuramento hæredis dicentis sibi non esse in animo adire hæreditatem,an standum.

1 MVltoties credo te audiuisse, quòd ea quæ consistūt in animo,vel conscientia nostra,probantur per nostram simplicem assertionem cum iuramento. De hoc habes gl.not.in c. significasti. super verb.si ita est,vbi Cano.notant,extra de homicid. Ad idem gl.in cap.præsentium.extra de test.& in cap.pastoralis.extra de exceptio. notant dom.de Rot.decisio.45.incip.item si impetranti bonus tex.in l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re militari. Et ideo Cardin. consi. 29. incip. vnde exercitium.dicit,
2 quòd statur iuramento † hæredis dicentis, quòd per aliquos actus non habet animum adeundi hæreditatem.Allegat gl.in d.cap.significasti.& in cap.si vero.2.de sentēt. excommunicatio.ad idem gl.sing.in §.sed istæ.Instit.de actio.quam gloss.ad hoc dicit singu.Bald.in cap.bonæ.2. de postu.prælat.Hinc est,quod Bart.in l.Celsus.in 2.col. ff.de vsucap.dixit,quòd si pater emit sundum, quem decem annis possedit,& postea decessit relicto filio, qui si militer alijs decem annis possedit, & cecidit à possessione,& non potest inuenire instrumēta, vel testes,per quos probetur titulus,consulit,vt allegaret titulum, & probaret iustum vel iustissimum errorem, de quibus ibi per eum,quia se quita possessione decem anno.sufficit. Et si dicatur,dicit ipse,qualiter probabitur,q̄ hoc sciuerit,vel crediderit ab initio, cum cœperit possidere? respondet ipse quia hoc pendet à suo animo,& statur suo dicto,alleg.gl.in d.§. sed istæ. Tamen prædictam conclusionem
intelligę

intellige sano modo, videlicet quod tunc in his, quę de-
2 pendẽt ab animo, stetur assertioni alicuius cum iuramẽ
to, qñ talis persona est fide digna, & ita sing. voluit Bal. in
l. falsus. in 3. col. in 3. opp. C. de furt. & gl. no. in d. c. signifi
casti. de hom. Facit quod voluit Bal. notabiliter in rep. l.
cunctos populos. C. de sum. trin. & fid. cath. vbi dicit, ꝙ si
statuto cauetur, ꝙ credatur libro mercatoris, intelligat,
nisi talis mercator sit infamis, quia tunc etiam quòd iura
mentum sit interpositum, non credetur suo libro. Acce-
dat quod voluit notanter Ang. in l. qui iudicio. ff. de acc.
vbi dixit, ꝙ si ex forma statuti debet credi iuramẽto de-
nuntia oris, vel damnum passi, quòd tamen non stabitur
iuramento denuntiatoris, vel damnum passi, si sunt infa-
mes, etiam sola infamia sacti, & ita attestatur suis cleu-
dicatum.

ADDITIO.

Adde Guid. Pap. sing. 806.

LXXXIII.

1 *Obligatio omnium bonorum præsentium & futurorum, fieri*
potest. Limit. nu. 3.
2 *Debitori si quis pecuniam mutuauit, ex qua merces emptæ*
sint, quæ extant, in his ne possit præferre mutuas cæteris cre-
ditoribus. & nu. 3.
3 *Emphyteusis ecclesiæ obligari non potest.*

1 NOn te latet, quod fieri potest obligatio omnium bo
norum præsentium, & futurorũ. l. fin. C. quæ res pig.
obl. possi. vbi Bar. Bal. & Sal. notant. intantum ꝙ tunc etiã
includuntur nomina debitorum ipsius debitoris obligã
tis, vt notant Bar. Bal. & Sal. in l. 3. C. de hære. actio. Bar. in
l. Quintus. §. argento. ff. de auro & arg. leg. l. nomen. vbi
Bar. & alij. C. quæ res pign. obl. Possi. intelligendo tamen,
quando prædicta obligatio bonorum simpliciter facta
esset. Secus autem, si fuerit obligatio bonorum mobi-
lium, & immobilium, qñ tunc iura actiones, & nomina
debitorum non comprehenduntur, quia actio, seu debi
toris nomen, tanquam tertia species, non continetur ap-
pellatione mobilium, & immobilium. l. à diuo pio. §. in
venditione. ff. de re iud. l. quam Tuberonis. §. penul. ff. de
pecu. notant Bar. & alij post Dyn. in l. potest. de autho. tu
to. & in l. mouentium. ff. de verborum signifi. Cano. in c.
nulli. de rebus eccles. non alien. Similiter in generali obli
gatione venit pecunia. l. cum tabernam. §. fi. & ibi Bar. no
tat. ff. de pignorib. tradit Alex. in l. si constante. in 3. qõ. 3.
partis prin. in ver. confirmo, nam in generali, & c. ff. solu.
to matrimo. quod tamen intellige de pecunia debitoris
ab alio mihi mutuata, quã à creditore, cui bona illa sunt
obligata. d. l. cum tabernam. §. fi. ver. ab alio. Et ratio assi-
gnari potest, qm̃ debitor pecuniam quam mutuo accepit
ab illo creditore, qui omnia bona sua obligauit, eo ani-
mo accepisse videtur, vt cum ea possit negotia sua expli-
care, idcirco non est verisimile, quòd voluerit eam com
prehendi in dicta obligatione bonorum, quoniam tunc
non posset ea vti in suis negotijs, sed posset impediri per
creditorem. Ita sing. Bal. in l. obligatione generali. ff. de
pigno. tradit Rom. in sing. suo. 611. incip. Accipio à te pe
2 cuniam mutuo. Pro quo facit, quod si aliquis mutuauit
pecuniam debitori, ex qua merces emptæ fuerunt, quæ
extant, in illis prædictus mutuans præferri cæteris non
debet. ita Dyn. Bart. Bal. Ang. & communiter scribentes
concludunt in l. si cum dotem. §. fi. ff. sol. mat. per l. procu
ratoris § planè, & §. sed & si dedi. ver. siquidẽ. ff. de tribut.
l. quidam fundum. ff. de in rem ver. Ioan. Faber. Institt. de
rer. diui. §. venditæ. Bal. in l. fi. C. commo. & in l. cum, cui.
ff. de actio. & oblig. & in l. in rebus. C. de iur. dot. Ias. in l.
creditor. ff. si cer. peta. Alex. in d. l. si cum dotem. §. fin. vbi
notanter limitat prędicta, nisi pecunia expressè mutuata
fuisset ad merces comparandas, quia tunc mutuans in di
ctis mercibus, bene præferetur cæteris creditoribus per
sonali actione agentibus. l. quod quis, cum gloss. commu
niter approbata. ff. de priui. cred. Imo fortius dicit gl. not.
3 in authen. quo iure. C. qui pot. in pign. habe. quod talis
mutuans expressè ad merces comparandas, habet in eis
tacitam hypothecam. Adde etiam, quod in dicta genera
li obligatione, veniũt etiam bona emphyteutica, & sic li
cet regulariter bona emphyteutica alienari non possint
irrequisito domino, tamen possunt hypothecari. Ita no
tat Bar. & clarius Bal. & Paulus de Cast. in l. tutor. §. fin. ff.
de pigno. actio. & l. lex vectigali. ff. de pigno. & Bart. in l. si
constante. in princ. in 3 quæst. 3. quæst. principa. ff. soluto
matrimo. quem refert & sequitur ibi Ale. reprehendens
Roma. contrarium ibi tenentem. Idem voluit Specu. in
titul. de loca. §. nunc aliqua. Adde, quod idem tenet glos.
in l. fin. in verticu. vendere, & ibi Salicet. & alij. C. de iur.
4 emphyteuti. Dicit tamen Salicet. ibi se audiuisse quendã
solennem doctorem tenentem, quod si esset emphyteu
sis ecclesiæ, obligari non possit, neque hypothecari, per
auth. hoc ius porrectum, & authent. quàs res. C. de sacro
sanct. eccles. sed subdit ipse, quod iura illa minimè pro-
bant quoniam loquuntur in administratore ecclesiæ, &
non in emphyteuta, qui ius suum tantum, & non ius ec
clesiæ pignorat, nam ius ecclesiæ pignorare non posset. l.
rem alienam. ff. de pig. act. & ita refert & sequitur Ias. in d.
l. fi. Limita modo singulariter prędictam regulam, quæ
5 habet, quod quis potest obligare omnia bona præsen-
tia, & futura, nisi quis vellet obligare bona alicuius vi-
uentis, de cuius hęreditate speraret, quia illa obligare nõ
potest. Ita est text. singu. in l. fi. versi. neque hypothecas.
C. de pact. quem ad hoc vterque Cur. vbi dicunt sing. in-
tellige tamen, quando bona illius viuentis essent specia-
liter obligata, prout loquitur ibi tex. alias sub illa genera
li obligatione bonorum præsentium & futurorum etiã
bona viuentis includerentur, per ea quę notat Barto. ibi
per l. 3. §. de illo. ff. pro soc. & sentit Dec. in d. l. fin. in 8. no
tab. Secundo, & singularius limita, nisi obligans ex con-
sensu creditoris rem obligatam alienaret, quoniam si il-
lam alienet, & postea ex nouo titulo acquirat, non pote
rit creditor dicere, quod virtute generalis obligationis,
in qua veniunt futura, res illa de nouo acquisita intelliga
tur. Text. est singularis in l. fin. C. de remiss. pigno. quem
Bart. ibi in princ. exclamat, dicendo illum singularem,
& dicit etiam, quod qui nesciret illam legem, semper re-
sponderet contra illum casum, & illum text. dixerunt
etiam sing. dom. Iaso. & post eum Cur. in d. l. fin. in vlt.
not. C. de pact.

LXXXIIII.

1 *Statutum restringens facultatem probandi ad vnum modum*
tantum, valet. limit.
2 *Statutum interpretationem recipit à iure communi.*
3 *Iuramentum probatur per duos idoneos testes.*

1 STatutum, vel consuetudo restringens facultatem pro
a bandi ad vnum modum tantum, puta per instrumen
ta, vel testes tantum, valet & tenet. ita Specu. in titu. de
prob. §. videndum. verticu. Sed pone, quod instrumento.
& expresse tradit Ange. in authen. vt sine prohi. matr. co
lumn. 7. in fin. & Alex. consi. 36. viso processu. in princip.
lib. 5. Idem Alex. consi. 50. in causa & lite. col. 1. eo d. libr.
sicut enim lex potest minuere, & alterare ꝓbationes, vt
dicit gloss. in c. 1. de cens. lib. 6. & in c. 1. in versic. authent.
de sen. excomm. eod. lib. & Spe. de instr. editione. §. restat.
versi. sed si alij. ita & consuetudo, secundum ipsum, cum
quo transeunt Ant. Abb. Bart. Felin. & Dec. in d. cap. 2. de
prob. Et tale statutum locum habet non solum agendo,
sed etiam excipiendo, vt voluit Alexandr. in d. consi. 36.
Limita prędictam conclusionem non habere locum, qñ
quis esset adstrictus ad probandum per instrumentum,
& vellet probare per quinque testes, quia tali casu statu-
tum non refragaretur. Ita singulariter voluit Abba. in d.
c. 2. in fin. per text. in l. testium. C. de testi. de quo ipse fa-
cit festum, & hoc dictum Abba. reputat singulare Felin.
ibi, in quinta column. in secunda conclusione in 3. fal.
refert

2 refert etiam & sequitur Dec. in eo. c. Pro quo facit, quia
statutum recipit interpretationem à iure communi. l. 1.
§. lex Falcidia. ff. ad leg. Falc. vbi Bar. plenè, & post eum
Alexand. quemadmodum enim de iure communi quin
que testes vicem obtinent scripturę, & instrumenti. d. l. te
stium. ita & in statuto dicendum est. Adde aliam sing. li-
mitationem videlicet, nisi ageretur de probando iura-
mento, quod in contractu interpositum esset, quoniam
2 tũc, licet ex forma statuti requireretur scriptura ad pro
bationem contractus, tamẽ per duos testes idoneos pro
babitur iuramentum, maximè coram iudice ecclesiastico,
coram quo agi potest ad obseruantiam dicti contractus. c. cum. C. laicus, & ibi scribentes notant, de foro com
peten. lib. 6. Ita singulariter voluit Imo. in rep. c. cum cõ
tingat, extra de iureiuran. in vigesima prima charta. in 6.
membro princ. quod dictum exclamat cumulator bono
rum dictorum Felin. in d. c. 2. in ver. sexto intellige. idem
voluit Deci. ibi in decima tertia fal. in penul. colum. vbi
aliqua notabilia dicit, quę videas. Et prædicta diligenter
notabis, quia singularia sunt, & frequenter in practica
accidere solent.

ADDITIO.

a Ad vnum modum. Adde quòd licet valeat tale statutum
vel consuetudo, non tamen valet pactum vel conuentio
quod debitum non possit probari nisi per instrumẽtum,
vt tenet expresse gl. magna in §. quia vero. in auth. vt sine
prohib. mat. dedit. & credit. & eam approbat ibi Ang. Ci.
Bart. & Bald. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. idem
tenet Floria. in l. in lege Aquilia si deletum. ff. ad le. Aqui.
quod tamen fallit si tale pactum fuerit iuramento valla
tum, vt per Roma. sing. 204. tale enim iuramentum erit
seruandum, per cap. si vero. de iureiurand. vide Cæpol.
cautel. 254. dubitari, & Boueri. in sing. in verb. probatio.
numero. 25.

LXXXV.

1 *Testamentum an probari possit per duos testes, etiam si nata*
sit controuersia super voluntate testatoris.
3 *Instrumentum ad hoc vt fidem faciat, quid requiratur.*

1 VOluntas testatoris quando est dubia, puta an insti-
tuerit aliquem hæredem ita, vel non, & de hoc ver
titur controuersia, debet probari per septẽ testes, vt pro
batur per glos. & communiter scribentes, in l. 2. C. de bo
norum possessio. secund. tabu. Tamen dabo tibi casum
sing. in quo per duos testes poterit probari testamẽtum,
etiam si quæstio oriatur de voluntate, & hoc est, quando
instrumentum testamenti authenticum, celebratum co
ram septem testibus, aliquo casu fortuito perditur, nam
probata amissione & tenore testamenti per duos testes,
erit probatum testamentum. Ita singulariter probatur
in simili in l. testium. C. de test. & ibi Bal. notat in vlt. not.
in 2. col. & reputat hoc notabile. Idem voluit Salic. ibi. &
illud dictum Bald. exclamat Ioan. Bapt. Seuer. in repet. l.
admonendi. num. 74. de iureiuran. & illud etiam reputãt
sing. Alex. & Ias. in d. l. 2. C. de bonorum possessio. secun.
tab. Idem voluerunt Salice. Rom. & Dec. ibi. & Dec. in c.
2. in 9. col. versic. 3. si instrumentum, & c. extra de probat.
Ange. tamen in dicta l. testium. in aliquibus lecturis, quæ
communiter non habentur, intelligit dictum Bal. verũ,
si tenor testamenti fuerit probatus per duos testes, qui
fuerunt præsentes testamento, tunc dictum Bald. posset
saluari, si testes, qui deponunt de amissione testamenti,
& de eius tenore, sint valde periti, qm̃ tũc sufficerẽt ꝙ nõ
fuissent ꝑsentes in celebratione dicti testamẽti. Pro hoc
facit quod voluit Bart. in l. 2. §. diuus. ff. de iur. fisc. vbi di-
cit, quòd quando quis probat instrumentum, & tenorẽ
2 instrumenti, ad hoc vt faciat fidem, per inde ac si instru
mentum ostenderetur, requiritur illud probari per per-
sonas instructas, vt per notarium, iudicem, vel iuristas,
qui sciunt discernere instrumentum publicum, & quali-
tates instrumentorum, non autem sufficeret quilibet te
stis. Idem voluit Bar. etiam in l. sicut. C. de fide instrum.
& Bal. in authen. si quis in aliquo. C. de eden. & de hoc est
tex. in cap. cum olim. 1. extra de priui. Felin. in c. sicut. in j.
col. de re iudic. Corne. tamen in dicta. l. 2. C. de bono. pos
sess. secund. tabu. conatur impugnare dictum Bald. dicẽs,
quod tex. in d. l. testium. loquitur in casu diuerso, in quo
de minori præiudicio agitur, quam in testamento. Tamẽ
responderi potest, quod in testamento. militat eadem ra
tio, ex quo principaliter agitur de probanda amissione
instrumẽti, & amissio est illa, quæ immediate probatur,
& non testatoris voluntas, quæ probatur per ipsum testa
mentum, probata amissione. Facit quod voluit Bald. in l.
1. C. quibus ex cau. serui pro præmi. libert. accipi. vbi adij
cit, quod si seruus qui vult vlcisci necem domini, proba
uit indicia, propter quæ deuentum est ad torturam illius
iudicis officio, quod non meretur præmium libertatis,
quia illa probatio potius est facta officio iudicis inquirẽ
tis, quam per ipsum delatorem. Pro hoc etiam facit,
quod voluit Cæpol. in caute. 253. statuta quandoque
disponunt, & quod voluit Deci. in dict. cap. 2. de prob.
quos videas.

LXXXVI.

1 *Confessio facta parte absente confitenti an præiudicet, &*
quando.
2 *Partis præsentiam quæ non desiderant.*

1 SI confessio facta fuerit parte absente, a non præiudica
a bit confitenti. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess.
l. 1. C. eod. tit. l. fi. C. de interro. act. intellige hoc verum,
quando confessio directè tendit ad obligandum confi-
tentem ei, ad cuius fauorem emanat confessio. Si autem
principaliter ad hoc non tendit, sed aliquid probandum,
ex qua probatione obligatio absenti quæritur, tunc talis
confessio ipsi confitenti præiudicium parit. Vnde si filius
præteritus approbat testamentum patris absente institu
tò, talis approbatio non derit instituto vel si aliquis appro
bat aliquod instrumentum tãquam verum, vigore huius
approbationis omnes quorum interest, poterunt contra
approbãtem se tueri, licet non fuerint præsentes tempo
re approbationis. Ita egregiè & sing. voluit Ang. in §. si ve
ro expressim per illum tex. in auth. de hær. & fal. quod di
ctum exclamat Franciscus Cur. Senior, in rep. l. admonen
di. de iureiur. nu. 17. refert & sequitur Ale. in add. ad Bar.
in d. l. certum. §. si quis absente. Et comprobari potest ex
eo quod voluit Bar. in l. nuda. in 2. opp. in 2. col. ff. de dõ.
2 vbi dicit, ꝙ consistentia in animo vnius solius, puta adi
tio hæreditatis, ratificatio, approbatio contractus, & si-
milia, non exigunt præsentiam partis, cum dependeant
à voluntate vnius tantum. Idem voluit Bar. in d. l. Nesen-
nius. de negot. gest. & in d. l. certum. §. si quis absente. per
gl. in l. Pomponius scribit de neg. gest. & in l. non solum.
§. liberationis verba. ff. de lib. leg.

ADDITIO.

a Parte absente. Adde Hipply. plenè singu. 202. tu scis regu
lam, & singul. 627. materia confessionis, & singul. 459.
vox vtua.

LXXXVII.

1 *Vulneratus si medicum nõ adhibuit, sua culpa mortuus præ-*
sumitur, quando medicorum iudicio vulnus æquè ad vitam
atque ad mortem se haberet.
2 *Mortuus sua culpa præsumitur is, qui medico & salutem pro*
mittentibus parere noluit.
3 *Locus insignis quis dicatur.*
4 *Consilium à ciuitate petendum, lignum à nemore.*

1 NOt. glos. singularem ibi in l. si ab hostibus. §. 1. ff. solut.
matr. quæ præstat arg. ad quæstionem quotidianam,
videlicet, quòd si aliquis vulneratus fuit, & medicum
non adhibuit, præsumitur sua culpa decessisse, quando
vulnus

vulnus iudicio medicorum poterat se habere ad vitam, & ad mortem, & sic vulnerans de occiso non tenebitur, quod est nota.dignum secundum quod dicit ibi Bal. vbi reputat illam gl.auream,& dicit Imo.ibi, quòd istud est omnino dignum ad practicam,pro defensione vulneratus, & illam glos. ad hoc reputant etiam singu. Paulus de Cast.& Raph. Cum. ibi idem voluit Bal.in l.qui occidit.§.fi.vbi bonus tex.ff.ad leg.Aquil. & in c.1.in prin.in tit.quib.mod.feud.amitt.Idem notant doct.in c.2.de cleri.percusso,bene facit tex.in l.item mela.§.Celsus.& in l. huic scripturæ.§.1.ff.ad leg.Aquil.quæ iura disponunt,q etiam si quis mortifere ab aliquo sit vulneratus,si tamen ab alio postea penitus exanimetur primus vulnerans nō tenebitur de occiso,sed solum de vulnere.Idem dicas,si non permisit se curari,vel concubuit cum vxore. Item
2 dicitur sua culpa decessisse,si noluit medicis obedire,ei salutem promittentibus,si permitteret se curari.Ita Bal. & Flori.d.l.qui occidit.§.fi. Idem Baldus in add.Spe.super rubrica de homic.dicens, q si constat de inordinata vita vulnerati,imputabitur sibi. Similiter,si vulneratus fecit se curare per incantationes,quæ sunt prohibitæ,nā tunc in culpa dicitur fuisse,adhibendo curam prohibitam, in qua dicitur potius,mors,quam vita nec tūc dicitur adhibuisse medicum, cum tales non sint medici,ita notabiliter Soc.in consi.suo.178.incip. Primo aspectu.vbi etiam dicit,quod si clausus stare debebat, & exiuit, culpæ suæ imputabitur.Et ex prædictis colligitur modus articulandi,secundum Flor.in d.l.qui occidit.§.fin. Idem dicas si vulneratus habuit medicum ignarum, quoniam parificantur non adhiberi medicum, vel adhiberi, & minus peritum,prout dicit textus notab. in l. quod si nolit.§. si mācipiū.ff.de ædilict.edict.& ibi est vna gl.quæ dicit,qđ bonus aduocatus potest facere pessimam causam videri bonam, & subdit ibi glo.quod ille qui malum medicum adhibuit,est indignus hæreditate infirmi,& eam ad hoc pro valde notab.allegat, Angelus in l.si seruum. in princ. ff.de verb.obli. Adde,quod Bal.in l. si non simpliciter.in 4.colū. C.de edil.actio.dicebat,quod vitium medici,vel malitia medicinæ,excusabant vulnerantem & Ang.in d. l.quod si nolit.§.si mancipium,dicebat,quod si vulnus secundum iudicium medicorum potest se habere ad vitā, & mortem, si vocatur medicus imperitus, & moriatur percussus,non imputabitur vulneranti. Non tamen credas qđ sit necesse adhibere antiquiorē,sed sufficit adhibere iuuenēbene disciplinatū,ɛm Ang.in d.l.si seruū.in princip.de ver.obl.aduerte tamen ad illud quod dicebat alibi Bartolus multum eleganter, quod ad fundandam intentionem agentis,non sufficit probare,quod medicum nō adhibuit,vel adhibuit minus peritū,sed debet probari,q medicum potuit adhibere sufficiētem, quia erat in loco, in quo copia medicorum haberi poterat,alias sibi imputabitur.ita Bart.in d.l.si ab hostibus.§.1. & post eum do. Alexan.ibi & Ang.in d.l.quod si nolit.§. si mancipium.in prin. Adde Inno.in c.statutum.de præscri.in 6. & textum in l.2.§.si quis.ff.si quis caut.& c.quærelam. de procu. & Bar.in l.denique.ff.pro soc.& Bartolus in tract.de test.in ver.lata culpa.Bartolus in l.tutor qui repertorium.§.penultimo.ff.de admi.tu.Bartolus in l.bonorum.ff.de bon. poss.tit.gen.Bal.in l.iuris ignorātia. C.qui admit.In qui-
3 bus locis etiam habes,quod si locus dicitur insignis,quando habet forū meri & mixti imperij.l. si duas.§. decet.ff. de excusa.tuto. Et prædicta notanda sunt pro omnibus casibus,in quibus vis alicui quid imputari, quod non fecit per alium,vt habeas necesse probare vere vel præsumptiuè quod alias inueniebat,per quem de facili facere poterat.ita Barto.in d.l.si ab hostibus.§.primo,& in dicta.l. idemque,& Baldus in d.l.iuris ignorantia.Si tamen in loco non reperiebatur,nisi vnus medicus,vel nullus,debet mittere ad loca vicina pro perito,secundum Bart.in d.l. continuus.§. item qui in fulam.in fi.ff.de ver.obl; per l.diuus.ff.de tuto.& cura.dat.ab his. Facit quod notat Bal.in
4 d.l. iuris ignorantia.vbi dicit,quod sicut rusticus vadit ad nemus pro lignis, ita debet ire ad ciuitatem pro consilio.arg.l.3.§. si tam vicinum.ff.de dam.infect.Idem tenet Ant.de Butr.& Imol.in c.2.ne const.& Roma.in l.si duo.ff.de acquir. hæred. per.glos. ibi dum dicit, si facile erat &c.bene facit quod notat Ioan.And.in d.c.statutum, quæ omnia diligenter notabis,quoniam sæpissimè in facto accidunt.

LXXXVIII.

1 Contumax vt quis dicatur, qua & quot requirantur. & numer.2.

1 COmpertum habes,quod ad hoc vt quis cōstituatur contumax,requiritur trina citatio, vel vna peremptoriè.l.consentaneum.§.tres denuntiationes, & ibi Bar. Bal.& Salic.notant.C.quo.& quan.iud. Queritur modo, aliquis fecit aduersarium suum citari peremptoriè, vel p trinas citationes, qui non comparuit, tamen ipse actor non accusauit contumaciam, an propter hoc reus possit dici contumax? Dicas quod non.de hoc habes text.egregium & notabilem in l.properandum.§.& siquidem.ibi, actoris absentiam accusante.C.de iud.quem tex. ad hoc dicunt meliorē de iure Fulg.& Pau.de Cast.ibi.referunt & sequitur do. Ale.& Ias.in d.§.& siquidem, & illum textum alleg.ad hoc Ful.in l.consentaneum.C.quo. & quan. iud.& in l.si finita.§.Iulianus.in 4.col.ff.de dam.infect.Ad hoc etiam alleg.illum tex.Bart.in l.2.in pen.col.ff.si quis in ius voc.non ier.& in d.§.Iulianus.& in l.arbiter Calendis.ff.de Arbit.& in d.l.consentaneum.in fi. vbi notabiliter dixit,quod ad hoc vt quis dicatur contumax,non solum requiritur,trina citatio,vel vna pro omnibus,sed et requiritur,vt pars.l.actor se presente in termino.Nam si actor præsens non esset,licet reus non se præsentaret,nō propterea cōtumax esset.d.l. arbiter.& d.l.properādum. §.1.Et ideo dicit ipse,inoleuit practica,quòd in termino citationis pars compareat, & absentis contumaciam accuset.Et ista regula nō solum vendicat sibi locum in causis ciuilibus,sed etiam in criminalibus, quando procedi tur per accusationem, quoniam tunc etiam requiritur, actorem expresse accusare contumaciam ipsius rei, alias non censetur contumax,nam in criminalibus procedi tur ad instar iudiciorum ciuilium.l.absentem.§.1.ff.de pœnis,& hoc voluit Imo.post Bar.in l.inter accusatorem. ff.de publi.iudi.Bar.in extrauag.ad reprimendum.in ver. neglexerit.Salic.in l.absentem.C.de accusatio.Prædicta intelligas quantum ad hoc,vt iudex procedat contra ali
2 quem tanquam contumacem,secus quo ad effectus, qui ipso iure inducuntur à lege.vel à statuto. Vnde si statutū disponit,quod contumax habeatur pro confesso, & con dicto, si aliquis citatus non comparuit,quantum ad effectum statuti contumax reputatur, dato quod pars aduersa eius contumaciam non accusauerit.Ita singulariter voluit Bal.per illum tex.in l.si tutor.C.de inter.mat.refert, & sequitur Ias.in d.l.properādum.§. & si quidem. Addit insuper Bar.in d.l. consentaneum.quod ad hoc vt quis dicatur vt contumax abesse.requiritur etiam quod actor à iudice licenciatus recedat,non.n.sufficit venire,nisi tota die terminum expectet.l.post edictum.de iudic. & colligitur in l.quæsitum.de re iud.& hoc tenet Inno. in c.calumniam.de pœn.& prædicta dicit Bar. ibi notāda perpetuo.Adde,quod idem voluit Barto. in d.l.si finita.§.Iulianus.in 3.col.& post eum Imo. ibi. Pro quo dicit bene facere id,quod not.gl.in c.cupiētes.§. quod si per viginti. in versi. comparere.de elect.in 6.& quod habetur in l.si quis decurio.cum ibi notatis.C.de decur.lib.10.& quod not.in c.1.de iud.& plenius vide per do.Ale.in d.§.Iulianus.in 7.col.circa fin.

LXXXIX.

1 Gabellas fraudare,& collectas indictas per vniuersitates terrarum,an licitum.distinct.num.2.

1 Quæro

1 QVæro,nunquid sit licitum fraudare gabellas & col
a lectas impositas per vniuersitates terrarum? Breuiter dicas,q si sunt licitè impositæ,quod non,si vero sunt illicitæ,tunc permittitur,vt notanter dixit Sac.Butr. in l. 2.C.de iure aureo annul.quem refert & sequitur Bal.ibi. idem voluit Barr.in l.vectigalia.ff.de publican.vbi dixit q fraudans gabellas,non tenetur Deo nec mundo, quia illæ gabellæ sine permissione principis,sunt extorsiones, nisi ipsimet ciues sibijpsis grauamen imponerent. Idem voluit Abbas in c.innouamus.in secunda colum.in prin. de cens.in c.1.de constitutio.in 7.col.& Bal.in l.cum ꝓponas.C.de naut.fœno.in fi.Ang.in d.l.2.C.de iur.aure. annulo.Bal.in l.veluti.in 1.lect.in fin.ff.de iusti.& iur. & Bal.in rub.extra de const.in fi.Abb.in proœ.decret. Rex pacificus.in 4.colum.& sic apparet vnus casus,in quo li-
2 citè fraudari potest gabella.Limitatur secundo hæc regula,nisi,solutio gabellæ vel pedagij esset nimis barbarica,secundum Bal.in d.l.2.C.de iur.aure.annulo.puta qñ solueretur vltra tertiam octauæ partis,prout dicit idem Bal.in rubri.ff.de rer.diuisio,in 2.col.per l.si.C.de vectiga.Tertio,limitari potest quando cessat causa licita ab initio illius impositionis,puta si ꝓ refectione pōtis, quē aqua secum trahens,præcipitauit,illo refecto,poterit licitè fraudari gabella,si petatur.Ita notanter Host.in sum. de cens.§.ex quibus.versi.sed quid si mercatores. Plenè per Firm.in tract suo de gabe.in 9.parte in princi.ibi,non principaliter,&c.

ADDITIO.

a Fraudare gabellas.Adde Guid.Pap.sing.726.qui alias limitationes ponit.

XC.

1 Statuto stante,quod nullus possit ciuitate efferre vinum vel frumentum,si quis asportet res licitas & illicitas simul,an omnia veniunt fisco applicanda?

1 STatutum disponit,quod nullus possit portare extra ci
a uitatem vinum,vel frumentum accidit, quod aliquis extrahit res licitas & illicitas simul,nūquid omnia veniat publicanda, & applicanda fisco? Videtur dicendum, quod sic,per tex.in l.cotem.§.dominus.ff.de public. vbi dicitur,quod ratione partis confiscatur totum.In contrarium habes tex.not.in l.si publicanus.§.1.in fi.ibi,vt si qā amplius,&c.quasi dicat,non alia.ff.eod.titu.Non obstat te.in d.§.dominus.quia ibi ratione partis publicatur totum,non in consequentiam rerum, sed in cōsequētiam delicti,quia capite puniuntur,& omnia bona publicant. l.1.quæ res expor.non pos.& ita tenet Bar.in d.§.dominus.& in hanc sententiam residet etiam Gulicl.in l.præsidis,ff.si cert.peta.& Cin.in l.cum proponas.C.de natu.fe no.Sed Iac.de Aren.in d.l.cum ꝓponas.aliter distinguebat,videlicet,quod aut omnes merces licitæ & illicitæ, quæ ducebantur,erant ducentis,aut suæ & aliorum,primo casu,omnes confiscantur,& ita intelligitur d.§.dominus cum gl.secundo casu,quando res licitæ erant aliorū, tunc non confiscantur.Non obstat d.l.si publicanus.§.1. quia intelligit illam procedere,quando ea,quæ ibi licitè probantur,erant alterius,quā ferentis.& hanc distinctionem sequitur Bart.in d.l.cum proponas.Si tamē esset cōsuetudo,quod indistinctè cōfiscarentur omnia bona nō facta inquisitione,cuius sint res,valet talis cōsuetudo,qa in vectigalibus culpæ attribuitur non inuestigare loci cōsuetudinem.l.fina.§.diui quoque. ff.de public.& hoc est propter generalem consuetudinem,quia vbique consueuerunt esse statuta super huiusmodi directis & vectigalibus præstandis, ille tamen propter cuius culpam res alterius confiscantur,tenetur domino ad interesse argumen. ff.de pigno.actio.l.fi.§.fin.& quod ibi notatur.l.lectos.ff. de per.& com.rei vend.l.iubemus.C.de sacrosan.eccles. Adde etiam ad prædicta,quod si statuto cauetur, quod si inuentus fuerit aliquis portare merces,aut quid aliud, contra deuetum,perdat illud & animal,super quo portatur,& peritur postea quidam portare illud super alieno animali,tunc recurrendum est ad distinctionem dicto §.dominus,quia aut dominus animalis fuit sciēs aut ignorans.vt primo casu perdat animal,secundo vero non. Et ideo ignorans,quando animal venditur,si domino ignorante talia vehebantur potest dominus ipse comparere, & impedire venditionem.Ita Bartol.in dicta l.cotem. §. dominus,&c.

XCI.

1 Pupillus proximus pubertati si contrahē do iurauit se adultū, deinde iurauit se non oppugnaturum à se initum contractū an eo contractus firmetur & subsistat.& nu.2.

1 TV scis,quod cōtractus impuberis etiam proximi pubertati,non firmatur iuramento,prout voluit glos. quam sequuntur magis communiter legistæ in authent. sacramenta puberum.C.si aduer l.vend.refert Alexan. in l qui iurasse.ff.de iureiurand.in prima columna Curt.Seni.& Ias.in d.authen.sacramenta puberum.voluit Ange. in d.l.qui iurasse.& Bal.in l.pactum.in 1.colum.C.de col. Quid si impubes proximus pubertati contraheret cum aliquo,qui dubitaret eum esse minorem,& ipse dolose illi persuasisset se adultū esse,& iurasset,an ex tali iuramento contractus valideretur? videtur dicendum quod nō per supra dicta.Contrarium singulariter voluit Gul.de Cun. in d.l.qui iurasse,vbi dixit,q si pupillus doli capax contrahit cum illo,qui dubitabat an esset pupillus,qui iurauit se esse adultum,& iurauit se non venire contra cōtractum,quod tunc contractus validatur iuramento,quia pupillus tunc voluit decipere contrahentem secun. arg. l.si alterius.C.si min.se maio.dixe.attento,q pupillus doli capax teneri debet ex delicto.l.impuberem.ff.de fal.c. 1.extra de delict.pue.Et hoc dictum Pau.de Cast.in d.l. qui iurasse.dicit se non recordari alibi legisse,& illud exclamat Cur,Sen.in repe.d.auth,sacramenta.in 4.co.dicēs illud stupendum & mirabile,multum limitās dictam cō munem opinionem,& illud reputat etiam singulare Iason in d.authentic.sacramenta.in 4.co.refert & sequitur Alex.in d.l.qui iurasse.in 1.col.& ante eum Ange.ibi li-
2 cet de Gul.mētionem non faciat.Idem voluit Guido de Suza.in dicta authen.sacramenta puberum,vbi limitat nisi cōtrahēs cum pupillo esset persona sibi cōiuncta, qa tunc verisimile est eum pupilli ætatem non ignorare.l. octaui.ff.vnde cogn.l.de tutela.C.de in integ.resti.l.si filium.C.de lib.caus.dixi supra in singu.meo.incip.Tu habes dictum satis vulgatum num.80. vnde tunc quamuis iuraret se adultum,non firmatur contractus iuramento, & hoc memoriæ mandabis.

XCII.

1 Contrahentibus an liceat sese mutuo decipere distinguitur.
3 Iura permittentia contrahentibus se fallere, quando locum habeant.
5 Deceptio non cadit in bonum virum.
6 Dolus si det causam contractui, rescinditur contractus, vel agitur ad supplementum.

1 QVæro,an contrahentibus permissum sit se circumuenire? & videtur primo q non,per te.in l. sed & si pupillus.§. sed si alias.ff.de instit.& l. 1.§.magistrum.ff.de exercit.vbi dī,non licet contrahentibus sed decipere. In contrarium habes tex.in l. c.in causæ.2.§.idem Pomponius.ff.de minor.l.itē si pretio.§.quemadmodum.ff.ioca.notat Bal.in rubr.C.de contrahen.empti.in 12.q.qđ imo licitum sit contrahentib.se circumuenire.Vnde pro concordia dicas,q textus in d.§.sed si alias.cum silibus,
2 procedant,t quando contractus est perfectus,q non est licitum decipere in non obseruando contractum.Tex. vero in contrarium allegati procedunt,quando contractus est in fieri,nam tunc respectu pretii & valoris rei, permittitur circumuentio, dummodo non excedat dimidiam iusti pretij,quia tūc circumuentus potest petere vel pretii supplementum,vel pretium restituēdo rē recuperare.l 2.C.de rescindend.venditio.c.cum dilecti.c.cum

causa

cauſa.de emption.& venditio. Aduerte tñ ꝙ iura permit
3 tentia cõtrahentibus ſe decipere, procedunt, ſi quãdo de
cepto interuenit re ipſa, prout ſingulariter voluit Cal.in
c.nauiganti.extra de vſur. Quod dictum pro multum no
ta.refert & ſequitur Abb.ibi.& in c.in ciuitate. eod.titu.
& communiter approbatũ, vt voluit Are.in c.cum cauſa
in antepenulti.col.extra de teſtib.tamen Abb.in ca.quia
plerique.in 10.col.in 9.quæſt.putat quod in caſu iſto, qñ
interuenit deceptio re ipſa, ſi poſtea ſuperuenit ſcientia
valoris rei, quod tunc tenetur decipiens reſtituere id, in
quo alius fuit deceptus, quando à principio emiſſet iuſto
pretio, ſi illud ſciuiſſet, ſi vero tanto pretio non emiſſet,
tenetur ad reſtitutionem rei, quando alter vellet pretiũ
reſtituere, ex quo iuſtum pretium reſtituere non vult, ar
gum.l.in ſundo.ff.de rei vend.& l.ſi quis cum aliter.ff.de
verborum obligatio. vbi pariſcantur deceptio re ipſa, &
ex propoſito. Contrarium tamen voluit Aret.in dict.ca.
cum cauſa.in antepenul.colum. vbi tenet, quod talis reip
ſa decipiens licet ſciat poſt ea maiorem valorem rei, ob
ſuperuenientiam ſcientiæ, non cõſtituitur in mala fide,
quia poſtquam dominium ſine peccato tranſlatum eſt li
cet ſuperueniat ſcientia rei alienæ, non debet irritari ac
quiſitio ſemel iuſtè facta, ſicut dicimus in eo qui bona
fide præſcripſit, quod ſuperuenientia malæ fidei, eũ non
obligat in foro conſcientiæ, vt eſt communis opinio Ca
noniſtarum in c.vigilanti. poſt glo.ibi, de præſcriptio.&
certè argumentum Areti. multum ſtringit. Et ex prædi
4 ctis apparet, quod licet in foro fori permiſſum ſit cõtra
hentibus ſe decipere, dicta l.in cauſæ.§.Pomponius. tam
de iure poli, & ſic in foro conſcientiæ hoc regulariter p
miſſum non eſt. Idem voluit Inno.in dicto c.in ciuitate.
& poſt eum Ant.de Butr.& Abb.ibi.& Cyn.in d.l.in cau
5 ſæ.§.idem Pomponius. Similiter nec bono viro talis de
ceptio permiſſa eſt, vt voluit gloſſ.ſingularis in l.ſemper
in conuentionibus, alias, in contractibus.ff.de reg.iur. quã
reputat ſing.Bal.in c.ſi proponente.extra de reſcri. & in
cap.quanto.in 3.colum.de iureiuran.& authen.ad hæc.in
pen.columna.C.de vſur. Et dicit Bal.in l.cum ipſe.in prin
cip.C.de contrahend.emptio. quod ad bonam fidem ſpe
ctat, iuſto pretio vendere. Et per illam gl.Ioan.de Anan.
in c.in ciuitate.de vſur.in 8.colum. tradit not. cautelam,
dicens, quod ſi aliquis deceptus fuit, faciat poſitionem, ꝙ
ille qui eum decepit, erat bonus vir. nã veriſimiliter hoc
non negabit, & tunc deceptio retractabitur. Sed aduertẽ
dum eſt, quod ſi aduerſarius nollet compelli non poſſet
huic poſitioni reſpondere, quia ſi negaret, detegeret tur
pitudinem ſuam, quã nemo detegere compellitur, iux
ta notata per glo.Barto.& alios in l.qui iuraſſe.§.ſi pater
ff.de iureiur. & ita videtur reprobare hanc cautelam Fe
lin.in cap.fin.in 4 colum.de præſump. Sed reſponderi po
teſt, quod iſta non ſit turpitudo, ex quo iura permittunt.
argu.l.Gracchus.C.de adulter. vnde melior ſolutio vide
tur, quod illa poſitio ſit captioſa, cui reſpondendum nõ
eſt, vt tradit glo.in c.ſi poſt præſtitum.in verbo, rationa
bili.de confeſ.in 6.& Pau.de Caſt.in l.controuerſia. in 2.
colum. vbi declarat quæ ſit poſitio captioſa. ff. de tranſa.
Bal.in l.2.§.obſeruari.C.de iur.calum. Adde domi.meũ
Mant.in apopht.ſuo 150.incip.Io.de Anan. vbi reprobat
6 etiam hanc cautelam. Non omitto, quod ſi doluſ dat cau
ſam contractui, vel incidit in cõtractum, quod tunc ſine
dubio contractus reſcinditur, vel agitur ad ſupplementũ
in foro contentioſo,& multo fortius in foro animæ.l.ele
ganter.ff.de dol.l.Iulianus.§.venditor.ff.de actio.empti.
glo.not.in d.c.cum dilecti.de emptio.& vendit. Aret. in
d.c.cum cauſa.in 6.colum. diſtinguendo inter cõtractus
bonæ fidei & ſtricti iuris, vt diſtinguit gl.communiter ap
probata ſecundum Imo.ibi & recentiores in d.c.cum di
lecti.& gloſſ.in d.l.eleganter.& in dict.l.2.C.de reſcind.
ven. Sed contra prædicta videtur obſtare text.in l.ſi quis
cum aliter.ff.de verbor.obl. vbi dicitur, quod deceptio
re ipſa,& doloſa, æquiparantur, ergo ſicut deceptio re ip
ſa non reſcindit contractum (vt ſuperius dictum fuit) eo
dem modo debemus dicere in deceptione doloſa. Ta
7 men pro reſponſione tdicendum eſt, quod deceptio do
loſa,& re ipſa æquiparantur, quando deceptio re ipſa ex
cedit dimidiam iuſti pretij, non autem quando eſſet cir
ca dimidiam iuſti pretij.& ita intelligitur d.l.ſi quis cum
aliter.& hoc videtur ſenſiſſe Pau.de Caſt.ibi, in primo no
ta. Et hoc expreſſe voluit Anto.Burgos Hiſpanus in d.c.
cum dilecti.de empt.& vendit.

XCII.

1 *Tutores, curatores, prælatus ſeu rectores eccleſiæ, & procurator principis, an & quando poſſint tranſigere ſuper immobilibus.& nu.2.*

3 *Litis dubius euentus quid operetur.*

4 *Pater an poſſit tranſigere ſuper bonis aduentitijs filiorum.*

1 VOlo quod obſeruetur vnum ſingulare, quod frequen
ter practicari ſolet,& hoc alias in facto vidi. Tu ſcis,
ꝙ tutor, vel curator ſicut non poſſunt res immobiles mi
norum ſine decreto alienare, ita nec tranſigere. l.non ſo
lum.C.de præd.mino.vbi Baſ.& cæteri. Paulus de Caſt.in
l.cum hi.§.ſi cum lis.ff.de tranſact. Iaſon in l.mandata.in 2.
col.ff.de iuriſdictio.omn.iudic.not.in l.1.C.ſi aduer.tran
ſactio. quam Bar.ibi multum commendat,& notat con
tra fraudes quæ fiunt tota die per rectores eccleſiarum,
qui ſine decreto,& ſine ſolennitate alienare nõ poſſunt.
2 Principis quoque procurator, eo conſulto tranſigere
non põt. dicit tex.in l.nulli.ff.de tranſactio. per quem tex.
Bal.ibi, putat idem dicẽdum in theſaurarijs,& collectori
bus eccleſiæ, quibus non eſt permiſſum componere Ro
mano pontifice inconſulto. Allegat notata per Inn.in c.
cum ex officij.extra de præſcriptio. Facit l.qui Romæ.§.
Calimachus.de verb.obli. referunt & ſequuntur Paul.&
Iaſ.ibi. Similiter prælatus ſeu rector eccleſię ſuper rei im
mobili eccleſiæ, vel ſuper mobili pretioſa, quæ alias ſine
ſolennitate alienari non permittit, non poteſt tranſigere
ſine conſenſu ſui capituli,& authoritate ſui ſuperioris.
dicunt Canoniſtæ communiter in ca.contingit. quos re
fert ibi Abb.extra de tranſactio.& in terminis conſuluit
Federi.de Sen.in conſil.mihi.94.& Abb.in conſil.56.in
1.part.1.colum.incip.videtur primo, quod ſpectet. Nam
ſicut directè non poteſt fieri talis alienatio ſine debita ſo
lennita.12.quæſt.2.Abbatibus.& c.placuit.17.quæſti.4.
c.in venditionibus.cum ſimil.eadem cauſa,& quæſtion.
ita nec indirecte tranſigendo. Et licet certis caſibus per
mittatur alienatio, vt notatur 12.qo.2.in ſumma. non ta
men ſine authoritate dioceſani. Vnde ſiue prelatus petat
poſſeſſionem ab alio detentam, ſiue ab eo petatur, nun
quam poterit fieri tranſactio, per quam poſſeſſio penes
alios remaneat abſque ſolennitate requiſita. Ita voluit
Abb.in dicto capit.contingit. poſt Federi.in d.conſilio
94 incipient.prælatus cũ conſenſu capituli, &c. facit te.
in dicta l.cum hi.§.ſi cum lis.ff.de tranſactio,& tex.iun
cta.gloſſ.in d.l.non ſolum.C.de præd.minor. vbi dicitur
quod quemadmodum pupilli alienare prohibentur ſi
ne decreto, ita & tranſigere ſine decreto non poſſunt. Nõ
enim debet vna via permitti, quod alia prohibetur capi.
cum quid.de regu.iur.in ſexto capitu.tuæ.de procurato.
3 extra. Et ſi opponeretur, quod dubius euentus litis de
bet aliquid operari,& de nouo aliquid inducere, reſpon
detur quod operatur hoc, quod poteſt tranſigi, & tranſi
gendo poteſt remitti,& alienari ius eccleſiæ, quod alias
alienari non debet, non tamen ſequitur, quod ſine au
thoritate ſuperioris, ſufficit enim quod operatur hoc
quod res eccleſiæ poteſt alienari. facit C.de tranſactio.l.
præſes,& quod nota.in Specul.de inſtrum. edit.§. nunc
vero aliqua.in 7.columna.ad fin.verſic.de illo quæritur:
Aduerte tamen ad vnum,& hoc diligenter notabis, quia
habebis ſingul.limitationem ad omnia prædicta, quod
ſi per tranſactionem res remanet penes prælatum, tuto
rem, vel curatorem, ſimiliter penes ipſius principis pro
curatorem, aliquo dato aduerſario per ipſos, quod tunc
poterunt

poterunt prædicti tranſigere ſine aliqua licentia,& con
ſenſu, ex quo reddunt conditionem eccleſiæ, principis,
& pupillorum meliorem ad hoc habes glo.no.& ſingula
rem, quam Doctores ibi vnanimiter commendant,& ſe
quuntur in l.nulli.ff.de tranſactio.& illam gl.multum cõ
mendant Panorm.in d.c.contingit,& poſt eum Anchar.
And.Sicul.ibi. Adde Abb.etiam in conſi.62.inci.illud de
iure quæritur.in 2.col.in ptin.in 1.vol.Lud.Rom.in con
ſilio.183.& in conſi.165.& Bar.in c.cum pridem.de pac.
Et prædicta limitatio procedit, ſi dicta res, de qua litiga
tur, poſſidetur per dictas perſonas, ſecus ſi per aduerſa
rium poſſideretur, quia eo poſſidente, & retinente ex cã
tractionis, videntur pdictę perſonę alienare, ꝙ nõ licet
ſine ſolennitate, vt ſuperius viſum fuit. Ita ſingulariter,&
notanter voluit Bart.in d.l.nulli. vbi ad hoc alleg.glo.in
l.cum hi.§.ſi vni.ſuper verbo, tranſactio.ff.de tranſactio,
quod dicit perpetuo menti tenendum, & hoc dictum
Bar.pro valde ſingular.refert & ſequitur dom. Iaſ.in d.l.
nulli. Item adde prædictis, quod voluit Bald.in l.1.in 1.
col.C. de bonis mater. vbi dixit, quod pater ſuper bonis
4 aduentitijs filiorum in quibus habet vſumfructum. tran
ſigere poteſt, retinendo tamen, ſed nõ dando bona filio
rum, per illum tex.refert & ſequitur Iaſ.in d.l.nulli.in fi
nalibus verbis.ff.de tranſactio. Et pdicta in practica no
tabilia ſunt, ideo diligenter notabis.

XCIIII.

1 *Tranſactio facta inter hæredem ſcriptum, & legitimum propter incertum ſucceſſionis euentum, an creditoribus præiudicet. diſting.nu.2.4.*

3 *Heres ſcriptus poſtquam effectus eſt hæres, licet exhæredatus querelam intentet teſtamentum ob id non irritatur, nec deſinit eſſe hæres.*

1 TRanſactio facta cum vno ad alios non porrigitur.l.
3.ff.de tranſactio.l.1.C.eo.vbi ſcribentes notãt. Quę
ritur mõ, aliqs eſt ſcriptus hæres in teſtamẽto, legitimus
vero hæres dicit teſtamentũ nullũ, & cõtrouerſia mota
tãdẽ tranſigunt de hæreditate defuncti illã inter eos diui
dẽdo, an talis tranſactio præiudicet creditorib.hæredita
rijs, ita vt omnino compellantur ſtare huic tranſactioni,
vt non poſſint conuenire hæredem ſcriptum? Et certe vi
detur dicendum quod non, per prædicta, maximè, quia
caſus iſte videtur deciſus in d.l.3.vbi dicitur, quod tranſa
ctio facta inter hæredem ſcriptum, & legitimum, non
extenditur ad legatarios, quin poſſint conuenire hære
dem ſcriptum. Si ergo hoc procedit in legatarijs, multo
fortius in creditoribus, qui tractant de damno vitando,
illi vero de lucro captando.l.ſi.§.licentia.C.de iure deli
berandi.l.fin. C. de codicil. In contrarium habes caſum
egregium & ſingularem in l.controuerſia.ff.de tranſact.
vbi deciditur, quod in tali caſu tranſactio præiudicat cre
ditoribus, adeo quod ei tenentur ſtare. Ratio eſt, propter
incertum ſucceſſionis euentum dicit ibi textus, quem ad
hoc exclamat Ange. ibi dicens illum ſingularem,& non
reperiri alibi in iure,& memoriæ commendandum con
fulit. Et dicit Pau.de Caſt.ibi, quod determinatio illius le
gis non reperitur alibi. Adde quod illam legem reputant
ſingularem & ſolennem Baldus in l.2.ad finem, C.de hę
reditate vel actione vendita,& do.Ale.in l.ſæpè.in antep.
col.ff.de re iudicata.& do.Iaſon.in d.l.controuerſia. Non
obſtat tex.in d.l.3.quia ad illum textum reſpondet glo.in
d.l.controuerſia.in gloſſ.magna, ſuper verbo, parte. quã
indifferenter ibi ſequuntur doctores, vbi diſtinguendo
2 dicit, quod aut petebatur teſtamentum irritari, aut ipſo
iure irritum eſſe. Primo caſu, quando petitur teſtamen
tum irritari, puta per querelam inofficioſi teſtamenti,
pendente iudicio querelę, antequam ſequeretur ſenten
tia, fuit facta tranſactio inter ſcriptum hæredem & legi
timum,& tunc hæres ſcriptus tenetur legatarijs,& cre
ditoribus, quia querela intentari non poteſt, niſi adita he
reditate per hæredem ſcriptum.l.filium.§.ſed cum exhę
redatio.ff.de legatis præſtandis. Et poſtquam hæres ſcri
3 ptus effectus eſt hęres, licet exhæredatus intentet quere
lam, teſtamentum propterea non irritatur, nec hęres de
ſinit eſſe hęres, ſed demum lata ſententia contra teſtamẽ
tum.l.ſi ſuſpecta.§.quamuis.ff.de inoff.teſt. vnde merito
in caſu illo hęres ſcriptus in totum tenetur legatarijs. Se
cundo caſu, quando t petitur declarari teſtamentum nul
lum, tunc refert aut tranſactio eſt facta, ita ꝙ legitimus
vnam rem particularem, aut certas res habeat, tunc cum
conſtet quod vniuerſale nomen,& ius hæredis remaneat
penes ſcriptum hæredem, vt inſtit. de fideicom.hęredi.
§.ſi quis vna.& l.quoties.C.de hære. inſtitu. conuenietur
hæres ſcriptus à creditoribus,& legatarijs, ſicut in ſupe
riori caſu,& his duobus caſibus poteſt loqui d.l.3.de tra
ſact. Si vero tranſactio eſt facta per quotas hæreditatis,
tunc ſi loquimur de creditoribus, quemlibet tam ſcri
ptum hæredem, quam legitimum conuenient pro por
tione hæreditaria. Et idẽ in legatarijs petẽtib. legata reli
cta in teſtamẽto, dũmodo legata repetita ſint ab intesta
to. i. quia teſtator in teſtamento ordinauerat, quod ſiue
ſuccederetur ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, legata
deberẽtur,& hoc pp incertũ ſucceſſionis,& ita ꝓcedit d.
l.cõtrouerſia vbi glo.ita nõdet, licet extẽdat fimbrias ſuas
ad alia, quæ non faciunt ad propoſitum noſtrum. Aduer
te tamen ad vnum, quod ſi creditores, vel legatarij vel
lent ſuſcipere in ſe onus probandi, qualiter hereditas in
totum ſpectabat ad ſcriptum hęredem, quod non tenen
tur ſtare huic tranſactioni, imo poſſunt habere recurſum
in totum contra hæredem, & non habebit locum diſpo
ſitio illius legis, quæ principaliter facta fuit in fauorẽ cre
ditorum dubitantium contra quẽ recurrerent ita notabi
liter Ang.ibi,& hoc voluit etiam Alber.quẽ referunt, &
ſequuntur Modernior.ibi. Et per rationem decidẽdi aſſi
gnatam in d.l.controuerſia. remouetur virtualiter con
trarium d.l.1.C.de tranſactio.

XCV.

1 *Delegatus principis, cui facta delegatio his verbis, præcipimus, vel iubemus, an alteri poſſit ſubdelegare & nu.3.*

3 *Ordinarius vbi dat licentiam prædicandi, abſoluendi, & prouidendi eccleſiis de prælatis, delegatus per ſe ſolum poteſt id curare.*

4 *Mandatum, eſt quid vltra conſilium, & citra præceptum.*

1 DElegatus t principis poteſt cauſam alteri ſubdelega
re.l.à iudice.C.de iudi.vbi Bal.Salic.& Alexan.notãt
cap.quoniam.extra de offic.deleg.cap. cum cauſa.de ap
pellationibus.l.fina.C.de iudi.ratio, quia cenſetur maior
quocunque ordinario. ca.paſtoralis.§.præterea.de offic.
ord.cap.ſanè.2.de off.dele. Si ergo ordinarius poteſt dele
gare, ergo à fortiori delegatus principis. quod tamen ita
abſolutè non intelligas (nam vt dicit Archid.2.q.6.ſi epi
ſcopus.) licet delegatus principis dignior ſit ordinario,
tñ ordinarius habet firmiorẽ iuriſdictionem. Idẽ voluit
Bald.in l.ſi vt proponis.1.in 3.col. in princ. verſi. ſed hic
dubitatur. C. quomodo & quando iudic. vbi ex hoc in
fert, quod licet ordinarius qui tulit ſententiam nullam,
denuo iudicare poſſit.l.ſi præſes.C.quomodo & quando
iudic.l.4.C.de accuſat. Secus tamen eſt in delegato.dict.
l.ſi vt proponis. etiam quòd à principe delegatus ſit,
quoniam ita firmam & efficacem iuriſdictionem non
habet, ſicuti ordinarius. Hanc eandem ſententiam te
nuit Bald. in capitu. in literis in princ.de offic.deleg.per
textum in dict.l.ſi vt proponis,& opinio Archidia. com
probari poteſt per text.in leg.2.C.de ſpor. vbi delegatus
principis etiam illuſtris, non poſt mulctare contuma
cem, niſi vſque ad ſex ſolidos, ordinarius vero pro ar
bitrio mulctat.l.eos.C.de mod.mulctar. Facit quod de
legatus principis non poteſt cauſam delegare cum pote
ſtate ſubdelegandi, prout dicit gloſſ. reputata ſingular.

in c. super quæstionum. §. porro de offi. deleg. & no. Ioã. And. in c. is, cui. de offic. deleg. in 6. in nouel. & Specu. in tit. de iud. deleg. §. 2. versi. sed nunquid subdelegatus. Secus tamen est in ordinario, quia potest delegato suo hãc licentiam seu potestatem assignare, vt tenet Bar. & alij, in l. more. ff. de iurisd. om. iud. Cin. & communiter scribentes in d. l. à iudice. C. de iudi. gl. in d. c. is, cui. Suadetur etiam per tex. in d. c. inter cætera. & c. fi. de offi. ord. & ca. causam. de elect. iuncto ca. fin. de offi. deleg. & c. is cui eo. tit. li. 6. vbi ordinarius potest, dare † licentiam prædicãdi,
2 & absoluendi, prouidendi ecclesijs de prælatis, delegatus per se solum potest exequi. Hanc partem latè tenet Ale. & reliqui scribentes in rubr. ff. de offi. eius, & Fel. in d. ca. sanè. in prin. Et in tantum verum est quod superius dicebam, quòd delegatus principis potest subdelegare, quod siue princeps motu proprio & ex officio, siue ex partiũ consensu dederit delegatum, vtroque casu potest etiam inuijs partibus subdelegare. c. fi. in prin. & ibi Abb. in 1. notab. de offi. deleg. Item adde, quod non solum ex iusta causa potest subdelegare, iuxta tex. in c. si pro debilitate, ex. de offi. dele. quinimo quando nulla iusta causa subsistit, subdelegare potest. Ita gl. in c. pastoralis. in princi. in verbo, exoneratur, & ibi do. Abb. de offi. dele. distinguendo vt ibi per eum. Limita singulariter prædictam conclusionem, quod tunc verum est quod delegatus principis
3 potest alteri subdelegare, quando princeps delegat per verbum, Mandamus, secus si per verbum, Præcipimus, vel iubemus, quia tunc subdelegare non potest. ita glos. singularis in l. sæpè. ff. de offi. præsi. quam Bal. ibi dicit non esse alibi, & eam reputat singularem Imo. in clement. sæpe, de verbor. significa. & in clementin. procuratorem. vbi etiam Cardin. de procurat. & illam gloss. totus mundus approbat dicit domin. Alexand. in mõre. in penult. col. ff. de iurisd. omn. iud. & eam sequitur. Bar. in d. l. sæpe. Bal. in l. 1. C. quo modo & quando iud. & in l. legis virtus. ff. de le. & Imo. in l. qui in aliena. §. is, qui putat. ff. de acq. hæred. Facit quod voluit gloss. in capit. cum aliquibus. in verb. concedimus. de rescr. in 6. vbi dicit, quod præceptũ magis arctat quam mandatum. not. Card. in ca. quoniam Abbas de offi. deleg. & in clem. 1. in 8. not. de iud. & clem. fin. in 1. q. ad finem, de proc. Alibi dicebat Archid. in cap. quod præcipitur 12. q. 1. quod mandatum est vltra consilium, & citra præceptum, & sic in plus se habet, quã consilium, & minus quam præceptum, &c. & prædictam limitationem, diligenter notabis, quia in practica frequenter accidere solet

XCVI.

2 *Pactum initum cum vna persona, alijs non prodest.*
2 *Papa si concesserit beneficium alicui episcopo, qui vita functus sit, an tale beneficium corrigatur ad eius successorem?*
3 *Delegatio facta alicui sub nomine dignitatis, re integra non extenditur ad successores.*

1 PActum cum † vna persona non prodest alijs. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pactis. l. imperatores. ff. de transactioni, & ibi scribentes. Quæritur modo, quidã pater promiserat de tem pro filia, pactus est post mortem suam si filia decederet sine liberis, quod dos apud hæredem fratrem suum remaneret, qui pater postea procreatis filijs, & illis relictis hæredibus decessit, similiter & filia, an dicta dos remanere debeat penes fratrem testatoris, an vero penes eius filios, adeo quod pactum cum fratre proficiat filijs? Et videtur dicẽdum quod penes fratrem remanere debeat per supra dicta. Tamen in cõtrarium habes textum egregium & singularem in l. tale pactum. §. fina. ff. de pactis. videlicet, quod in casu isto filij consequi debẽt dotem, & sic prædictum pactum factum cum fratre, tanquam hærede, prodest filijs, & hoc ex præsumpta voluntate pacisc entis, vt sentit Ange. ibi, quæ colligitur, qñ dispositio conferebatur in aliquem ratione alicuius qualitatis, deinde illa qualitas fuit trãslata in aliam personã, prout fuit in casu nostro, & hoc modo limitatur prædicta regula in contrarium adducta, vt colligitur ex mente scribentium in d. §. fi. & voluit expresse ibi. Et illũ tex. reputant ad hoc singularem Pau. de Cast. ibi, & Bal. & Isa. in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Idem Bald. in c. 1. de duobus fratribus à cap. inuestit. in vsib. feudo. & Bal. etiam in rubric. extra de pact. in pen. col. Et ille text. inducitur per gl. & scribentes ibi, ad not. quæstionem. Si
2 papa mandauit aliquid, vel concessit beneficium alicui episcopo, qui mortuus fuit, an tale mandatum vel beneficium porrigatur ad eius successorem, quam factum potius dignitati, quam personæ? & gl. ibi notabiliter distinguit, Aut mandatum seu concessio facta fuit sub nomine proprio, & non porrigitur ad successorem, quia nomen proprium tantum personam nominatam respicere videtur. l. ad recognoscendos. C. de ingen. manumis. §. si quis in nomine. Inst. de leg. Aut facta fuit sub nomine dignitatis, & ad successorem trãsit. §. & hoc vero iubemus. in auth. vt nulli iud. & cum illa distinctione glo. per tranfeunt communiter scribentes ibi. Idem voluit Bar. & alij in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. & de hoc habemus tex. in cap. quoniam Abbas. extra de offi. deleg. & ibi glos. assignat rationem, quia quando exprimitur nomen dignitatis, talis concessio videtur facta dignitati, quæ nunquam moritur, neque alteratur. 3. q. 2. liberti. c. si gratiose. de rescrip. in 6. Secus, quando fit personæ, quæ corruptibilis est, vnde extincta persona extinguitur etiam concessio beneficij tanquam accessoria ad personam. cap. accessorium. de reg. iur. in 6. & quod dictum est de concessione
3 facta sub nomine dignitatis, procedit etiam re existente integra, quia talis concessio transit in successorem, vt voluit ibi do. Abb. Contrarium tamen in hoc voluit expresse Ange. in d. §. & hoc vero iubemus, vbi dicit, quod delegatio facta alicui sub nomine dignitatis, re integra non extenditur ad successores. tamen opinio dom. Abb. videtur verior, quia ratio assignata in d. c. si gratiose, videlicet, quod dignitas nũquam corrumpitur, neque moritur, militat etiam re integra. Adde, quod opinionem dom. Abb. tenent etiam Anto. de Butr. Imo. & do. Card. ibi, & plures limitationes ad d. regulam, vide per scribentes in dict. cap. quoniam. abbas, & per Alexand. in l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg. & pupil. & per Ialo. & alios in d. l. & quia.

XCVII.

1 *Testator si grauauit extraneum de restituenda hæreditate post mortem filij sui, & filius è vita decesserit, relictis etiam filijs an illi faciant cessare fideicommissum, & nu. 3.*
2 *Fratres duo si fuerint inuestiti de feudo, pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, & vnus ex fratribus moritur relicta filia, illa succedit, non frater.*

1 FIlius grauatus † de restituẽdo fideicommisso post eius mortem intelligitur si decesserit sine filijs. l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. cum auus. ff. de cõdit. & demon. Pro hoc facit, quod si aliquis non habens liberos, facit donationem liberto suo, vel alicui extraneo, quod per superuenientiam liberorum reuocatur talis donatio. l. si vnquam. C. de reuo. donatio. quæ lex est ad hoc singularis, secundum Salice. ibi, & Imo. in l. filio præterito. ff. de inoff. test. & irrit. testam. & Bal. in l. 1. C. de inoff. dona. & Bar. latè in l. Titia. §. imperator. de le. 2. Et ratio quare talis donatio reuocetur per natiuitatem, assignatur, quia si tunc temporis, cum donationem facit pater, de filijs cogitasset, illam profectò non fecisset, non. n. verisimile est aliquem alienam successionem posteritati suæ velle anteponere. dict. l. cum, acutissimi. d. l. cum auus. Facit etiam,
2 quod si duo fratres † fuerunt inuestiti de feudo pro se & hæredibus suis masculis & fœminis, & vnus ex fratribus moritur relicta filia, q̃ frater non succedit, sed filia. Vnusquisque. n. pro se & hæredibus suis prospexisse dicitur.

c. 1. de cap. 1. de duob. fratri. à cap. inuestit. c. 1. §. cum vero Conradus. in tit. qui feud. da. pos. in vsib. feud. quod tamen procedit in feudo nouo, secus si esset paternum, quia patruus descendẽs à stipite auctore feudi, & masculus excluderet fœminam, & sic filiam fratris c. 1. de grad. succes. in feud. cap. 1. in verbo, non. n. patet in tit. de eo, qui sibi & hæred. suis mascu. & asserit Præpo. in d. cap. 1. in princip. de duo. fra. &c. Item facit tex. in l. cum. n. de adop. C. vbi in arrogatione liberti debet inseri causa, videlicet defectus liberorum. Non omitto, quod voluit Pau. de Cast. in d. l. cum acutissimi. in fin. vbi dicit, quòd si pater habebat filium & nepotem, & filium instituta grauabit, vt restitueret hæreditatem nepoti, si post testamentum nati sunt alij nepotes, quod simul cum illo postea admittuntur. Quæritur
3 modo, quid si testator grauauit tertium de restituendo fideicommissum post mortem filij, & filius decessit relictis filijs, an isti filij faciant deficere fideicommissum iunctum tertio? Et videtur quod sic, per prædicta. Tamẽ in contrarium habes tex. singulariter in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. quem tex. inferius inducam, & illum tex. ad hoc reputant notab. Bar. & Pau. ibi. Adde, quod illum tex. dicit ad hoc singularem, & non reperiri alibi, Ange. in l. generaliter. §. cum autem. C. de instit. & substitut. Idẽ voluit Imo. & Ange. in d. §. Sabinus & Pau. de Cast. in d. l. cum auus. ff. de conditio. & demonst. tamen ille text. iudicio meo probat oppositum. Dicitur. n. ibi, quod testator exheredatis filijs grauabit vxorem eorum matrẽ, quod si filius ad ætatem viginti ann. peruenirent, hæreditatem sibi restitueret, quòd si non peruenerit, voluit hæreditatẽ filiæ Honoratę debere restitui, decessit filius post mortẽ matris cœpto vigesimo anno, & non completo, relicta filia Valeriana hærede, & dicitur ibi quod hæreditas Valerianæ nepti testatoris, & non eius filiæ Honoratæ restituẽda est, & sic clarè patet, quod filia ipsius filij facit deficere fideicommissum, cum hereditatem consequatur. Tamen tuendo prædictos scribentes, dico quod ideo Valeriana filia ipsius filij cõsequuta fuit hæreditatem, ex quo pater eius ingressus fuit vigesimum annum, qui habetur pro completo, vt dicit ibi tex. & in l. rem. ff. de numer. & honor. & sic voluntas testatoris locum habuit, quæ semper attendenda est. l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio. & demonstratio. Secus, si non attigisset vigesimum annum, quia tunc non obstante filia, hæreditas peruenire at ad Honoratam filiam ipsius testatoris. Et sic ex prædictis habes singularem limitationem ad dict. l. cum acutissimi, & ad dict. l. cum auus, quam diligenter notabis.

XCVIII.

1 *In contractibus seu actibus inter viuos, si testes habent notas voces contrahentium, an etiam requiratur, quod viderint, ad validitatem depositionum. & nu. 3. 4.*
2 *Confessionis cautè eliciendæ consilium.*
5 *Testimonium dicentis se audiuisse parietem intermedio valet.*

1 AVdi notabilem & † quotidianum casum. Creditor quidam cum non haberet instrumentum debiti sui, neque testes, adeo quod non poterat probare debitum suum, fecit reponi quosdam testes in camera vicina pro pesuam, vbi non poterant videre, sed tantum audire debitorem loquentem, licet ingredi ẽtem videre potuissent, Deinde facit vocare debitorem ad se, & illum interrogauit, an sibi deberet illud debitum? Qui cum nõ videret aliquos testes, confessus fuit debitum. Quæritur, an talis probatio valeat, adeo quod debitor cõdemnari possit ad soluendum debitum? Videtur dicendum quod non, p tex. in l. si non speciali. & l. si vnus. C. de testament. in quibus iuribus habetur, quod testes debent esse in præsentia testatoris, & videre oculata fide ipsum testatorem, alias testamentum non valet, quia fraus committi posset: Sic arguendo de contractibus ad vltimas voluntates, prout arguit Iurisconsultus in l. ita stipulatus, lagrande, de verb. ob. & in l. si diuortio. eo. tit. & in l. pactum inter hæredes. vbi gl. & doct. ff. de pact. tradit latissimè Isa. in l. quæ de legato in prin. de leg. 1. videtur dicendum, ex quo isti testes non viderunt ipsum debitorem confitentem, quod eorũ depositio, seu probatio non sit valida. Cõtrarium in casu isto voluit notanter Pau. de Cast. in d. l. si non speciali. videlicet quòd prædicti testes (ex quo sumus in actib. inter viuos) bene probent, non obstante pariete intermedio, quia non requiritur, quod videant contrahentes, dummodo vocem ipsorum cognoscant. Et ita dicit debere intelligi gl. singular. in l. 2. §. idem Labeo. 3. ff. de aqua pluuia arcen. secundum Bar. & alios ibi, & Bal. in l. conuenti culam. C. de epis. & cleric. tradunt scribentes in d. l. si non speciali. Imo. in c. præterea. extra de test. vbi dicit glo. illã esse vnicam apud Legistas, & in c. 2. post do. Ant. extra de consuetu. Refert & sequitur Felin. in d. c. præterea. in 2. col. Et per hoc datur optima cautela, quando quis vult
2 † inducere aliquem ad confitendum id quod coram testibus fateri noluit, vt inducat testes post parietem vel cortinam, qui notam habeant vocem confitentis, quoniam in actibus inter viuos bene probabunt. Hinc notanter dixit Spe. in tit. de test. §. 1. versi. quod ergo, si viro, &c. quod si vir & mulier erant in certa camera clausi, & testes qui erant extra cameram, deponunt quod audierunt virum dixisse, Despõso te in vxorem meam, & vxorem dixisse, Sum contenta. probant, licet paries esset intermedius, &
3 non viderint. Accedat quod voluit egregiè Hostien. in c. 2. extra de cõsue. vbi dicit, quod valet dictum testis, † qui solum audiuerit verba, licet non viderit personam. Et ponit exemplũ in quæstione facti, quod quidã tabernarius furto subtraxerat ganeæ suæ quoddam vas argẽteum, q̃ restituere nolebat, neque coram testibus confiteri, tamẽ in præsentia ipsius amasiæ nõ negabat, Mulier illa posuit testes & tabellionem post parietem, & tabernarium, & induxit ad confitendum, quod furatus fuerat sibi vas, & pollicebatur illud restituere, quo audito mulier rogauit notarium & testes super cõfessione tabernarij, quasi vellet, quod confessio possit probari per testes, licet ipsi non viderint personam loquentem, quod est notabile verbũ.
4 Et quod regulariter † valeat testimonium de auditu proprio intermedio pariete, vel cortina, quando quis habet notas voces contrahentium, tenet expresse Archid. in c. hoc autem. 22. q. 5. qui ab hac regula excipit 8. casus. Non obst. d. l. si non speciali. cum simili, quia illud speciale est in testamentis ad euitandam falsitatem, quæ posset committi, quæ plus timetur quam in aljis. l. fi. C. de fideic. Nõ sic in actibus inter viuos, ad quorum substantiam non requiruntur testes, sed duntaxat ad probationem. Et ita voluit Pau. de Cast. in d. l. si non speciali. Limita tã prædictã conclusionem, nisi testes deponant super matrimonio separando, quia testimonium de auditu mediante tenui pariete, vel cortina, non valet sine alijs adminiculis, vt plenè probat gl. singu. in d. c. præterea, de testib. quę de facili non reperitur alibi, secundum Imo. ibi. idem in causa criminali, vt tenet Imo. in d. l. 2. de aqua pluu. arcend. extra
5 istos casus cõmuniter tenetur, † q̃ valeat testimonium dicentis se audiuisse intermedio pariete. prout dicit Imo. in d. capit. præterea, quem refert & sequitur Felinus ibi. De qua materia vide etiam Ang. in d. l. si non speciali. & panor. in c. cum causam. extra de test. & do. Anto. in c. tam literis. eo. tit. Quæ omnia notabis, quia frequenter in practica habebis.

XCIX.

1 *Hæres institutus, cui facta sunt prælegata, vel relictum est aliquid donationis titulo inter viuos, vel quocunque alio titulo, potest legata & alia bona acquisita retinere, & hæreditatem repudiare.*
2 *Feuda & possessiones emphyteutica non veniunt nomine hæreditatis paternæ.*
3 *Institutus à tributario debitore fisci, si renũtiet hæreditati, co*

gitur credere omnibus alijs bonis quocunque titulo à debitore prouenientibus.

4 *Decimæ dicuntur tributa animarum egentium.*

1 HAeres institutus, cuiꝰ fuerunt facta prælegata, vel facta fuit donatio inter viuos, vel relictũ aliquid quocunque titulo potest legata, & alia bona acquisita retinere, & institutionem seu hæreditatem repudiare. l. qui filiabus. §. si vni. l. filio pater. ff. de leg. 1. l. 1. C. de donat. inter virum & vxorem. authen. vnde si parens. C. de inoffic. testamen. singula singulis referendo. Et hoc est vtile, quando hæreditas esset implicata & grauata ære alieno, & quis vellet lites euitare, quas boni viri execrantur. dicit tex. in l. apud Celsum. §. si quis ex vnica. ff. de except. dol. & in l. item si rem. §. fin. ff. de alien. iudic. mutuan. caus. fact. Hinc dicebat Bal. in d. l. filio. arg. illius legis, quòd filius potest repudiare hæreditatem paternam, & retinere rem emphyteuticam, quam pro se & filijs suis pater stipulatus fuit, nisi aliud de mente contrahẽtium appareat. & hoc ideo, quia talis emphyteusis vadit ad filium iure cuiusdam mortis causa capionis, & sic titulo singulari. Sequuntur Imo. & Flor. Ange. de Peri. & post eos Modernio. ibi. Idem voluit Bar. in l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. ff. de oper. lib. Bar. Bal. Ang. & alij in l. si tibi. §. pactus. ff. de pac. Bal. in l. tale pactũ. §. fi. e. tit. & in l. emptorem. C. locat. Sali. & Iaſ. in l. 2. nu. 188. C. de iure emph. Bal. in auth. vnde si parens. C. de inoffi. test. Bar. Imo. Ale. in l. quod dicitur. de verb. obl. Pro quib. facit quod singulariter voluit Bar. in l. item videndum. §. fi. in fi. ff. de petition. hæred. vbi refert Din. ita consuluisse. dicit ibi Bar. quod si frater † fecit quietationem fratri, de omni eo quod repetere possit de paterna hæreditate, quod propter hoc non impeditur petere feuda, vel partem possessionum emphyteuticarum, quia non petitur ex hæreditate paterna. idem volunt Bal. & Ang. ibi. Bal. in l. 1. ff. de rer. diuiſi. latè Albe. in l. tres fratres. ff. de pact. & hoc procedit, etiam si talis renuntiatio fit facta cum iuramẽto, vt voluit sing. Bal. in c. 1. in 3. col. versic. sed quid si filias. in tit. an agna. vel filius defunct. in vsib. feu. Et dicit hanc esse bonam cautelam, ad euitandũ onera hæreditaria, à nullo alio doctore imaginatam, vi delicet qd̃ filius viuo patre renuntiet hæreditati paternę, & postea acceptet feudum, vel emphyteusim. referũt & sequuntur Aluar. & Præpoſi. ibi. & Iaſ. in l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. indebit. Intellige tũ dictum Bal. & aliorum. in d. l. filio pater. vt procedat quando pater stipulatus fuit emphyteusim pro se & filijs. Secus si dixisset, p se, filijs & hæredibus, quia tunc concessio requirit vtrunque, & quod sit filius & hęres, per tex. in §. emphyteusim. in auth. de non alienan. ita Bar. in d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. voluit Alex. post alios in d. l. quod dicitur. in 18. col. ff. de verb. ob. Imo. in c. potuit. extra de loca. & in l. ex facto. ff. de hæred. instit. Anch. in clem. 2. de iur. patron. Franc. Crem. in singu. suo. 15. inci. traditur, p regula. & Iaſo. in d. l. 2. C. de iur. emphyt. Adde prædictis

3 vnum casum singularem, in quo repudians † hereditatẽ instituentis eum hæredem, non solum priuatur hereditate, verum etiam omnibus alijs bonis, & hoc est, quando quis est institutus hæres à tributario debitore fiſci, quia etſi renuntiat hæreditatẽ, cogitur cedere omnib. alijs bonis quocunque titulo à debitore prouenientib. tex. est in l. hæredes. C. de omni agro defert. lib. 11. quem tex. dicũt singularem & mirabilem Bar. & Io. de Plat. ibi. Iaſ. in d. l. qui filiabus. §. fi. Et dicit Bar. arg. illius l. ibi, quod institutus hæres à debitore communis Perusij, si repudiat hęreditatem, priuabitur omnibus alijs bonis quocunque titulo per eum à testatore acquisitis. Adde quod illum text. dicunt peregrinum & singularem Ang. & Imo. in l. j. ff. de acquir. hær. Et per illum tex. dicit Ang. ibi, quod si ex forma statuti bona stabilia patris condẽnati filijs conseruantur, ne mendicare cogantur, non possunt acceptare partem eorũ, & partẽ repudiare. Quinimò si ciuitas statuẽs habet priuilegia fiſcalia, vt Florentia, tales filij coguntur talia bona agnoſcere, si obnoxia sunt debitis fiſcalibus, alias priuabuntur alijs bonis acquisitis à patre ex alio ca-

4 pite. Nõ omitto, † quòd illum text. alias dicebat singulare etiam Rom. in auth. si militer. in 14. speciali. C. ad leg. Fal. & illum ampliabat, vt procedat etiam in repudiante hæreditatem debitoris piæ causæ occasione decimarum, quæ dicuntur tributa animarum egentium. c. tua nobis. de decim. 16. q. 1. c. decimæ. nam priuabitur omnibus illis bonis, quæ idem hęres repudians percepit ab illo testatore aliquo titulo inter viuos. Et illud quod dicitur in d. l. hæredes, quod repudians priuatur omni commodo, est speciale fauore fiſci, vt sentit Ang. ibi, & do. Alex. in l. 1. in 2. col. ff. de acquir. hæred. secus est in alijs iuribus superius in princip. allegatis &c.

C.

1 *Legatum alicuius fundi factum cuipiam à testatore, reuocatur per alienationem voluntariam factam ab ipso testatore, & numero 3.*

2 *Alienatio necessaria quæ dicatur.*

4 *Donatio causa mortis facta ab infirmo, qui postea reconuale scat, ex tacita donantis voluntate num reuocetur?*

5 *Donatio causa mortis sola donantis pœnitentia reuocatur.*

1 LEgatum alicuius † fundi factum à testatore alicui, reuocatur per alienationem voluntariam factam ab ipso testatore, secus per alienationem necessariam. l. fideicommiſſa. §. si rem. ff. de leg. 3. l. rem legatam. ff. de adim. lega. l. Stichum, qui meus erit. ff. de leg. 1. Et dicitur neces-

2 saria alienatio, quando facta † est ex necessitate rei familiaris, vel quia erat tempore peritura, vt dicit gl. in d. §. si rem. Et ideo si testator prædictum fundum donasset, cũ donatio censeatur mera liberalitas, & per consequens facta absque necessitate, quod per talem donationem in dubio præsumitur ademptio legati. de quo tamen per Bartolum in d. l. rem legatam. Et quando testator voluntariè legatum alienat, licet postea redimat, non tamẽ convalidatur. l. cum seruus, vbi Barto. notat. ff. de adimendis legat. nisi sit legatum libertatis. l. verum. ff. de manumiſ. testament. sequuntur Ange. Pau. Bald. dom. Iaſo. in d. l. 3. C. commun. de legat. Nec tamen locum habet prædicta distinctio in legato conditionali, quia tunc etiam per necessariam alienationem intelligitur reuocatũ, prout est textus singularis in l. ſcribit. §. fi. ff. de auro & argẽt. legat. quem text. ad hoc dicunt singularem do. Alex. & Iaſ. in d. l. Stichum, qui meus erit. licet contrarium senserit gl. ibi, & male nec similiter locum habet, si testator legatum pignoraſſet etiam voluntariè, quia non intelligeretur facta ademptio. d. 3. C. commu. de legatis, & ibi latè Bal. & post eum do. Iaſon, nisi testator pignoraſſet pro tanto pretio, vel pluri, quam valeat, quia verisimile est quod noluit redimere, & tunc reuocatur legatum. Ita limitat Bartolus in d. l. rem legatam, & ante eum Cinus. in l. 3. C. de legat. & sequitur Paulus de Caſtro & do. Iaſ. ibi. Et prædicta distinctio quæ fit in legatis, vtrum voluntariè, an ex necessi-

3 tate fiat alienatio, habet etiam locum in donatione causa mortis, & ideo si aliquis donauit fundum alicui post mortem suam, & postea illum alienauit ante mortem (quia ista intelligitur donatio causa mortis, ex quo in ea fit mẽtio mortis. l. Seia. §. fin. cum gloſſ. 1. ff. de donation. causa mort. vbi Barto. notat. l. Seia. ff. de dote prælega. tradunt Bart. Imo. do. Alex. & Iaſ. in l. quæ dotis. ff. ſoluto matrim. Bar. in l. fi. C. de inſtitu.) per talem alienationem, ex quo est voluntaria, reuocabitur dicta conceſsio. istud fuit famoſum & solenne dictum Din. in d. l. Stichum qui meus erit, de leg. 1. quod exclamat Baldus ibi, & dicit aureum, & se neſcire alibi. sequuntur Imo. Raph. Cum. Are. Alex. & Iaſ. ibi Cinus Salicetus, in l. si maritus. 2. C. de donatio. inter vir. Ioan. Fabr. in §. item reſcripſerunt. Inſtit. de leg. do. Ale. & Iaſ. in l. 3. C. de leg. & in l. cùm quid. ff. si certum peta. & in l. ſciẽdum, de leg. 1. & ista est magis communis opinio

opinio, prout refert Maria. Soci. in repetit d. l. ſciendum. & pro ista opinione facit textus in l. Marcellus. §. 1. & in l. illud. ff. de donatio. causa mortis. in quibus iuribus habetur, quod donatio causa mortis assimilatur legatis. Cõ probatur etiam, quia si aliquis † infirmitate detentus faciat alicui donationem causa mortis, & postea reconuale ſcat ex tacita donãtis voluntate, licet nihil fiat circa rem donatam, talis donatio ipso iure reuocatur. l. nõ omnis. in princ. & ibi ſcribentes notant. ff. si certum petatur. l. 3. vbi Barto. ff. de donatio. causa mortis. Ergo multo magis per talem donationem reuocari debet, ex quo apparet de voluntate ipſius authen. multo magis. C. de sacroſan. eccl. præterea, corroboratur etiam per dominum Iaſon.

5 quia donatio cãt mortis ex sola pœnitentia donantis reuocatur, sed alienando dicitur pœnitere. .l. cum hic ſtatus. §. si maritus. l. vxori. ff. de donation. inter virum, & vxorem. Ergo talis donatio per alienationem reuocari potest. ita dicit ipſe in dicta l. Stichum, qui meus erit, vbi pluribus alijs medijs more suo corroborat. Videas ipſum.

CI.

1 *Condemnatus per ſententiam ad aliquid faciendum, an ſoluendo intereſſe liberetur.*

1 OBligatus ad factum † non tenetur præcisè facere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur. l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de verb. obligatio. l. si quis ab alio. ff. de re iudicata. l. 1. ff. de action. empt. Quid si aliquis esset condemnatus per ſententiam ad aliquid faciendum, an ſoluendo intereſſe possit liberari? Dicas quod non. De hoc habes gloſſ. ſingularem in l. qui reſtituere. ff. de rei vendic. in gloſſ. magna, in verbo. condemnandi. circa medium, quam multum exclamant Bald. & Ange. ibi, & illam reputat ſingularem Iaſ. in §. actionum. nu. 48. Inſtit. de actionibus.

CII.

1 *Alienare extra familiam prohibitus, non prohibetur hæredẽ inſtituere legitimum, qui ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, quãuis non ſi, de familia.*

1 TEſtator † si prohibuit alienationem cuiusdam fundi in certum genus personarum, puta, vt non alienetur extra familiam, tunc prohibitus alienare si inſtituit hęredem extraneum, qui non sit de familia, talis alienatio nõ valet. l. peto. §. fratre. & ibi dinus, Iacobus de Aren. & Bartolus. ff. de legatis ſecundo. Quid si inſtituit hæredem legitimũ, qui ab inteſtato erat ſucceſſurus, qui tamen non erat de familia, an talis alienatio valeat? videtur quod non, per ſupradicta. In contrarium habes gloſſam ſingularem in l. pater. §. Iulianus Agrippa. in gloſ. magna. ff. de leg. 3. videlicet, quod inſtituendo legitimum, quamuis non sit de familia, talis alienatio valeat, & illam gloſſ. ad hoc reputat ſingularem, & ſequitur Imo. in l. si ita quis. §. ea lege. in pen. col. verſic. ſed hic occurrit dubium. ff. de verborum obligationibus, & est communiter approbata ſecundum Raphae. Cuman. & Imol. in l. cum pater. §. cum inter. ff. de legat. 2. dominum Alexand. in conſilio quinquageſimo quinto, in tertio volumine, incipiente, ponderatis his quę in themate narrantur. in 3. column. & in conſilio quinquageſimo nono. in tertio volumine, attentis verbis teſtamenti. in quinta columna in fin. & ſequent. & eam dicit valde ſingularem, & menti tenendam dominus Iaſo. in l. voluntas. in ſecunda columna. in prima fallentia. C. de fideicom. & in d. l. si ita quis. §. ea lege. in antepenul. col.

CIII.

1 *Bonorum poſſeſsio in quibus non sit neceſſaria,*

2 NOta tibi, † eſt gloſſ. notab. in l. fina. C. vnde legit. quæ enumerat plures casus, in quibus hodie est neceſſaria bonorum poſſeſsio, & plures alios enumerant ibi Bartolus, Baldus, Angelus, Fulgoſius, Cuman. Alexander & Iaſon. & vltra ſcribentes ibi, latè Aret. inſtitut. de exhæred. liber. in princi. in penult. & vlt. col. Tamen ego dabo tibi ſingularem limitationem ad omnes illos caſus, videlicet, quando teſtamentum esset conditum in præſentia principis, in omnibus illis caſibus poſſet hæres ſuccedere de iure ciuili, & sic bonorum poſſeſsio non esset neceſſaria. gl. habes de hoc ſingularem in l. omnium. in glo. magna, ſuper verb. teſtib. in fi. C. de teſtamen. quam ad hoc reputat ſingularem Angelus ibi, & in d. l. fin. C. vnde legiti. & in l. filio præterito. ff. de inius. rupt. irritoque teſtament. & post eum Imo. ibi. in 42. col. & illa glo. est magis communiter approbata, prout refert Alexand. in dict. l. omnium. in vltim. column. in princip. & eam reputat ſingul. Ful. ibi.

CIIII.

1 *Teſtamentum inter liberos conditum ſemper intelligitur hæbere clauſulam codicillarem, & quod valeat omni meliori modo quo valere poteſt. nu. 2.*

1 EXploratum habes † textum in l. prima. ff. de iur. codicil. & in l. non codicillum, cum ibi notatis per gloſſ. & doctor. C. de teſta. vbi dicitur, quod si diſpoſitio teſtatoris non valet vt teſtamentum, non valebit etiam vt codicillus, nisi fuerit expreſsè dictum. Tamen illa regula limitatur ſingular. vt non procedat, quando teſtamentum esset conditum inter liberos, quia tunc ſemper intelligitur clauſula codicillaris, si non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, etiam quòd non fit appoſita. Ad hoc habes gloſſ. ſingular. in l. cohæredi. §. cum filię, ſuper verb. non valuit. in fin. ff. de vulga. & pupil. vbi allegat textum in l. fin. C. famil. erciſcun. quã ad hoc exclamat. Imo. ibi ex ea colligens, quod teſtamentum inter liberos sem-

2 per conſentur † habere clauſulam, si id quod ago, non valet vt ago, valeat omni meliori modo quo valere poteſt, & idem voluit in ca. Raynutius. in vigeſima octaua colum. post Anton. de but. ibi extra de teſtament. & illam gloſſam reputat ſolẽnem & ſingularem dominus Iaſ. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. in tertia column. C. de teſtament. & eam ſequitur dominus Alexander ibi, in vltima columna in fine. & in l. finali. C. de iur. codicilar. Conſimilem gloſſa. ponderat Fulgoſ. in l. filij. C. fam. erciſcun. in verſicul. ab inteſtato, quam ad hoc dicit ſingularem.

CV.

1 *Teſtamentum nutu aut ſignis factum ad pias cauſas, valet numero 2.*

1 VIdiſti text. in l. iubemus. & ibi ſcribentes notant. C. de teſta. quòd ille † qui non poteſt loqui articulate, mortuo ſimilis est, & ideo cum teſtator loquitur balbutiẽdo, cum prius fuerit homo rectę linguę, eius teſtamẽtum non valet, & ex hoc refert Bartolus in d. l. iubemus. in princip. quòd ſemel faciebat exceptionem ad impugnandum teſtamentum, quod erat factum ab eo qui nõ poterat articulate loqui, quod reputat tenendum menti, quia est melius quod habeatur in illa lege, & ex hoc etiã inferunt ſcribentes ibi, quod teſtamentum nutu compilatum, non valet, ſed oportet quod fiat aut per vocis expreſsionem, aut per ſcripturam. Tamen prædicta regula

2 fallit in teſtamento † condito ad pias cauſas, ſecundum gloſſ. ſingular. in cap. cum tibi. per illum textum ſecundũ vnum intellectum, extra de teſtamen. & illam gloſ. reputat ad hoc ſingularem, & dicit non reperiri alibi Bald. in l. prima. in 3. column. in princip. C. de sacroſanct. eccleſ. idem voluit Bald. & Imol. in l. 2. ff. eod. Anchara. & Imo. in capit. ſecundo. de teſtamen. & est communiter approbata, prout referunt dominus Alexander. & Iaſo. in dict. l. iubemus.

CVI.

1 *Teſtamentum ſecundum an tollat primum conditum inter liberos, ſi in ſecundo non eſt facta expreſſa derogatio.*

1 SEcundum testamentum quod est† solenniter cõditũ, tollit ipso iure primum, licet de primo mentionem nõ faciat. l. si quis in priore. in prin. ff. ad Trebellianum. §. posteriore. Instit. quib. mod. testamen. infirm. traduunt scribentes in. l. sancimus. per illum rex. C. de testã. Quid si pater
a 1 condidit primum testanentum inter liberos, & postea compilauit secundum, an per istud secundum reuocetur primum? Dicas singulariter quod non, nisi in secundo testamento sit reuocatum primum, & in eo adsit numerus septem testium. tex. habes de hoc singularem in authen. hoc inter liberos. C. de testam. ex quo colligitur, quod testamentum conditum à patre inter liberos, censetur habere clausulam derogatoriam ad omnia testamenta sequentia, & illum textum ad hoc ponderant & reputant singularem Paulus de Cast. & Ias. ibi. Intellige tamen prædictum tex. præcedere, quando in secundo testamento essent instituti extranei hæredes. prout illũ expresse intelligunt Paulus & Ias. ibi, & Angelus in auth. de testam. imperfect. in §. & si quidem. vnde sumitur dicta authent. hoc inter liberos. Si autem in secundo essent ita instituti filij, sicut in primo, & secundum esset fauorabilius ipsis filijs, tunc secundum tolleret primum, nec tunc requiritur dicta clausula derogatoria, vt voluit Baldus in dicta authent. hoc inter liberos. in vlt. col. & post eum Iaso. ibi in 2. column.

ADDITIO.

a Quid si pater: Adde quod si quis faciat testamentum in quo instituat filios, quib. est debita hæreditas, licet istud testamentum sit factum cum duobus testibus tantum, tamen non tollitur per secundum testamentum, nisi secundum sit cum septem testibus celebracum, etiam si istud secundum fiat inter liberos, & tamen si in primo testamẽto instituãtur extranei, quibus non est debita hæreditas, istud tollitur per secundum etiam imperfectum, dummodo in eo sint instituti venientes ab intestato, vt hæc omnia probantur in l. hac consultissima, & auth. hoc inter liberos. C. de testam.

CVII.

1 *Testamentum secundum validum, in quo appositum est iuramentum an tollat præcedens testamentum, cui subiecta est clausula derogatoria?*
2 *Iuramentum in testamento appositum habet vim clausulæ derogatoriæ ad sequentia.*

1 TEstamentum† in quo est apposita clausula derogatoria ad sequens, ad hoc vt tollatur per secũdum testamentum, requiritur quod in secundo fiat derogatio, & specialis mentio de priori testamento. l. si quis in principio testamenti. & ibi Bartolus. ff. de legatis tertio. l. si mihi & tibi. §. in legatis. & ibi Alexan. ff. de legatis primo. Quid si in secundo testamento esset appositum iuramentum absque clausula derogatoria, an sufficiat ad reuocandum primum testamẽtum in quo est apposita dicta clausula derogatoria ad sequentia testamenta? Dicas quod sic. De hoc habes singulare dictum Baldi in l. sancimus. in vlt. colum. C. de testa, quod dictũ extollit Pau. de Cast. ibi, & illud reputant singulare dom. Ias. in d. l. sancimus, & Anto. Corset. in rep. rubric. extra de iureiurand. in 34. priuileg. Illud etiam multum commendat dominus Alexand. in dicta. l. sancimus. in 2. column. pro cuius corroboratione facit quod voluit Ioã. And. in reg. quod semel. in fi. in mercuria, & Bar. in l. omnes populi. in tertia quæstione principali in fin. dum expresse volunt, quòd iuramentum† in testamento appositum, habet vim clausulæ
2 derogatoriæ ad sequentia, ergo pari ratione si apponatur iuramentum in sequenti, debet habere vim clausulæ derogatoriæ ad præcedens testamentum. Et pro hoc allegatur textus singular. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. secundo vbi iuramentum habet vim clausulæ codicillaris, vel quod valeat omni meliori modo, quo valere potest.

CVIII.

1 *Instrumentum si continet, quod pater primo donauit, & postea emancipauit, quod istorum dicatur præcessisse?*

1 INstrumentum† si continet, quòd pater primo donauit, & postea emancipauit, quæritur quod istorum dicatur Præcessisse? Et certe videtur præcessisse donatio, & pro hoc facit doctrina notab. Barto. in §. 1. in 1. constitutione Codicis, columna finali, vbi dicit, quod si reperiũtur duo instrumenta scripta in vna charta, instrumentum primo scriptum præsumitur primo factum. Idem voluit Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nuptias. In contrarium habes singulare dictum Baldi post Cinum in l. cum in testamentum. §. 1. per illum textum. ff. de hæredibus instituendis. videlicet quod in casu isto prius cẽseatur facta emancipatio, quam donatio, vt actus potius valeat quã pereat, quia si donatio facta fuisset filio existenti in potestate, nõ fuisset valida l. 2. C. de inofficiosis donationibus. Secus si emancipato, & ideo præsumitur, quod emancipatio potius præcessit quam donatio. Et talis consideratio est vtilis, vbi nõ interuenit traditio. Si autem rès tradita fuisset, dato quod à principio non valuisset, si fuisset tradita filio in potestate, tamen emancipatione confirmata fuisset. l. siue emancipatis. C. de dona. & ibi Baldus & salicetus notant. & hoc reputant bene notandum Baldus & angelus in d. l. cum in testamento. §. 1. sequitur dom. Alexand. in in l. diuortio. in princip. in tertia columna. ff. soluto matrimonio, vbi dicit, quod est menti commendandum, quia non meminit alibi ita in terminis legisse. hoc idem voluit Ale in consi. octuagesimo primo, in 3. volumine. lecto & discusso laborioso processu. in 5. column. & in l. 2. §. priusin 3. columna. ff. de vulga. & pupil. & dominus Iason in l. hac consultissima. in secunda column. C. qui testamen. facer. poss. Et ex prædicti spatet notab. limitatio ad doctrinã Bartoli in d. §. 1. in 1. cõst. C. videlicet vt procedat, nisi ita præsumendo actus de quo agitur, vitiaretur, & hoc sentit dom. Alexand. in addi. ad Bar. in d. §. 1. in 1. constit. C.

CIX.

1 *Præscribens contra aliquem, & habens titulum à tertio, qui tanquam dominus concesserit, vel vendidit seruitutem cuiusdam fundi, cum non posset, vtendo illa seruitute, præscribit, etiam ignorante domino.*
2 *Seruitus quando dicatur constituta per traditionem.*

1 VOlo, quod teneas cordi vnum, quod frequenter. practicari solet. Tu habes, quod† in seruitutibus habentibus causam continuam, vel quasi, plura requiruntur ad hoc vt præscriptio fieri possit, de quibus per Pau. de Cas. in l. seruitutes. 2. in 3. column. ff. de seruitu. Inter cætera requiritur, quod præscribens fuerit vsus sciẽte & patiente aduersario l. secũda. C. de serui. quia in seruitutibus incorporalibus non datur quasi possessio, nisi per scientiam & patientiam aduersarij. l. penultima. vbi Bar. & latius Paulus de Castro notant. ff. de seruitu. l. ratio. §. si inter. ff. de action. emption. Bartolus post gloss. in lege secunda. C. de seruitut. & aqu. Bartol. in l. secunda, in princip. ff. de aqu. plu. arcẽ. Limita singulariter prædicta, nisi aliquis præscriberet contra aliquem, & haberet titulum à quodã tertio qui tanquam dominus concesserit, vel vendidit seruitutem alicuius fundi, cum non posset, quoniam tunc ytendo præscribit etiam ignorante vero domino, sicut præscriberet verum dominium ipsius rei. l. fin. C. de præscriptio. long. temporis, & pro hoc bene facit textus notab. in l. si ego. §. primo. ff. de publicia. in alternatiua ibi posita dum in textu dicitur, per traditionem constitutis,
2 vel per patiẽtiam. nam per traditionem seruitus dicitur constituta, quando à tertio titulum habet, & tunc non requiritur scientia nec patientia domini quæ alias requireretur, vt probatur in illo textu. Et quod in casu isto non requiratur scientia nec patientia domini, voluit Cinus post Pet. in dicta l. secunda. C. de seruitu. & aqu. quos refert & sequitur Paul. de Castro in dicta l. seruitutes. in penult. colum. versicu. quartò requiruntur vbi dicit istam esse singularem limitationem ad prædicta, & perpetuo mentitenendam, & quod potest contingere in multis, vt in pascuis, aquæ ductibus, & iurisdictionibus, & in iure boscandi. De quibus quotidie oriuntur lites, & pauci sunt, qui de hoc aduertant. & communiter dicitur, quod non potest præscribere qui non probauit de scientia & patientia aduersarij. & hanc limitationem reputat etiam singularem Ias. in l. 1. in 15. col. circa principium. ff. de acquiren. possession.

CX.

1 *Animal venditum si non moritur post triduum à tempore vẽditionis, & reperiatur iecore putrido. præsumitur mortuũ ex infirmitate venditionem præcedente.*
2 *Iuditio peritorum standum, & nitendum in omni genere artium.*

1 HAbebis sæpius in facto hunc† casum. Aliquis vendidit equum, vel bouem, qui intra triduum decessit, & repertus est habere iecur putridum, an detur actio redhibitoria ipsi emptori contra dominum? Dicas sic. Ita singulariter determinat Ioan. And. in addit. Spec. in titu. de emptio. & vendi. in §. sciendum. in addit. incipien. de illo qui simpliciter vendidit. col. 13. allegat text. in l. quod si nolit. §. si mancipium, & l. si hominẽ. ff. de ædil. edict. vbi competit redhibitoria post mortem, mancipii venditi. Et ex breuitate temporis satis apparet morbum præcessisse tempus contractus. facit text. in l. si. ff. ad munici. & in l. 1. §. caput. ff. de aqua quoti. & æsti. & ca. si qua fœmina. 50. distinct. Et dicitur tempus breue, & incontinẽti, si vitio intra triduum mortuus fuerit, vt notatur per glos. singu. in l. 1. C. de emen. seruo. de cuius veritate vide Bald. in l. 1. C. de ædili. actio. & istud dictum Ioann. And. refert & sequitur Bal. in l. 2. in 4. col. C. de rescin. vendi. & latius in dict. l. 1. colum. 4. C. de ædilict. actio. & Abb. in capi. iniustum. in penultim. & vltim. colum. extra. de rer. permu. & Imo. & Alexand. in l. si quis cum aliter. in vltima colum. ff. de verbo. obl. Adde quod hanc opinionem sequutus fuit etiam Ioan. de Ana. in cap. præterea. in vltim. colum. de cleric. percus. & do. Iason. in l. lecta. in 13. column. ff. si certum petat. Hippoll. de Mars. in l. statuliber. ff. de quæstio. & Ange. in repet. l. sciendum. ff. de verbor. obligatio. quæ est posita in fin. tit. vbi limitat hoc dictum, nisi probaretur contrarium per venditorem, quod intra triduũ
2 equus comedit herbas venenosas, vel aliquid propter quod† equus mortuus sit, & iudicio peritorum cor subito putrefactum sit. standum est enim in hoc iudicio ipsorum. l. semel. de re milita. libro. 12. C. licet ipse Angel. contrarium tenuerit in dict. l. si quis cum aliter. Ad cuius argumen. respondet ibi Imo. in vltim. column. & Abb. in d. c. i in iustum. licet de Ang. mentionem non faciat. Et ad prædicta faciunt quæ voluit Bald. in procem. fforum. & Bartol. in l. maritus. in fin. ff. loc. & Aret. in tract. malefic. in rubr. de homic.

CXI.

1 *Verbum prolatum in vna dispositione, potest varie accipi.*
2 *Confirmatio, pars & finis electionis est.*
3 *Statutorum verba vt sint accipienda.*

1 NOta vnum, quod est† multum singulare, quod probatur in capi. cum dilectus. de consue. videlicet, quod quando vnum verbum refertur ad diuersa diuersimode potest & debet interpretari, quando vniformiter sumptum præiudicaret iuri communi, quem textum plurimum commendat Cardin. Floren. ibi. pro quo optimè facit vltra ipsum† textus. iuncta glossa. in l. 2. ff. de officio. procon. & nota. in l. cum mulier. ff. solut. matrim. voluit Alexan. & Dec. in l. testamento 1. C. de milit. testament. & illum text. in dicto cap. cum dilectus. reputat multum singularem Panorm. ibi in 3. colum. circa finem, ad interpretationem statutorum. nam in illo textu. quod statuto episcopi disponebatur, vt electio prælati penderet pœnes fratres eiusdem loci, & capitulum Krosense, & verbum Electio, inquantum respicit fratres eiusdem loci, proprie ponitur, & inquantum concernit capitulum
2 Krosense, † tat pro confirmatione, quæ largissimo sumpto vocabulo electio dici potest, quoniam pars & finis electionis est, vt dicit ibi Abbas. & talis interpretatio ibi fit, quia si verbum Electio, quo ad vtrunque casum proprie sumeretur & strictè, præiudicaretur iuri communi, quia de iure communi electio spectat duntaxat ad collegium illus ecclesiæ. Et ex illo text. & prædictis notat ibi Abb. vnum, quod dicit non esse obliuioni tradendum, quod† verba statutorum debent intelligi latissimè, vel
3 strictissimè, si hoc modo interpretando non corrigitur ius commune, & sic quod dixi solet, quod verba statuti debent strictissimè interpretari. l. quicquid astringendæ. & ibi scribentes notant. ff. de verbo. obligat. intelligitur, quando per illam strictissimam interpretationem. minus receditur à iure communi. Vnde quo ad istum effectum potest etiam largissimè interpretari, vt probatur in illo text. qui secundum dom. Abb. ibi quotidie ad hoc solet allegari.

CXII.

1 *Promissio facti alieni an & quando valeat.*

1 PRomissio† facti alieni non valet, neque tenet. l. stipulatio ista. & l. inter stipulantem. ff. de verborum. obligatio. & ibi scribentes notant. l. sicut. ff. de fideiussoribus. §. si quis alium. Inst. de inutilib. stipu. ratio est, quia tunc non geritur negotium inter stipulantem & promittentem, vt dicunt Cuma. Imol, Angel. & alij in dicta l. inter stipulantem in princip. per illum textum. Quid si aliquis promittit alium aliquid facturum ad conseruationem eius, ad quod ipse promissor tenetur, puta debitor promittit pro se fideiussurum, an talis promissio valeat? Dicas quod sic. De hoc habes tex. singo. in l. qui in autem. §. si quis. ff. de constitu. pecu. quem tex. Barto. ibi reputat menti tenendum, & non reperitur alibi, secundum Baldum in rubric. C. eodem titul. & illum reputat singularẽ do. Iason in d. l. stipulatio ista. in 2. col. in 3. fallen.

CXIII.

1 *Creditor an possit testificari in causa debitoris sui.*
2 *Statuto disponente de venditione fructuum gabellam soluendam, quid iuris, si vendatur fundus plenus fructibus.*

1 CReditor vellet† perhibere testimonium in causa debitoris sui, vtrum hoc facere possit? videtur dicendum quod non, quia creditoris interest habere debitorem diuitem, & inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. dicit text. in l. nam is. ff. de dolo. & in capitulo. 11. columna 2. extra de restitu. spoliato. in ca. Odoardus. de solutionibus. Ratione ergo talis commodi, videtur qđ
a sit repellendus. l. omnibus. C. de testibus. Contrariũ † singulariter voluit Iacob. Butri. & Angel. in l. non solum. §. quæritur. per illum textu. ff. de procurato. vbi Angel. reputat hoc tenendum menti. & Imol. in consilio 58. in casu præmisso videbatur breuiter dicendum. & Alexande. in consilio 78. incipien. in causa & lite vertente. in primo volumin. in secunda coluna. & hoc dictum multum exclamat dom. Iason, & dicit esse digito ligandum, in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in 3. colum. in princ. ff. de verbo. obliga. Non obstat ratio in contrarium adducta, quia cõmodum, quod peruenit creditori, peruenit in quandam consequentiam, ideo non considerat. l. 1. in princip. ff. de aucto. tuto. l. si quis. nec causam. ff. si certum petat. & tex. in l. nauis aduersa. ff. ad leg. Rhod. de iact. Et pro hoc facit quod not. Gulielm. de Cuneo & Bald. in l. abstinendi. ff. de in integrum restit. quem text. Bald. legiti. in præcedenti lege quæ incipit, non solum. vbi per illum textũ
2 dicunt, quod si statutum disponit, † qđ de venditione fructuũ debeat solui gabella, si quis vendit fundum plenũ fructibus, isto casu pro dictis fructibus non debet solui gabella,

gabella,quia cum fructus non vendantur principaliter, sed secundario,attenditur quod principaliter agitur.alle. tex.in l.fin.§.penultimo. ff. quæ in fraudem creditorum Adde quod voluit Ioan.Andr.in reg.fine possessione.de regulis iuris,in sexto.in mercurial.vbi dicit,quod si epi. scopus petit decimas ab aliqua ecclesia,& rector illius ec clesiæ opponit quod consuetudo generalis illius loci est, quod decimæ non soluantur,quod poterit prædictus re ctor conuentus probare per rectores aliarum ecclesiarũ illius Episcopatus, seu prouinciæ,esse consuetudinem il lius loci,quod non soluantur decimæ,ex quo illi princi paliter non deponuntur in fauorem suum.& voluit Ale xand.in consi.suo 313.incip.Visis & opportunè discussis. in 3.colum.lib.2.

ADDITIO.

2 Contrarium. Adde Hippol.Marsi.sing.662.

CXIIII.

1 *Factum à minori parte capituli,cẽsetur factum ab omnibus, nisi lex vel constitutio aliud requirat.*

2 *Verba cõfitentis omnia contenta in accusatione esse vera,quo modo sint accipienda.*

1 FActum à maiori parte capituli censetur factum fuis se ab omnibus & cõcorditer.l.quod maior.ff.ad mu nicipalẽ.l.nominationum.& ibi Bartol.C. de decurion. lib.10.capitu.1.de his quæ fiunt à maiori parte capituli. nisi à minori parte aliquid rationabile fuerit appositum. dicto capitulo.primo Tamen si lex,vel constitutio requi rat omnes & singulos,non sufficit maior pars,sed omnes debent interuenire.ita singulariter voluit glo.in capitu. vbi periculum.§.ijdem quoque super verbo,singulis. de electione lib.6.& ibi Domi.& alij sequũtur, & multum extollunt illam glossam,quam adducit Barbat.in capitu. 1.de plus petitio.columna.27.ad in quod id libello accu 2 sationis apponi solet,quod quando quis confitetur omnia & singula quæ in accusatione continẽtur esse vera,q illa verba nõ solum referantur ad expressa,sed ad expres sorum,qualitatem.

CXV.

1 *Iudex quid spectare debeat antequam comprehendi concedat debitorem suspectum de fuga.*

1 IVdex ad hoc vt concedat familiam creditori habenti debitorem suum suspectum de fuga debet inspicere an creditor habeat iustam causam timoris,puta quia vidit præparamenta fugæ,vel alia indicia,& tunc concedenda est licentia capiendi debitorem,alias secus.Ita Barto. in l.ait prætor.§.si debitorem.ff.de his quæ in fraudem cre ditorum.allegat in argumen.ad hoc l.hoc autem.in prin cip.ff.si cui plusquam per legem Falcid.& l.2.ff.soluto ma trimonio.& l.si fideiussor.§.fi.ff.qui satisdare cogantur. Tradunt plenè domin.Alex.& Iason in dict.l.2.& Ange. in repetitione l.nemo carcerem.C.de exactoribus tribu torum,libro decimo.& Bald.in rubrica.C.de reuoc. his quæ in fraudem creditorum.& prædictam cõclusionem intelligit veram Barto.in dicto §.si debitorem.si post de bitum cõtractum noua causa iusti timoris superueniat, Secus si illa causa fuberat tempore contracti debiti.alle gat l.si creditores.ff. de priuilegijs creditorum. & l.qui bona.§.de illo.ff.de dãno infecto.& l.si is à quo in princ. ff.vt in possessionẽ legatorum.in quibus locis hoc idem firmat Bartol. Limita singulariter prædictam conclusio nem secundum Paul.de Cast.in l. etiam.§.1.ff.soluto ma trimonio.non procedere,quando debitor tempore con tracti debiti esset pauper,& tamen dolo induxisset credi torem suum ad secum contrahendum, dicens se habere idoneas facultates,quia isto casu non poterit allegare, q prædicta suspitio inerat tempore cõtractus.allegat in si mili tex.quem ipse reputat singularem,in l.penulti.§.fi. ff.de iure dot.Refert & sequitur do.Alexand.in d.l.2. ff. solut.matrimon.

CXVI.

1 *Instrumentum producens in parte,& partibus pro se facientibus,& non aliter,non impedit,quin stetur instrumento cõtra ipsum.*

1 VOlo etiam tibi dicere vnum,quod frequẽter,& quo tidie practicari solet,quod si aliquis,pducit instru mentum,& dicit,prout quotidie faciunt procuratores, Produco instrumentum pro parte,& in partibus pro me facientibus,quatenus vero contra me faciunt,nequaquã; quod ista verba nihil operantur,quod nihilominus stabi tur in parte faciente contra producentem. Ita dicit glos sa singula.in l.prima.§.editiones. in glossa. magn. super verbo,die & consule.circa finem.ff.de eden.quã ad hoc reputat singulare.& mirabilem Salicet.ibi prout refert do.Iason in dicto §.editiones.in 4.columna. in princip. & hanc partem tenuit Bald.vbi alleg.istam glos.in capi. præsentium.in prima columna extra de testi.& in l.1.C. vt quæ desunt aduocat.& post eum dom.Alexan.& Pau. ibi qui reputat illud dictum Bald.sing.& Roman.consi. 433.incipien.quo ad primam.in vltim.dubio.& Pau.de Castro.in dict.§.editiones.in secunda columna.in versi. & not.circa fine.glossa. vbi refert dictum Bald. pro singulari,& dicit quod habuit istum casum de facto. Dicit tamen de hoc videndum esse Specu. in titu.de instrum. editio.§.videndum.ver.quid si aliquis.& ver.quid si pro ducitur.vbi videtur sentire oppositum.

CXVII.

1 *Doctor antiquior iuniori præferendus.*

2 *Doctor posterior tempore doctoratus tamen ab Imperator,an præcedat doctoratum prius ab alio.*

CRedo te vidisse glossa.in l.cum quid.super ver. no uum.in fin.ff.si certum petatur.& ibi dom.Alexand. 1 & Ias.notant,qua sumitur argumen.quod Doctor anti. quior debet præferri iuniori pro qua facit textus in l.1. C.de consul.lib.12.& in l.1.ff.de alb.scrib.& dicitur anti quior,non ætate,sed gradu & dignitate,vt voluit glo.no. in capitu.fina.ver.antiquiores.de consuetu.in sext.& se quitur Gemi.ibi,& prædicta conclusio procedit, etiam si posterior sit ditior,quia istę qualitates non tollunt præ rogatiuam temporis,vt voluit Innocentius in capit. sta tuimus.de maioritate & obedientia.& tunc demum cõ fideratur,quando datur paritas in tẽpore,vt voluit Bar to.in l.prima.ff.de obleq.& Bald.in l.nemini.C.de aduo catis diuersorum iudicum.in fin.Quid si aliquis est crea tus Doctor à collegio,& sic est prior in tempore,& alius postea creatus est ab Imperatore,an ille,q est antiquior, 2 præferrit debeat? videtur dicendum quod sic,per supra dicta.Contrarium notanter determinauit Ludouic.Ro man.in l.si vero.§.de viro.in 49.fallen.ff.soluto matrimo nio.per tex.in cap.per tuas.extra de maioritate & obedi tia.videlicet quod in casu isto præcedere debeat ille qui fuit doctoratus ab Imperatore,licet posterior sit in tem pore.sequuntur dom.Alexand.& Iason,in l.2.§. prius.ff. de vulgari & pupil.Et per hoc alias respondebam doctis simis & iuuenibus artium,& medicinæ doctoribus, do. Ioan.Philippo bono,& Francisco Cagno,Siculis conci uibus,& socijs meis,cum essemus in studio Patauino,& ipsi me cõsulerent quis ꝑcedere debeat,an miles qui crea tur postea ab Imperatore,an ille qui creatur à Comi te Palatino,vel ab alio inferiore à principe,licet anterior sit.& dicebam,quod ille qui creatur ab Imperatore,per text.in dicta l.2.de albo scribendo.& in d.cap.per tuas. & hoc in terminis voluit ibi dom.Abb.& hoc fuit dictũ Fran.Tigri.in dicta l.secunda.quod allegat copiosus Bar batias in capitu.quod clericis.in penultima columna ex tra de foro competenti.& illud dictum allegauit ad hoc Scipio Trigona cõsobrinus meus.Illud etiam refert & se quitur Felin.in d.c.per tuas.in 2.col.& Moder.in c.cleri ci.extra de iudi.

CXVIII.

1 *Testimonium de auditu non probat.Limi.nu.2.*

Testimonium

1 TEstimonium de auditu non probat.cap.licet ex qua dam.extra de testibus.l.testium.& ibi glossa magna super verbo,præst.C.eod.titu.capitu.tua.& ibi dom.Ab. extra de consangu.& affin.quod intellige de auditu audi tus.Secus vbi proprio sensu audiuisset,quia tunc valeret eius testimonium,vt not.per gloss.in l.in summa.§.idem Labeo.3.ff.de aqua pluuia arcend.& voluit dom.Abba. in dicto capitu.licet ex quadam.in secundo nota.Limita 2 singulariter prædictam conclusionem non procedere, quando testes interfuissent depositionibus testium, qui recepti fuissent ad perpetuã rei memoriam,quia tũc eis fides adhibetur super examinatione,& etiam super dicto,licet deponant de auditu auditus.ita singulariter An tonius de Butrio post Innocen.in capitu.significauit. & ibi dom.Abb.extra de testibus.& dicit Imo.ibi illum es se casum singularem,& mirabilem,in quo admittitur te stimonium de auditu propter iudicis authoritatem ibi interuenientem.Refert & sequitur Felin.in cap.tam lite ris.in 3.col.de testib.

CXIX.

1 *Bannitus restitutus per principem,non recuperat bona sua fisco illata.Limit.nu.2.*

1 BAnnitus cuius bona sunt publicata,si restituitur per principem,non recuperat bona quæ per fiscum alie nata sunt.ita Barto. in l.Gallus. §. & quid si tantum. per gl.ibi super verb.emancipatus. n fi.ff.de liberis & posthu mis.Pro quo facit text.in capitu.quamuis. de rescript. in 6.voluit Iacob.de Bel.in titu.hic finitur lex,dein.consue. regn.inci.versi.sed quæritur,vbi dicit se disputasse hanc quæstionem in ciuitate Bononiæ,quam vidit de facto in curia regis Caroli,dum esset in regno Siciliæ.& ibi latis simè quasi per tres colum.prosequitur,& voluit Baldus ibi in quarta columna, versiculo, sed ego quæro.& in l. sed si per pœnam.ff.de in ius vocand.Barto.& Bald.in l. fina.C.de senten.pas.cum alijs concord.adductis per Ale xand.& Iason.in dicto §.& quid si tantum Si vero bona non sunt alienata,bene intelligitur ad illa restituta.l.pri ma in fine.C.de sententiam passis.Vnum tamen diligen ter notabis,quod est multum singulare,quod licet fratri tutus recuperaret bona non alienata,nullo in casu recu peret fructus perceptos à fisco, & multo minus perce ptos ab alijs.De hoc habes tex.singula.in authent. idem est.de Nestorianis.C.de hæreti.quem tex.ad hoc reputant singularem Ange.Imo.Areti.Cuma.& Alexand. in dicto §.& quid si tantum.quicquid dixerit domin.Iason ibi.Hoc idem voluit Baldus vbi istum tex.extollit in ca. domino guerram.in tit.hic finitur lex,dein.consue.reg. incip.in d.l.fi.C.de senten.pas.& reputat singula.Rom.in l.iusiurandum.§.procurator.ff.de iureiur.

CXX.

1 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ renuntians,& iureiurando promittens illa non vti,si postmodum denuo asseuerat,confessionem fuisse simulatam,iuramentum nihil obstabit.*

1 EXceptioni non numeratæ pecuniæ si aliquis renun tiauit,talis renuntiatio non operatur,quin predicta exceptio opponi possit.l.si ex cautione.& ibi gloss.Bald. & alij notant.C.de non numerata pecunia. dixi de hoc latè supra in singul.meo 59.incipiente,si quis confitetur. Si tamen renuntians promisit cum iuramento non vti il la exceptione,& posteà illa vti velit,posset compelli cen sura ecclesiastica ad obseruantiam prædicti iuramenti, cum illud seruari possit sine interitu salutis æternæ.capit. ad nostram.& capitu.& si Christus capit.cum contingat de iureiuran.Limita singulariter prædictam conclusio nem,nisi renuntians replicaret confessionem,& promi sionem simulatam fuisse,quia tunc iuramentum in ali quo non obligaret.istud fuit singula.verbum Ange. in l. prima.C.de dote caut.non numera.vbi allegat glo.quam ipse dicit non esse alibi in l.emptione. C. plus valere quod agitur.& istud dictum Ang.reputat singularissimũ & dicit memoriæ commendandum Iaso.in §.fuerat.nu mero 86.Institu.de actio.

CXXI.

1 *Statuũ disponens quod in causis vertentibus super instrumẽto guarentigiæ summariæ procedatur, omni exceptione remota,vt sit accipiendum.*

2 *Clausula,omni exceptione remota,quid operetur*

3 *Regula,appellatione pendente iudicis officium cessare,fallit.*

OBierua dictum singulare Bal.quod frequenter pra cticari solet.dicit enim quod si statutum disponit,

1 quod in causis vertentibus super instrumentis guaranti giæ procedatur summariè,quod istud statutum habebit locum,si agatur contra principalem debitorem,Secus si contra tertium possessorem,etiam si agatur hypotheca ria,quia confessio priuilegiata,seu præceptum non sequi tur fundum,seu fundi possessorem.hoc voluit Bald.in l. 1.versicu.nota hic de dictione, super &c. C. commun. de legatis argumen.l.1.C.si certum petatur.& l.1.§.si hæ res.ff.ad Trebel.vbi dom.Alexand.& Iason reputãt hoc dictum Bald.& singulare,& perpetuo notandum.Sequi tur etiam Rip.ibi,& Petr.de Ancharan.in capitu. cano num statuta in versic.circa istam extensionem alibi &c. extra de constitu.& dom.Alexand.in consi.83.in 3.volu. incipie.viso themate supra scripto in penultima colum na.& in consi.sequen.quod incipit,in causa quæ vertitur inter agentes.in 3.colum.& sequen.Pro quo facit textus. in cap.super eo.& ibi do.Abb.nota.extra de offici.deleg.

2 vbi dicitur,quod clausula,tappellatione remota, opera tur vires suas respectu partium,non autem respectu ter tij comparentis pro suo interesse.& inducit illum text. Abb.quod si statutum prohibet appellationem respectu instrumenti confessionati,quod non intelligitur prohi bita respectu tertij comparentis pro suo interesse.Adde quod voluit Bald.in l.2.C.si aduer.credito. vbi dicit per illam legem probari,q executio sententiæ vel instrumẽ ti guarentigiæ potest peti contra condẽnatum, vel eius hæredem vniuersalem,non autem contra tenentem bo na obligati. Allegat glo.in l.eadem.C.de condi.ob caus.& dicit hoc notandum contra ignorantes procuratores & aduocatos.Idem voluit Ange.in d.§.si hæres.in prin. Nõ 3 tomitto quod dicebat alibi Bal.& post eum Ang.il.si qs filio exhæredato.ff.de iniust.rup.& irrit.testa.vbi dicunt, quod pendente appellatione officium iudicis cõquiescit fallit respectu tertij,allegat Bal.te.in l.creditor.ff.manda accedat quod voluit Petr.de Anch.in clem.1. de probat. vbi dicit,quod si iudex pronuntiat,Condemnamus Ti tium procuratorem talis,facit fidem quod est procura tor inter partes,secus respectu tertij.

CXXII.

1 *Contractus an sit ẽre ecclesiæ,vel non quando dubiũ est,quid tunc præsumendum.*

2 *Iudicis decretum vbi interuenit,præsumptio est omnia ritè, & recte processisse.*

1 DIligenter obseruabis verbum singulare Bal.in ca.1. de his,qui feu.da.posiu,in 3.columna.in princip.vbi quærit quando est dubium,vtrum contractus sit vtilis ec clesiæ vel non quid sit in dubio præsumendum? Nam dicit ipse quod vbi seruata est forma,& decretum supe rioris interpositum,semper præsumitur factum pro vti litate ecclesiæ.arg.not.in l.1.C.de præd.curia. lib.10. Idẽ voluit Bal.in c.sicut.in vlt.col.extra de re iudica.refert & sequitur Ias.& Lance.Deci.in l.pacta nouissima.C.de pa ctis.quod dictum sequitur & reputat egregium do. Alex. in consi.79.incip.circa primum,de quo quæritur.in 8.co lum.lib.1.& illud exclamat Iason.in d.c.1.in 2.columna. Pro quo facit quod voluit Bar.in l.frater à fratre. in an tepenul.colum.versi.3.quæro quid de contracto emptio nis.vbi dicit,quod quando in contractu,vel alio actu in teruenit præsentia vel decretum iudicis, talis contractus dicitur fieri palam & bona fide.allegat l.fi.in princip.ff. quod metus causa.Idem volunt Ang.& Imo.in l.1.§.fuit

quæsitum

quæsitum.ff.ad Trebell.& Alex.in l.transactionem.in fi. C.de transactio.Adde quod voluit Spec.in titu.de empt. & vendi.§.nunc dicendum restat.versi.& breuiter scias. vbi dicit quod tvbi in aliquo actu reperitur decretum iudicis interpositum,omnia præsumuntur ritè & rectè processisse.Refert & sequitur Bald.in l.cum hi.§.si prætor. j. ff.de transactio.vbi allegat gl.in l.1.C.de fide instrumen. & iur.hast.fisc.libe. 10.& Imo.in l.si quis cum aliter ff.de verborum obligationibus.Bal.in l.quicunque. C. de bonis quæ liberis.Limita singulariter prædicta procedere in maioribus magistratibusfecus in minoribus vt municipalibus,vel pedaneis.Ita notanter voluit Bal.in l.tutores.ff.de admini.tut.& ita intelligitur.§.nos autem.Inst. de Atti.tut.vbi dicit ista esse dicta Azo. in summa. C.de tuto.qui satis non ded.& istam limitationem pro singulari refert & sequitur Ias.in d.ca. 1.de his,qui feu.da.pos.& in d.l.pacta nouissima.& in rubr.C.qui admit.in 2.col.in fi.Contrarium tamen voluit in hoc Dec.& elegãs Alcia. in d.l.pacta nouissima.ad quos te remitto,quia tempus electionum instat.

CXXIII.

1 *Diuisio præsumitur facta inter fratres,qui decennio possederunt pro diuiso bonaque ante communia habebant, licet de diuisione aliter non constet.*

2 *Ius suum iactare nemo præsumitur.*

1 LIgat tibi ad digitum illud,quod tvoluit glo.singularis in l.si maior.in gl.1.C.com.diui.vbi dicit,quod si essent duo fratres,quorum vnusquisque possedit partem suam vt propriam pro diuiso longo tempore, videlicet 10.annis inter præsentes,& inter absentes,& quod solus subiit onera illius rei,& solus percepit commoda,si de diuisione aliter non apparet,per hoc præsumitur facta diuisio,ar.l.cũ de in rẽ verso.ff.de vsur.& l.1.§.fi.ff.de aqua plu.arcend.l.minus.C.de acqui.possess.quam glo.Bart.ibi multum exclamat,dicens illam singularem,& signandã, ac perpetuo menti tenendam.& de illa gl.facit seltũ Nico.de Neapo.in §.quædam.Insti.de actio.& eam reputat solennem & singularem Iaso.ibi,& in l.si certis annis.in 3.col.versi.6.facit.vbi dicit illam esse magis communiter approbatam.C.de pact.& in l.sciendum.in 7.co.ff.de verborum obligat.Bald.tamen in dict.l.si maior.in 1.colum.intelligit dict.gl.esse veram,quando isti qui venerũt
1 ad diuisionem proportionabiliter possedissent,ita tquod inter ipsas possessiones esset æqualitas,quia tunc de paruo aut nullo præiudicio agitur.Sed si esset inæqualitas, quia res quas vnus possideret,valerent longè plus, quam illæ quas alius possidebat,nõ præsumeretur diuisio,quia non præsumitur alter ius proprium iactasse.l.cũ de inde bito.ff.de probat.Et cum ista distinctione pertransit simpliciter Pau.de Ca.ibi,& fuit opinio Rayner.in d.l.si maior.Pro qua distinctione facit,quod voluit Bart.in quæstione sua,mulier habens amplum patrimonium.in fi.& in d.l.cum de in rem verso in 3.col.& in l.qui in aliena. versi.sed & si non adierit.in fi.ff.de acq.hære.vbi videtur intelligere dictum glo in d.l.si maior.quãdo tractaretur de modico præiudicio,& asserit do.Alex.in d.l.si maior in addi.Bald.

CXXIIII.

1 *Contractum factum negans:si postea conuincatur, in odium ipsius præsumitur solennitas extrinseca.*

2 *Matrimonium negans,perdit priuilegium,ne condemnetur nisi inquantum facere potest.*

1 REgula est in iure,quod solennitas extrinseca non præsumitur.l.quæcunque.§.fi.ff.de public.gl.no.& scribentes in l.sciendum.vbi materia.ff.de verborum oblig. Quid si aliquis conueniretur ex aliquo contractu,& negaret contractum fuisse factum, si postea conuincitur de veritate contractus,an in odium ipsius negantis præsumatur solẽnitas extrinseca? Dicas quod sic.Istud fuit singulare dictũ Bal.in c.1.qui test.sint necess.ad prob.no.inuenit.per te.in auth.contra qui propriam.C.de non num. pecu.& istud dictum reputat nouum & singulare Areti. in d.l.sciẽdum.in 8.co.in fi.versi.& adde tu.Pro quo ipse allegat tex.in l.cum in debito.in princ.ff.de probat.Illud refert etiam pro sing.Iason.in d.l.sciendum.col.6. Adde quod idem voluit Bal.in l.fi.col.1.C.de fideicommi.vbi dicit,quod negans si conuincatur,non potest deinde defectum solẽnitatis opponere.Corroboratur per illud q voluit Bar.in l.etiam §.1.circa fi.ff.solu.matrimo.vbi dicit,quod maritus qui negat matrimonium perdit priuilegium,ne condemnetur nisi inquantum facere potest. refert & sequitur Alex in l.maritus:eo.tit.vide etiam ad
2 corroborationem,quæ tradunt Cano.in c.cæterum,extra de iudi.& Ang.in l.fi.ff.de rei.vendic.& quæ dixi supra in sing.meo 75.incip.legisti alias.

CXXV.

1 *Emphyteuta,colonus & censuarius si tribus superioribus annis postremo lapsis probent se soluisse, præsumuntur soluisse ante actis annis,nisi contrarium probetur.*

1 QVoniam tẽpus est cancre receptui,quia statim thabebimus principium studij,Ideo pro complemẽto, tantum referam tibi vnum tex. aureum & singularem, quem habes in l.quicunque.C.de apoch.publ.lib.10.vbi dicitur,q ille qui ostendit se soluisse tribus proximis annis,retro soluisse præsumitur nisi contrarium probetur. quem tex.ad hoc Bart.ibi dicit mirabilem.& Bald.in c.literæ.ad fi.extra de dil.reputat aureum. illum etiam pro singulari refert Salic.in l.2.C.de iure emphy.& post eũ Ias.ibi num.135.multum exclamat,& non reperitur alibi,secundum Bal.in l.2.C.de dot.promis.Et per illũ tex. dicit gl.sing.in d.l.2.C.de iur.emphy.in glo.magna circa medium,quod eo ipso quod emphyteuta probauit se tribus continuis annis proxime præteritis soluisse,quod præsumitur retro soluisse semper.Quam gl.sequuntur indifferenter oẽs scribentes ibi dicentes illã singularẽ. Et ille tex.habet etiam locum in colono, secundum Ange.in §. scire autem.in fi.verb.in auth.de nõ alie.cum militet eadem ratio,quæ in emphyteusi.Dicit tamen de hoc se nescire legem.Adde,quod idem voluit ante eum Bal.post Io.And.in d.c.literæ.in fi.versi.quæro vtrum &c.vbi di-
2 cit,quod qui soluit pensionem per triennium proximũ præteritum,præsumitur soluisse pro tempore præterito siue loquamur in emphyteuta, siue in simplici colono, siue in censuario . Et similiter si quis soluit collectas in communi per triennium proximum præteritum,siue per tres collectas annuales, præsumitur semper soluisse, nisi contrarium probetur. & hoc per dicta. l.quicunque . Intellige tamen prædicta vera, quando dicta solutio trium annorum esset facta separatim vnaquæq; per se anno quolibet.Secus si esset facta simul vno anno pro tribus annis,quia tunc procederent.Ita sing.Cy.Bal. in d.l.2.C.de do.promissio.vbi reputat hoc tenendum menti.& Bal.& do.Ale.in d.l.quicunque.& Iason in d.l. 2.C.de iure emphy. Comprobatur etiam per illud, qd voluit Bal.in c.ex literis. in vlt.col.extra de constit.vbi pgl.notab.in l.si conuenerit.2.ff.de pigno.actio.dicit, qd si statutum disponit q in maleficiis reus debeat ter citari,quod non sufficit vna citatio pro tribus etiam peremptorie,sed requiruntur tres separatæ diuersis temporib. factæ.Item per illam gl.dicit Bal.in proœ.C.in vltim.colum.quod ad hoc vt confessio dicatur geminata,& operetur effectum confessionis geminatæ,nõ sufficit, quod eodem tempore sit pluries reiterata, sed requirit quod sit facta diuersis temporibus.Accedat quod voluit Bald. post Cin.in d.l.2.in 1.colum.cum sequen,C.de dot. promis.dum limitat l.cum de in rem verso.ff.de vsur.vbi habetur,quod in solutione 10.annorum præsumitur debitum præcessisse, vt non procedat,quando fieret vna solutio pro decem, aut pluribus annis.Idem voluit Barto. in l.eum,qui.ff.de annu.legat.

FINIS.

SINGVLARIA
D. BARTOLI DE SAXOFERRATO
EX ANTONII DE PRATO VETERI ORDINE
Per D.Gabrielem Saraynam Iurisconsultum Veronensem, ad verum authoris sensum explicata, & varijs ab eodem celeberrimorum Doctorum scholijs hic adscriptis, decorata.

I.

1 *Interpellatio extra iudicium non constituit in mora eum, qui solum per iudicis officium potest conueniri.*

INterpellatio textra iudicium non constituit in mora eum, qui solum per iudicis officium potest cõueniri. l.cum postulassem.in prin.ff.de dam.infect. qui tex.est ad hoc singularis,& non est alibi hoc ita expresse.

ADDITIO.

Huius singularis rationem ponit Bar.in l.1.ff.de iurisdicti. omn.iudic.vbi limitat dictam l.cum postulassem,in officio iudicis nobili,secus in mercenario.& ita tenet declarando l.1.C.de aliena.iud.mutãd.caus.fact.& ibi Cin. in 5.quæst.in fine.Item videtur fallere in alio casu,quem ponit Bal.in l.si soror.C.de collat.per l.filius.§.fin.vbi gl. ff.de collation.dot.Sed dic vt per Bartol.in dicta l.filius. §.finali.

II.

1 *Confessoria si pro constituenda quasi possessione seruitutis agatur,debet aliquid fieri contra contumacem,ex primo decreto fit missio in loco seruiente, ex secundo decreto statuitur certum tempus,intra quod agat.*

1 QVando agitur confessoria,si pro constituenda quasi possessione seruitutis,debet aliquid fieri contra contumacem,ex primo decreto fit missio in loco seruiente, ex secundo decreto statuitur certum tempus,intra quod agat.l.à quo fundus.ff.de dam.infe.quæ lex est multum singularis in hac materia.Bar.

ADDITIO.

Vtrum hæc missio,& dicta l.à quo fundus habeat locũm in negatoria?Bartol.tenet quod sic in 2.si prius. in 3.oppositio.secundæ partis.ff.de oper.noui.nuntiat. Et vtrum habeat locum in missione in possessionem ex secundo decreto?Bartol.tenet quod sic in dicta l.si prius.in quarta quæstio.

III.

1 *Donatio pura sub conditione resoluenda, non est proprie donatio.*

1 DOnatio tpura sub conditio.resoluenda non est proprie donatio.ista est gl.sing.& multum notab.in l.j. in ver.liberalitatem.ff.de donatio.

IIII.

1 *Clausula constituti si ponatur in instrumento venditionis,nõ est necesse,quod dicatur hoc fuisse actum in principio.*

1 SI apponatur tclausula constituti in instrumento venditionis,non est necesse,quod dicatur hoc fuisse actũ in principio.hic est casus multum singularis in l. secũda. §.si ab ignoto.ff.de manumiss. Qui licet videatur prima facie innuere contrarium,ibi, enim ab initio. Tamen à cõtrario facit pro hoc notabili,quia ibi secus,quia loquitur in dominc & seruo.Secus in duobus liberis,qui possunt hoc inter se pacisci.

ADDITIO.

Vide Alexand.consilio 25.columna penulti.versic.& non. volum.2.qui text.in dict.§.fi ab ignoto,declarat.Et vide Bal.& Ang.in l.bene à Zenone.in princi.col.2.C. de quadrien.præscripio.

V.

1 *Hæres institutus & fideicommissarius,non est hæres, nisi sit & fideicomissarius.*

1 ALiquis tinstituitur hæres & fideicommissarius,tunc non est fideicommissarius,nisi hæres.iste est notab. & singularis casus in l.lucius Titius. ibi, Modestinus. ff. de fideicommiss.libertat.

VI.

1 *Monumentum transit cum vniuersitate.*

6 LEgest dicunt,quod monumentum non potest legari l.monumenta.C.de leg. Quid est hoc dicere? Dic q non transit,nisi cum vniuersitate.text.est singu.in l.quædam sunt quæ.ff.de acquir.rerum dominio.

ADDITIO.

De materia d.l.quædam sunt,vide Iacob. de Belui. in l.in modicis.ff.de contrahen.emptio.Limita singulariter,vt per Barto.in l.si mercedem.§.1.ff.de actio.emp.Et quod not.Bar.in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verborum oblig.& in i.peto.§.patre.ff.de leg.2.& Bar.in l.Aufidius.ff.de priuileg.cred.

VII.

1 *Clusa in flumine publico, quo ad vsum est publica, licet quoad proprietatem sit illius, cuius est ager,cuius frontem inspicit.*

1 QVando test causa,quæ respicit frontem alterius agri est illius,cuius est ager quo ad proprietatem,quo ad vsum est publica.iste est tex.notabilis multum, & illum nescio ita bene alibi in l.si epistolam. §. Paulus si in fula versiculo.si id quod in publico.ff.de acquirend. rerum domini.

ADDITIO.

Adde quæ notat idem Bartol.in l.fluminum.in principi.ff. de dam.infect.

VIII.

1 *Testes deponentes aliquem possedisse fundum vltimis sex mẽsibus anni,an probet de toto anno?*

2 *Factum ad conseruandum operatur ad inducendum.*

3 *Intellectus l.3.in princ.ff.de acquir.possess.*

4 *Animus retinendi operatur acquisitionem.*

POnet quod quidam toto isto anno vsque ad Calẽdas Februarii possedit vnum fundum,Testes probant de sex mensibus vltimis,an probent possessionẽ?Certè non

quia

quia intro in istis vltimis temporibus non animo acquirendi, sed continuandi possessionem in initio quæstam, quam nō probaui. ista est singularis glossa & notabilis, si esset vera in l.3.in princip.in versi.animo.ff.de acquiren
a possess. Ego tamen teneo contrarium, quia si istud quod
2 quis facit ad conseruandum, operat ad inducēdum, vt l. 2.C.commun.vtriusque iud.& l.posthumus.§.fi.ff.de in iusto rupt.irritoque testa.& ff.de bono.possess.secundū tabu.l.qui ex liberis.§.testamento. Probo etiam ratione,
3 nam tex.in dicta l.3.non requirit quod quis habeat animum acquirendi, sed animum possidendi, non acquiren di de nouo, vt vides in dict.l.3.in fin.prince.ibi dum dicit dum ea mente & cogitatione, vt totum fundum vsque ad terminum velit possidere, non dicit acquirere. Et vide in l.1.adipiscimur ibi, quia affectionem tenendi non habent.ff.de acquiren.posses. Non dicit acquirendi. Sed iste.qui putabat se possidere etiam habet affectionem te nendi,& possidēdi, ergo &c. Item induco casum. l. quod vulgo.ff.pro emptor.& sic probatur. Certum est, q rei furtiuę non quæritur nobis possessio per seruum, imo, si seruus tradit mihi rē, quam surripuerat,& eā recepi credens me possidere eam prius per seruum, tamen ex die,
4 qua recipio, ĩcipio possidere,& sic apparet, quod animꝰ retinendi operatur, ad acquisitionem, vt l.qui ob pactionem.& l.seruus.& d.l.quod vulgo.ff.pro emptor.

ADDITIO.

a Ego tamen &c. idem tenent Ange. Imo.& Alexan. in d.l. 3.in princ.ff.de acquiren. posse. Bar. Ang.& Imol. in l. sequitur.§.Labeo.ff.de vsucapio. Bald. in sua disputatione inc. Accusatus de vi turbatiua.& Imo. in l.qui fundum.ff. pro emptor.

IX.

1 *Vsufructuarius an ius vsus fructus ciueliter, & naturaliter possidere possit.*
2 *Dominium, aut vsus fructus non possidetur.*
3 *Possessio in incorporalibus nil aliud est, quam patientia domini.*

1 QVærō vtrum vsufructuarius habeat aliquam ciuilem possessionem? Et quidam dicunt, quod sic, gloss. tamen dicit, contrarium in l.naturaliter. in principi. per l.1.§.ex contrario.ff.de acquiren.posses.& nota. in l. 1. in princ.ff.de acquir.posses. in 2. gloss. magna. Tu vero ad declarationē huius dic, quod in vsuario & vsufructario sunt consideranda duo, res ipsa, & ius vsusfructus. Et rem ipsam nō possidet, nisi naturaliter, sed ius vsusfructus, videtur quod ciuiliter, & naturaliter posset possidere. glossa. est multum singularis, in l.ait prætor.§.item ei.ff.ex quibus caus. maior. Et Cin tenet in l.1.C.vti possidere. & dicebat, quod non erat alia glo. in mundo. Sed alia gl. est in l.si plures.§.deiectum.ff.de vi & via arm. in l.fi.ff.vti possidē. in gl. super verbo defendat possessionem. in quibus dicitur, quod vsusfructus quasi possidetur. Sed istud non videtur bene dictum, quia non possumus dicere, q̄ dominium possideatur vt in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui. posses. sic nec vsusfructus, vt ff.eodem ti. l.
2 permisceri. Dico ergo q̄ in incorporalibus quasi possessio nil est aliud quam patiētia domini.ff.de seruit. l. quo
3 ties.& ista quasi possessio est in vsufructu. in l.3.§.dare.ff. de vsufruct. Et ideo dico, quod agendo cōtra dominum potest dici quasi possidere vsumfructum ciuiliter & naturaliter, vt in d.l.ait prætor.§.item ei.& dicta l.si pluces.§. deiectum. Sed contra alium nō potest dicere, nisi de possessione rei, quam rē solum naturaliter possidet. Et idem in cæteris seruituribus, & idem videtur sentire glo.ff.si seruit.vendice. l.sicuti.§.Aristo. in glosella parua, quę est super verbo suo vti, quod tene menti.

ADDITIO.

Vide Andr.Barba. in apostil.ad Bar. in d.l.naturaliter. in princi. super verb. Tu vero ad declarationem.& super versic. dico quod in incorporalibus.

X.

1 *Dominium non potest quis animo perdere possessione retēta.*

1 NOn potest quis animo perdere dominium possessione retenta. hic est casus, qui tota die allegatur, & bene.& est singularis in l.si quis vi.§. differentia. ff. de acquiren.posses.

ADDITIO.

Vide ibi Doctor. maximè Modernos, qui hoc latè exami nant.

XI.

1 *Dominus qui de possessione deijcitur, an & quando eam per colonum retineat, & quando non?*
2 *Intellectus l.peregre §. quibus. ff. de acquir. posses.*

1 SI dominus deijciatur de possessione, & eam retinet p colonum, & ideo non dicitur eam perdere. At si spontanea voluntate alij tradat, secus est, quia statim causa cadit. de hoc habes vnam glossam valde singularem in l.j.§. non alij, in verbo. retineo. ff. de vi & vi. arma. quæ hoc di-
2 cit. Et per hoc apparet responsio ad l.peregre.§. quibus. ff. de acquir. posse. vbi solo animo possideo, & non perdo possessionē, nisi alius ingrediatur. Quia quis solo animo non perdit possessionem, nisi alius ingrediatur, verū est, non perdit voluntate coacta, secus si spontanea volū tate alij tradat, quod videtur facere constituendo se alterius nomine possidere.

ADDITIO.

Vide Petr. de Anch. in c.fi. de præcario,& Aret. consi. 32. colum. 4. in princip.

XII.

1 *Traditio non vacua sufficit quo ad dominium,*
2 *Traditio non vacua non sufficit in vsucapionē.*
3 *3 Vsucapio interrumpitur propter missionem in possessionē causa rei seruādæ. si traditio sit ab eo, qui ciuiliter & naturaliter possideat.*

1 LIcet quo ad dominium sufficiat traditio non vacua,
2 vt l.si fundum. ff. de fundo dotal. Tamen in vsucapione nō sufficit, vt l.naturaliter. ff. de vsucap. & l. fine possessione. Quod intelligunt doctores quando possessio non est vacua, sed plena quia ab alio possidetur naturaliter & ciuiliter, vel ciuiliter tantum. Et ideo licet ille, cui tradita est possessio, possideat naturaliter tantum, tamen non incipiet præscribere, donec alius desinat possidere ciuiliter, vel quia animo dimittit, vel ex negligentia longi temporis, vel minoris. Et hoc tenet gloss. C. de seruis fugit. l.1. in fin.& Din. in capi. fine possessione. circa fin. de regu. iur. in 6. sit ergo cautus aduocatus rei, si potest probare alium antea possedisse. Sed pone, quod aliquis possidet naturaliter, sed tradens possidet ciuiliter, vel tradens possidet ciuiliter & naturaliter, alius est in possessione causa rei seruandæ, non est vacua possessio, vt l.2.§.1.ff.de actio. empti.& l.ratio. ff, eod: titu. sufficit ne ad vsucapionem traditio non vacua, eo modo vltim. quo dixi? Et certè sic, vt in l.acquiritur. ff. de acquirendo. rerum domin.& l.missio. ff. pro emptor.& l.2. in princi.
3 ff. pro hærede. Sed vna flex est, quæ multum videtur turbare ista,& habetis tex. singul. qui non est alibi, vt credo, & videtur dicere, quod interrumpitur vsucapio propter missionem in possessionem causa rei, seruandæ,& traditione fit ab eo, qui ciuiliter & naturaliter possidet. text. est in l.a diuo Pio.§.si super rebus. in fin.§. ff. de re iudic. & ibi dixit.

ADDITIO.

Adde eundem Bartol. in l.si de eo.§.1.ff.de acquir.posses.& Bal. in l.cum res. C. de probatio. vbi tradit quomodo probetur vacua possessio.& per Bartol. in l.2.§. primo. ff. de actio. empto.

XIII.

1 *Diuisionis ex causa quod mihi traditur tāquam meum, eius vsucapiendi conditionem non habeo.*

1 EIus quod ex causa diuisionis mihi traditur tanquam meum, vsucapiendi conditionem non habeo, ita est lex singulari in l.eum solus, in princ. ff. de vsucapio. secundum communem modum allegandi.

ADDITIO.

Vide Bal. notab. in l.nullo. C. de rei vendica. in l.super longi. in 4. colum. vbi declarat subtiliter & mirabiliter hanc legem. C. de prescriptio. longi temporis.

XIIII.

1 *Iudices duo ordinarij qui de causa cognoscunt si diuersas sententias ferant in iudicio, in quo apparere non potest quis actor, quisque reus existat, vtraque sententia erit pendenti, & ad superiorem recurretur.*

1 ACtum est familiæ ercisciundæ iudicio teorum duobus iudicibus ordinarijs, in quo iudicio a pparere nō pōt quis actor, & quis reus sit, certè filij diuersas sententias ferant, vtraque sententia erit in pendenti, nec poterit habere locum l.inter pares ff. de re iudic. sed recurretur ad superiorem. istę est tex. notab. in l.duo iudica. tene menti, quia hic casus non est alibi.

XV.

1 *Iudex potest circa accessoria supplere eodem die.*

1 CIrca accessoria potest iudex supplere eodem die, quādo per talem suppletionem, vel adiectionem, nil derogatur ei, quod iam est sententiatum. tex. est in l. Paulus respondit. 2. ff. de re iudic. quæ lex est singularis.

XVI.

1 *Ius accrescendi cessat adita hæreditate, & quid si adiens in integrum restituatur?*

1 CEssat ius accrescendi adita hæreditate. l.1. in fi. de vsuf. accresc. Hoc est verum, nisi ille qui adiuit in integrum restituatur. tex. est in l.ex contractu. ff. de re iudi. nec habes alibi melius.

XVII.

1 *Exigi si debeat aliquis in quantum facere potest, inspicitur quantum ex eius patrimonij fructibus potest rediri, nō quātum ex venditione rerum.*

1 IN exigendo aliquem in quantum facere potest, inspicitur quantum ex eius patrimonij fructibus potest rediri non quantum ex venditione rerum redigeretur. text. est singularis & mirabilis in l.qui bonis. ff. de cessio. bonor.

ADDITIO.

Nota quod inspicitur, quantum ex fructibus patrimonij redigi potest, bene facit l.si fundum per fideicommissum. in princ.& quod ibi notat idem Bar. ff. de leg. 1.& idem Bar. in l.2. in fi. de rescind. venditio. Adde tex.& ibi no. Bart. in l. Imperator. in fi. ff. ad Trebellia. Et per hunc tex. Bald. vt refert Imo. in l.si maritus, in id. ff. soluto matri. dicit quod si maritus, qui condemnatus est in quantum facere potest habet possessionem maioris valoris,& modici reditus, ex quo reditu vix viuere potest, non cogitur illam vendere, per illum tex. Sed Imo. ibi contrarium tenet. an autē quando maritus condemnatur in quantum facere potest, sufficiat sibi relinquere tantum, quod sibi pro victu sufficiat secundum qualitatem personæ suæ. An vero sufficiat. relinquere tantum, ex quo sine necessitate viuere possit? vide Bal. in l. maritum. ff. fol. matri.& doct. in d.l.si maritus. & singulariter Bal. in rub. C. qui bonis cede. poss.& in l.2. circa prin. C. quod cum eo. Et adde quæ consuluit Roma. consi. 509. ad fin. per hanc legem, quam ibi dicit singulam ad id.

XVIII.

1 *Contumacia alicuius si nimia sit, prætor decernere potest, ne missus in possessionem ex primo decreto fructus lucretur.*

1 PRopter nimiam contumaciam potest prætor decernere, vt ex primo decreto missus in possessionem fructꝰ lucretur. hic est singularis & notab. casus in l. Fulcinius. §. Diuus. ff. de quibus caus. in posses. eatur.

ADDITIO.

De hoc notatur per eundem Bart. in l.si finita.§. Iulian. in penul. colum. ff. de dam. infect.& ibi videtur intelligere illum tex. quod missus ex primo decreto demum lucretur fructus in casu, quando iudex hoc expressit. Glos. tamen in dicto §. diuus. sentit, quod vbi constat de aperta contumacia, quod lucretur fructus ex dispositione illius. §. etiā si iudex nihil dixerit. d.§. Iulia. Adde Bal. in authen. ei qui. in vltim. col. C. de tempor. appellatio.& in l. consentaneū col. 9. C. quomodo & quando iudex. vbi etiam dicit, q̄ potest facere quod possideat. Et adde Inn. in cap. dilecto. de ver. signifi. Spe.& Ioan. And. in titu. de primo decreto. §. restat. ver. hoc autē. & ibi plene. habetur quæ dicatur nimia contumacia post gl. in dict. §. diuus.& do. Anto. de Butri. in cap. contingit. de dolo & contuma &. Ioan. And. ibi, & Bald. in l.2. in 6. quæst. si ex noxal. caus. aga. circa primum decretum. adde quod Bald. consi. 54. volu. 2. vult quod oferantur loco cuiusdam mulctæ, licet parti applicetur. l.1. §. hoc iudicium. ff. si quis ius dicenti non obtemp. Fallit tamen secundum eum illud quod dicitur, quod missus in possessionem ex primo decreto nō lucratur fructus, nisi consuetudo loci, vel statutum contrarium disponeret. gl. in §. si vero. in authen. de exhiben. reis. vbi alias ex nimia contumacia, quæ non cadit in minore indefenso, non posset ipse mulctari in fructibus, vigore talis consuetudinis & statuti mulctabit, q̄a statutū pariter minores & maiores ligat. l.si sine hærede. §. Lucius. ff. de admi. tut. Et multi tenent, vt Ale. in dict. l.si finita. §. Iulianus. quod tale statutū non valeat, quia in fraudem vsurarum. Sed de Bal. ibi non faciunt mentionem.

XIX.

1 *Testamentum si quis desinat possidere, an incidat in legem Corneliam de falsis?*

1 QVærō vtrum ille, qui desinit possidere testamentū, incidat in legem Corneliam de falsis? Respondeo q̄ non, vt est casus, quem nescio alibi in l.3.§.& posse. ff. de tabul. exhiben. Videtur tamen ibi iurisconsultus velle, q̄ quis testamentum alicui. Secundo, si quis testamentum celat tantum. Tamen in hoc est aduertendum, quia non sufficit vni. vel duabus personis celare, Sed ille punitur, q̄ celat testamentum quo ad omnes, vt nemo possit habere,& ille incidit in legem Corneliam de falsis. Sed ille qui respectu vnius celat, non punitur lege Cornelia de falsis.

ADDITIO.

Adde Bald. in l. Paulus. ff. de solutio.& cum Bar. hic transit Bal. in l. fin. in vltim. colum. C. de eden. dicens hęc verba esse multum notabilia. Et adde quod legitur,& notatur in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. Et nota quod si probo quod tu subtraxisti mihi instrumentum venditionis facta per te in me, ista probatio facit plenam fidem contra te pro me. l.si de possessione, vbi vide de materia. C. de probatio.

XX.

1 *Exactio an differatur per adiectionem instantis temporis?*
2 *Iudex si statuat terminum pro hodie partibus ad audiendū sententiam, an debeat expectare vltimum finem diei ad ferendam sententiam?*

1 ADiectio tinstantis temporis exactionem non differat casus est notabilis, & singularis in l. liber homo. §. decem hodie. ff. de verb. oblig. per quam quæstio, & disputata per quendam magnum doctorem. Dixit iudex parti
2 quod hodie esset ad audiendam sententiam, quæritur an iudex debeat expectare vltimum finem diei ad dandum sententiam? Et determinauit per istam legem, quod non. Istud non placet, nam si bene respicis illum tex. ideo hęc adiectio. Hodie, nō differt executionem, quia istud hodie

videtur adiectum, vt denotetur tempus ipsum, in quo fit promissio. q.d. illa est dies in qua promitto, vt ibi in fine aperte dicitur. Sed si apponeretur solutioni, vt promittis dare decem, quæ solues hodie, tunc nullum esset dubium quod deberet expectari tota dies, vt patet ibi in tex. Nunc in q. proposita, si intelligeres sic statuto terminum hodie ad audiendam sententiam, hoc est, hæc est dies, in qua statuo terminum, tunc terminus esset incertus, & sic nō valeret, vt l. aut qui aliter §. 1. ff. quod vi aut clam. & sententia nulla. Sed si intelligas, statuo terminū hodie, hoc est, hodierna dies tibi statuitur pro termino, tūc iudex debet eū expectare vsque ad vltimam horam diei iudicialis, hoc est vsque ad vesperas. vt §. sedebunt. in aut. de iudicib. Et no. Insti. de verb. ob ig. §. omnis vel vsque ad tenebras, vt c. consuluit. de officio delegati.

XXI.

1 *Alienatio rerum an veniat in generali mandato reipublicæ?*
2 *Solennitates multæ requiruntur in vendendis rebus ciuitatis.*
3 *Alienatio rerum ciuitatis, qua cautela, seu consilio possit tuto ab eius syndico, vel procuratore celebrari.*
4 *Statutum factum ab aliqua ciuitate causa alienationis faciendæ alicui Tyranno, est nullum, & alienatio potest cum secutis reuocari, quasi facta iusto metu.*

1 IN mandato † generali reipublicę non venit rerum suarū alienatio, quod est verum nisi lege municipali aliud caueatur, hic est valde singularis tex. & menti tenendus in
2 l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. Per hoc consiliū habes cum in vendendis rebus ciuitatum requirantur multæ solennitates vt l. vlt. C. de vend. rer. ciui. lib. 10. est
3 tale remedium, & consilium, Quod facias † quod ciuitas primo faciat statutum de hoc, & facto statuto poteris vendere secundum formam statuti. casus est no. in d. §. plane. ibi, hoc ita verum est si modo &c. Puto tamen quod si ali
4 qua respublica faceret aliquod statutum causa alienationis faciendæ alicui Tyranno, quod ista alienatio, & omnia quæ facta essent possint reuocari, quasi facta iusto metu. l. 1. §. quę onerandæ. vers. & in summa. ff. quar. rer. act. non det. facit quod dixi in l. creditor. in prin. ff. de solutio.

ADDITIO.

Iste §. plane. est singularis & menti tenēdus, quem. §. allegat Bal. in l. ciuitas. ff. si cer. pet. & vide eundem Bar. in l. principalibus. ff. eo. titu. & Cin. & Bar. in l. prętes. C. de transactio. Et in l. item magistri. ff. de pact. post glo. Idem notat Bar. in l. 1. in prin. ff. de iusti. & iure. & vide Bar. in rubr. C. de contrah. empt. in 3. q. Et per istum tex. dicit Bal. in c. 1. in §. iniuria. de pac. iura. firm. quod Anciani non possunt remittere iniuriam factam ciuitati, sed requiritur concilium ciuitatis. Et ita etiam tenet Bar. in l. ambitiosa. ff. de decre. ob ordi. facien. Adde quod consuluit Paul. de Cast. in consi. vlt. Et de remedio & consilio hic tradito, vide eūdem Bar. in l. 1. ff. ne quid in loc. pub. Sed pone quod facto statuto de quo hic, commune Perusij vendidit fructus lacus per quinquennium, postea de plenitudine potestatis aufert emptoribus. Dic quod emptores contra communē potuerunt agere ad interesse. Similiter dico, quod si Papa contulit mihi aliquod beneficium, demum de plenitudine potestatis illud dedit alteri, quod mihi tenebitur prouidere de alio simili, quod est notatu dignum secūdū Bal. pro gl. ibi. in cap. 1. ad hoc vers. si vero. de pace iu. fir. & ad hoc vide quę notantur in l. digna vox. per Cyn. & Bar. C. de leg. cum simil. Et quod hic de Tyranno dicit, idem tradit Bar. in tracta. de Tyrannide, & plene Bal. in l. decernimus. C. de sacro. eccle.

XXII.

1 *Citatio continere debet actum, ad quem quis citatur, & si aliquis citetur ad vnum actum, si ille actus aliter agatur vel qualitate, vel in substantia, quam fuerit dictum in citatione, videtur factus parte non citata & clam.*

1 NOta † quod quando aliquis citatur ad aliquem actum si ille actus aliter agitur vel in qualitate, vel in substātia, quam fuerit dictum in citatione, videtur factus parte non citata, & clam. casus est in l. aut qui aliter. in princ. ff. quod vi aut clam. quæ lex deberet scribi literis aureis.

ADDITIO.

Vide Feli. in c. 1. colum. 10. in fi. in ver. nota etiam quod citatio. extra de iudic. & Abb. in consi. 33. volum. 1. Et Feli. in c. quia iudicante. col. 1. de præscri. & Bar. consi. 151. & Barba. consi. 32. volum. 2. & Imo. consi. 97. col. 3. Hoc tamen limitarem nisi pars præsens reperiretur per dicta Feli. in d. c. 1. circa pen. col. in ver. valet iudicium. Et Felin. in cap. consuluit. colum. 3. & seq. de officio deleg. & cap. ad petitionem. col. 7. ad finem, vbi limitat, de accusatio.

XXIII.

1 *Delinquentes si plures sint an vnus conuentus alios liberet.*
2 *Solutione vnius alter non liberatur, quando agitur rei persecutoria.*

1 QVæro vtrum † vnus de pluribus delinquentibus conuentus alium liberet. de hoc est sing. § & dist. actio. quam nescio alibi, in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam. Et ibi intelligit glo. diuersimode. sed Din. notabiliter distinguit, aut delictum est tale, ex quo imponitur mera pœna ex parte agentis & conuenti, & tunc deliquit vna familia, vel vnum collegium, vel vna vniuersitas, & tunc vnius solutio liberat alios, & perinde est ac si vnus deliquisset. vt ff. si fa. fur. fecit. dica. per totum. Aut diuersis nominibus distinguūtur, nec sunt de eadem domo seu familia, & tunc siue fecerunt communicato consilio seu proprio motu quælibet tenetur in solidum, nec vnus soluendo liberat alium. ff. de fur. l. vulgaris. §. si duo. & l. si quis id. §. si plures. ff. de iurisd. om. iud. Et l. item Mela. §. si plures. ff. ad legem Aqui. Ista sunt verba Din. Ego de hoc dixi ff. si famil. furt. fecit. dica. l. quoties. & tetigi etiam in l. si plures. ff. arbor. fur. cæsar. Si vero delictum est tale, cuius ratione pœna imponitur ex parte rei, ex parte vero actoris est interesse, vt in casu dictæ l. semper. §. si in sepulchro. tunc, aut omnes deliquerunt communicato cōsilio, & tunc vnius conuentio alterum liberat. ita dicit Din. Tu dic secundum Iacobum de Arena. quod vnius conuentio alterum liberat de rigore, vt in d. §. si in sepulchro. Sed de equitate nō liberaretur conuentione, sed perceptione. arg. l. si ex duobus §. 1. ff. de peculio. & l. perception. ff. de his qui deiecer. vel effuder. Si vero deliquerunt quilibet proprio animo, tunc aut concurrūt in idē tempus, & vnius conuentio liberat alium perceptione se
2 cuta, vt l. 1. §. fi. ff. de his qui deiecerunt vel effud. l. 1. §. pē. ff. de eo per quem fact. erit. Si vero diuersis temporibus, tunc vno soluente alius non liberatur. quod patet, quia † vbi agitur rei persecutoria, vno soluente alter non liberatur, vt l. qui rem. §. 1. ff. de furt. Ergo multo magis vbi ex altera parte est pœnalis. facit l. ita vulneratus. in prin. ff. ad legem. Aqui l. ita dicit Din. tene menti hanc distinctionem, quia est notabilis.

ADDITIO.

Adde eundem Bar. in d. l. si quis id quod. ff. de iurisd. om. iud. & in l. ex maleficiis. §. 1. ff. de actio. & obligat. & quod notat Bar. in l. multi. ff. de publi. & vide omnino Inn. declarantem in c. sicut. de homicid. per Din. in re. bona fides. de reg. iur. in 6. & quod notat Bar. in l. quoties. ff. si famili. fur. fecit. dicat. Sed dubitatur an eo casu. quo vnius solutio liberat alium, an soluens possit repetere ab alio, quem liberauit? Glosla in d. l. ex maleficijs. in §. penultimo in ver. agendum. ff. de actio. & obligat. dicit, quod non, si est vere malefactum. Quam gl. simpliciter videtur sequi Bar. in l. 1. §. si plures. ff. de eo per quem fact. erit. & vide Bar. in d. l. quoties. & Bal. in l. 1. C. de condictio. furti. & Bar. in l. et §. item si quis dolo. ff. de petitio. hæredita. Bar. in l. cū duobus. la. 2. in 4. q. ff. de duobus reis. & Bal. in l. 1. in 1. colu. in versi. Sed situ queris. C. si plures vna sententia. & Iaco. Butri. But. in l. si familia. ff. de iurisdictio. om. iudi. & per Cin. in l. fi. in 2. quæst. ff. ne quis eum. per Roma. in l. hoc edicto. alias est in l. 1. ff. de eo per quem fact. erit. Adde Bal. consi. 239. volu. 3.

XXIII.

1 *Exceptio rei iudicatæ non obstat in prosecutis.*

1 VNum † volo quod notes, quod in non prosecutis non obstat exceptio rei iudicatæ, glosl. in l. & an eandem in §. actiones. ff. de exceptio. rei iudica. Quod in effectu est verum quando quis non est prosecutus ignoranter, secus si ex certa scientia, & malitiose, vt l. de rebus. ff. de arbit. & nescio alibi istum casum.

ADDITIO

Vide Ang. in l. tres fratres. ff. de pactis. Moder. in c. pen. de exceptio. faciunt festum de isto dicto, & ibi etiam allegant aliud notabile dictum Bar. in l. 1. C. de ordi. iudic. per te. in l. duobus. ff. de exceptio. rei iudica.

XXV.

1 *Venditio rei facta in ludo an valeat?*

1 SIngularis † casus est in l. fi. §. si in alea. ff. quarum rerum actio non datur. vbi plenam habes doctrinam iuncta, glo. an & quando venditio rei facta in ludo valeat, de quo ego dixi post glo. in l. si quis cum sciret. ff. pro emptor. & in d. §. fi in alea.

XXVI.

1 *Fideiussor potest accedere obligationi operarum.*

1 OBligationi † operarum potest accedere fideiussor in ea actiue, & passiue possunt duo rei constitui. iste est singularis text. in l. nemo est qui nesciat. in princip. ff. de duobus reis.

ADDITIO.

Vide ibi late Modernos Ferrarienses, videlicet Ronchegal. qui diffuse insistit.

XXVII.

1 *Responso an dicatur facta incontinenti si interrogatus in instrumento dicat, facias scribi, deinde respondeo.*

1 QVæro † quid si in instrumento interrogas me, & dico facias scribi, deinde respondeo, an videar incontinē ti respondere? Et gl. dicit quod incontinenti videor respōdere in l. duos. §. 1. ff. de duob. reis, quam tene menti, quia singularis est.

ADDITIO.

Hanc glo. notanter allegat Bal. in l. in bonæ fidei. in 1. col. C° de pact. & vide ibi per Salicetum plenius ad dicta per Bar° in repe. & Rochegal. in d. l. duos. §. 1. qui egregie loquitur.

XXVIII.

1 *Cessio facta vni ex reis debendi quando prosit, vel noceat alteri?*

1 CEssio si fiat reo debendi contra quem fit consentiente eo, & tunc est idem, quod in delegatione dicitur, scilicet, quod idem est per omnia quod est in vera solutione & acceptilatione, vt l. si rem. §. si. ibi, vel nuptura ipsa, secundum vnum intellectum. ff. de noua. Aut eo non consentiente, & tunc aut fit correo suo, & iste correus cui cedit ur, ista cessione est liberatus. Casus est singularis. ff. de leg. 2. l. qui duos. Facit ff. de lib. l. l. si quis duos.

ADDITIO.

Adde notata per Ale. post 1mo. ff. de leg. 1. in l. non quocunque. §. qui Caium.

XXIX.

1 *Dominorum nomina propria si in stipulatione communis serui exprimantur vocantur domini in viriles si exprimantur appellatiua, vocantur in dominicas, et quid iuris sit si vtrunque exprimatur?*

1 DOminorum † nomina propria si in stipulatione communis serui exprimātur, vocantur domini in viriles si exprimantur appellatiua, vocantur in dominicas, sed si vtrunque exprimatur, in dubio inspicitur quod præcedit. Ista est singularis lex in l. si communis seruus ita in princi. ff. de stip. ser.

ADDITIO.

Ibi, inspicitur quod præcedit quæ sit ratio, vide Bald. in l. fin. in antepenult. col. C. de condit. insert.

XXX.

1 *Fideiussor de iudicio sisti an teneatur post sententiam?*

1 FIdeiussor de iudicio sisti nō tenetur post tententiam. Hic est casus, qui non bene reperitur alibi, in l. Grecè. §. & post. de fideiuss.

ADDITIO.

Adde similem casum in l. 1. in prin. ff. si ex noxali causa agatur. iuncta gl. parua, in verbo, iudicium. Et quid in fideiussore de defendendo? Dic idem quod non tenetur post tentiam. l. cum quærebatur. & ibi Bar. in fi. prin. ff. iud. sol. & Pau. de Cast. in d. §. & post. qui dicit, quod qui promittit sistere. Quod est verum etiam si promisisset eum exibere, & parere mandatis Curiæ. vt tenet Bal. in addit. Spe. in titu. de no. ope. nun. in 1. col. licet indecisum relinquat, in l. eum pro quo. ff. de in ius voc. & ibi per Ale. Item hoc est verum, quod talis fideiussor post sententiam non tenetur, nisi promisisset eum repræsentare toties quoties Curiæ videbitur. de quo in l. si quis. ff. de custo. reo. & notatur in l. 2. §. fi. & ibi Ale. ff. qui satisd. cog. Et pro limitatione vide Felinum in c. in nomine domini. colum. 2. extra de testibus.

XXXI.

1 *Solum vbi potest repeti vel redditum retineri, talis solutio non parit liberationem.*
2 *Naturalis obligatio, qua quis tenetur ad antidora, impedit repetitionem indebiti soluti.*
3 *Obligatio continens incertum est inefficax.*

1 SOlutum † vbi potest repeti, vel redditum retineri, talis solutio non parit liberationem. Iste est casus qui nō reperitur alibi ita bene in l. si testamento. §. 1. versic. propterea quod creditor. ff. de fideiuss. vbi etiam videtur casus, q
2 naturalis † obligatio qua quis tenetur ad antidora impedit repetitionem indebiti soluti, sed glo. ff. de iusti. & iur. l. ex hoc iure. circa finem glosłæ magnæ dicit, quod non impedit semper vt l. si non fortem. §. libertus. ff. de cōd. indebi. q. d. regulariter impedit, casualiter non. Sed certe in d. §. libertus. illa naturalis erat re facta ad præstandam necessitatem, secundum gl. ibi poi tam. Vnde circa hoc sic dicas, Aut talis obligatio est redacta ad necessitatem. & tūc aut talis obligatio est redacta ad necessitatem per ius civile, & tunc aut talis obligatio respicit præstationem certę rei, vel facti, & est liberatus qui naturaliter tenetur ad operas obsequiales, & isto casu impedit vt d. §. libertus. secundum alios qui intelligunt quod ibi operæ obsequiales erant omnino indebitæ, nam si essent debitæ, frustra tractaretur de conditione indebiti. Facit. ff. de cond. indeb. l. cum his. §. penul. prout loquitur ibi in matre. Pro hoc, quasi naturalis procedit ab ipsa natura, quæ fortior est, adeo quod pacto tolli non potest, vt l. ipra sanguinis. ff. de regulis iuris. & ff. de pactis. l. ius agnationis. Aut nō respicit certam præstationem, sed stat in suo genere, vt bene facienti bene, faciamus, tunc aut indebite soluitur illud idem, vel tantundem, propter quod fuit contracta obligatio naturalis, & impeditur repetitio, vt c. §. ex duobus. ve. propterea quod creditor. Aut soluitur aliud, & non impeditur repetitio, quia talis effectus non reperitur in iure. facit l. sed & si lege, §. constituit. ff. de pet. hæred. cum gl. & gl. in d. l.
3 ex hoc. cum enim † obligatio contineat incertum, nō est efficax. l. tritici. m. fi. de verb. obli. & fi. de iure dotium. l. cum pater. §. genet.

XXXII.

1 *Nouatio præcedentis obligationis an fieri possit per alium cõtractum, quam per stipulationem?*

1 QVæro an per alium contractum possit fieri nouatio præcedentis obligationis, quam per stipulationem? Et videtur quod non, per l.item illa.in fin.ff.de constitu.pecu.vbi interuentu nouæ personæ instituto, non fit nouatio. Contrarium ego dico, & do textum quem nescio alibi in l.si mandato meo §.fin.ff.mandati. Tamen hic est plus, quia per stipulationẽ præsumebatur nouatio, in aliis non præsumebatur, nisi hoc ageretur.in d.l.item illa, in fi. & d.l.si mandato meo.§.fin.

ADDITIO.

Quo nouatio fiat per alium contractum tenet etiam Ludo. Bol.in consi.59.col.2.ver.aditur etiam aliud. & Maria. Socinus in consi.21.col.3.versi.nec obstat si diceretur.

XXXIII.

1 *Exceptio, quæ obstat deleganti, non obstat ei, cui facta est delegatio, nisi contra eum eadem ratio concedendæ exceptionis subsistat.*

2 *Mulier an possit renuntiare beneficio Velleiani?*

3 EXceptio† quę obstat deleganti, non obstat ei cui facta est delegatio, nisi contra eum eadem ratio.conceden dæ exceptionis subsistat. Iste est notabilis tex.in l.doli mali.ff.de nouat.in ver.diuersum est si iam excesserit, quem
2 non habes alibi ita expssum. Per quem† dicunt doctores vltramontani, quod mulier non potest renuntiare beneficio Velleiani, nam eodem modo, quo decipitur intercedendo, eodem modo decipitur renuntiando, licet gloss. in d.l.doli mali.dicat contrarium, & consuetudo ita se habeat. Sed credo quod vltramontani dicant verum de iure per d.l.doli mali.de quo per Cinum.C.de episcopis.& clericis.l.si quis in conscribendo.& in l.vltim. ad Velleianũ.

ADDITIO.

An & quando exceptio authoris noceat successori quoad agẽdum? vide gl.no.& ibi Bal.in l.vitia.C.de acqui.pos.Et an mulier possit renuntiare beneficio Velleiani, & minor beneficio restitutionis? vide notata per gl.in cap.si diligenti. de foro compe. Et adde quod per d.ver.diuersum.notabiliter dicit Bar.in h.§.pe.ff.de condictio.indebi. Et vide ad materiam Io.And.in add.Spec.in titu.de resti.in integ.§. qualiter.ver.sed nunquid minor. & Io.And.in c.cum dilecti.de emptio.& vend.& idem Bar.in l.cum minor.ff.rẽ rat.hab. Communis opinio est quod possit renũtiare Velleiano. Ita Barto.in l.2.circa fin.ff.de fideiuss. Et adde Ioan. And.in addit.ad Specu.in titu.de renuntiatio.§.1.versicu. cui autem iuri.

XXXIIII.

1 *Soluens an possit dicere legem, quam ipse vult soluendo?*

1 SOluens† potest dicere legem quam vult circa electionem causæ, in quam soluit, aliam vero legem non posse dicere, si soluit debitum ciuiliter & naturaliter. vt notatur in l.traditionibus.C.de pactis.& notat glo.in l.1.ff.de solutionibus. quam tene menti, quia singularis est glossa.

XXXIV.

1 *Fideiussor si debitori succedat, omnis obligatio fideiussoria extinguitur, secus est in pignore.*

1 SI fideiussor† debitori succedat, omnis obligat. in fideiussoria extinguitur, secus est in pignore. text. est in le. cum quis.§.fi.ff.de sol. Quæro rationem diuersitatis inter primum casum, & secundum. Dicit gl.in d.§.fi. quod ratio est, quia hypotheca habet suas conditiones, vt duret, donec debitum sit solutum, vel alias satisfactum, vt l.grege. §.etiã.ff.de pignor. Pro hoc optime facit. l.debitor.in prin. ff.ad Trebellia. & l.ex sextante.§.Latinus.ff. de exceptio. rei iudic. Istas autem conditiones non habet fideiussor. Et hæc est vna ratio. Item pignus potest retineri ob pecuniã chirographariam. vt l.1.C.etiam ob chirogra.pec. multo magis poterit retineri hoc casu. Quæ ratio cessat in fideiussore. Sed ratio ista procedit quando pignus est constitutum traditione. Sed prima ratio est magis generalis.

XXXVI.

1 *Contestatio litis tollit facultatẽ soluendi circa rem adiectam ad solutionem, & circa personam.*

1 COntestatio† litis tollit facultatem soluendi circa rem adiectam ad solutionem, & circa personã. hoc dicit lex notabilis, cui nescirem dare concordantem in l.si quis stipulatus.ff.de solu. Et hoc nescio alibi licet glo.ibi alleget pro concor. quasdam leges, quę vere sunt contrariæ, non concordantes. Bar.

ADDITIO.

Vide Bal.in l.si quando.§.1.in fi.ff.de legat.1. & in l.stipulationes non diuiduntur. & in l.insulam.ff.de verb.obli.

XXXVII.

1 *Stipulatio conditionalis animo nouandi non tollit effectum moræ, si res erat præsens, alias secus.*

1 PStipulatio† conditionalis animo nouandi non tollit effectum moræ, si res erat præsens, alias secus. te. est quę forte alibi non habes, in l.qui decem.§.si cum mihi.ff.de solutio.

ADDITIO.

Adde quod stipulatio etiam nulla sequens purgat morã præcedentem, vt per Ale. post † mo. in l.scire debemus.§.fin. vbi Raphael no.ff.de verb.obli. & vide limitationem per Ang.in l.si seruum.§.fi.ff.de verb.oblig. quem textum dicit ibi singularem.

XXXVIII.

1 *Delegatio tutoris liberat debitorem pupilli ita demum, si fuerit facta bona fide.*

1 DElegatio† tutoris liberat debitorem pupilli ita demũ, si fuerit facta bona fide. De hoc est bona lex, cuius principium est singular, & nescio alibi in l.pupilli. in prin. ff.de solu.

XXXIX.

1 *Euictare pro alio debito in solutum data, prima actione agitur, nisi dolus creditori imputari possit.*

2 *Debitor vt liberetur sufficit rem perfecte solutam ex. post facto creditoris fieri.*

1 EVicta re† pro alio debito in solutum data, prima actione agitur, nisi dolus creditori imputetur. Item ad liberationem† sufficit rem perfecte solutam ex post facto creditoris fieri, lex est cuius principium est multum singulare in l.qui res.in prin.ff.de solu.

XL.

1 *Fideiussor acceptus in causa principalis, non tenetur in eo, quod iudicatur in causa appellationis, nisi aliud actũ sit.*

1 FIdeiussor† acceptus in prima causa, non tenetur in eo, quod iudicatur in causa appellationis, nisi aliud actum sit. Ista est notabilis lex quam ego habeo pro singulari in l.cum apud.in princ.ff.rem rat.habe.

ADDITIO.

Adde quod illa lex secundum Bal.in l.fina.in 10.quæsti.C. de contrahen.empt. non procedit in iudice, coram quo petita esset reductio ad arbitrium boni viri. Et etiam pro intellectu illius legis vide Spe.in titu.de offic. deleg.§.fi. ver.sed quæritur. & in titu.de accus.§.quando autem.& canonistas in c.querelam.de elect. & in c.causam quæ. de testibus, & vide Bal.in l.iulianus.ff.qui satisd.cog. quil dixit, quod etiam si fideiussor iurasset, non tenetur in causa appellationis, simpliciter confirmauit sententiam primam & tunc tenetur, aut addidit, & tunc non tenetur. Quod est vtile scire in causa criminali, quando in ea datur fideiussor. Bartol.

XLI.

1 *Defensor ex necessitate potest exceptionem ex sua persona competentem oponere.*

2 *Coniunctus*

2 *Coniunctus, qui rem tertio vendidit, scis ab alio venditoris coniuncto super re illa conueniatur, potest petere super illa quæstione fieri compromissum, vigore statuti loquentis de quæstionibus compromittendis inter coniunctos.*

1 DEfensor† ex necessitate potest exceptionem ex sua persona competentem opponere. Hic est multum singularis.§.in l.procurator.§.si procurator.ff. rem rat.hab.
2 per quem ego determinaui, quod si coniunctus† meus petit rem ab extraneo, cui ego vendidi, & cui de euictione teneor, quod ego comparens possum petere, quod fiat cõ promissum ex vigore statuti loquentis de quæstionibus compromittendis inter coniunctos. Sed in contrariũ fortiter facit l.venditor.ff.de iud. Quod dic, vt in disputatione mea incipiente, consilium ciuitatis Pisanæ decreuit.

ADDITIO.

Vide quod notabiliter dixit Bal.in l.quoties.ad fi.C.de pre. Imp.off.& in l.tam mandatori.col.5.C. de non numera. pec. Et quis dicatur defensor ex necessitate, vide Bal.in l. 2.C.de pactis. Et ad quæstionem de coniuncto vide Bal. in l.1.C.vbi in rem actio.& in l.emptori.C.de eui.& Bar. in l.venditor.ff.de iud. Pet.de Anch.in c.significasti.extra, de foro competenti.

XLII.

1 *Stipulatio amplius nõ peti, ex quibus actionibus, cõmittatur?*

1 PEtitio cum† contestatione, solutionis receptio, & compositio, stipulationem amplius non peti committi faciunt, secus, si neutrum horum interuenerit. Iste est tex. valde solennis, & multum singularis in l.amplius non peti.in prin.ff.rem rat.habe.

XLIII.

1 *Debitor, qui rem domino debitam, tertio soluit, dolo & fraude recipientis, contra eũ actionẽ furti habet, non dominus.*

1 SI debitor† soluerit rem debitam non domino sed alteri tertio, dolo & fraude tertij, in re committitur furtum, & actionem furti habet debitor, non dominus rei. l.si quis vxori.§.apud Labeonem.ff.de fur. qui §.est singularis nec reperitur alibi.

XLIIII.

1 *Carcerum custos qui permittit carceratum ex carcere exire mandato Rectoris, an teneatur?*

1 CVstodes† carcerum qui permittitunt aliquis exire de mandato rectoris, non tenentur, sed tenetur rector, cuius mandato dimittitur. Bonus est casus, & singularis in l.si quis vxori.§.si fugitiuum.ff.de furtis.

XLV.

1 *Raptor an teneatur actione furti?*

1 SI quis† ex domo, in qua nemo erat, rapuerit, actione de bonis raptis in quadruplum conuenitur, actione furti sublata. Textus est singularis, qui non habet concordantẽ in l.si quis ex domo.ff.de furtis, qui ita in terminis disponit. Tene menti. Bar.

ADDITIO.

Hic habes argumentum an robaria possit fieri absenti. Ad quam legẽ se remittit Bal.in c.1.§.si duo.de pace tenenda. & in l.si quis in tantam.in 8.colum.C.vnde vi. & Bald.in l.1.vi bo.rap. Et hanc legem allegat glo.Ba.in l.infamem. in prin.de pub.iud. Et faciunt quæ habentur infra singu. 48.incip. Quæro an raptor.

XLVI.

1 *Creditor qui rem sibi pignoratam aufert, non videtur rem contrectare sed pignori suo incumbere.*

1 CReditor† cum rem sibi pignoratam aufert, nõ videtur eam contrectare, sed potius videtur pignori suo incũbere. Textus est multum notandus in l.cum creditor.ff. de furtis.

ADDITIO.

Vide omnino Bar.in l.3.in prin.in lectura.C.de pign.

XLVII.

1 *Culpa leuissima venit in actione depositi contraria, quæ datur depositario contra dominum.*

1 IN actione† depositi contraria quæ datur depositario cõtra dominum, venit leuissima culpa, Textus est in l.1. seruus communis.§.quod vero ad mandati.ff.de furtis.

XLVIII.

1 *Raptor an dicatur fur manifestus.*

1 QVæro an raptor† dicatur fur manifestus? Dicunt quidam quod sic, quia publice & manifeste rapit. Veritas est in contrariũ, quia ad hoc vt quis sit fur manifestus requiritur quod reprehendatur, vel post eum clametur, nec sufficit sola visio, vt ff.de furtis.l.3.& l.si quis in seruitute. Vnde raptor ita demum erit fur manifestus, si cõtra eum clametur, vel occurratur.

ADDITIO.

Vide aliqua supra sing.45. incip.si quis ex domo.

XLIX.

1 *Verberatus licet quis actu non fuerit, si tamen manu eleuata quis in eum comminatus fuerit. potest contra eum agere actione iniuriarum quasi verberatus.*

1 SI quis† non fuerit actu verberatus, sed tantum manu eleuata in eum comminatus fuerit sępius, & ex hoc attonitus & perterritus fuerit. is potest agere actione iniuriarum quasi vapulatus. Textus est in l.itẽ apud Labeonem.§.si quis pulsatus.ff.de iniurijs. quem tene mẽti, quia nescirem forte tibi dare concordantiam.

ADDITIO.

Pro declaratione vide aliquid per Cæpol.consili.cri.72.& pulchre Bar.consi.106.& Felin.in c.cum te.colum.9. de re iud.& Ang.in d.§.si quis pulsatus.& Ang.Are.in tractatu maleficiorum, in ver. Admenauit.& Alexa.in addit.ad Bar.in l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœnis.

L.

1 *Accusare offensus an compelli possit à iudice?*

2 *Hæres perdit hæreditatem defuncti, si eius mortem nõ vlciscitur.*

3 *Iudex potest te cogere, ne delinquas.*

1 VEllem scire à te, commissum† est maleficium, reus non vult accusare, an iudex possit eum cogere quod accuset? Et Spec. ponit in titu.de accus.§.1. versic. quid si nullus. & ibi videtur dicere quod nõ potest cogere de iure per l.1.C.vt nemo inuitus. Sed dicit quod bene faciet iudex, si cogat. Breuiter dico quod iudex non potest cogere. Casus est in l.in eum.ff.de accus. Fallit vt puto in crimine homicidij, in quo iudex potest cogere accusare. vt l. prætor.§.1.ff.de iniur. secundum lect. Iac.de Aren. & textus est expressus si glo. non destitueret ipsum in l.si homicidii.C.de accus. Item probo per rationem, ego video q̃ lex† punit hæredem si non accusat, quia perdit hæreditatẽ
2 defuncti, si eius mortem non vlciscitur, vt l.1.de his q̃b. vt indi. & p̃ plures ll. illius ti. ergo iudex põt ipsum cogere acculare, ne delinquat. Hinc est, † q̃ si iu. videt q̃ tu vis
3 delinquere, potest te cogere ne delinquas. l.1.in fi.ff.de of. præf.vrb. & l.congruit, ff.de offi. Præsidis. Sed in alijs crimibus non puto, quod quis possit cogi accusare.

LI.

1 *Reus si decedat post latam sententiam condemnatoriam cõtra eum, intra tamen decendium, quod datur ad appellandum, an hæredes eius teneantur ad pœnam?*

POenæ ademptionis bonorũ ex publicis criminibus exceptis Repetundarum, & maiestatis aduersus hęredes non alias transeunt, quam si lis contestata, & cõdemnatio secuta fuerit. ff. de accu. l. ex iudiciorũ. Hoc ita p̃misso q̃ro an dicta pœna sibi locũ obtineat. cõtra hæredes, qũ reus
1 de publico crimine pulsatus post latã sententiã † condemnatoriã cõtra eum intra decem dies, qui dantur ad appellandum

non tamen interpoſita appellatione? Et gl.in d.l.ex iudiciorum,dicit idem eſſe quod eſt,quando lata ſententia eſt appellatum,& pendẽte appellatione decedit reus.Et forte iſta quæſtio non reperitur alibi,& eã ſimpliciter tenet Dinus.Vide ibi gl.quæ incipit,qua ſequuta,ibi idem dicã ſi non eſt appellatum, eſt tamen intra tempus appellandi quod nota,quia ſic alibi non inuenies,ita dicit Dinus.Iac. de Rauẽna eſt in contraria opinione,dicens quod ſi reus decedat interim intra tempus quod datur ad appellandũ. & ipſe non appellat,verificatur principium d.l.ex iudiciorum.quia decedit lite conteſtata,& cõdẽnatione ſequuta. Ad hoc igitur vt hæres hoc beneficium habeat,debet appellare,& appellationem proſequi,vt l.3.C.ſi pend.app.& Cinus hoc refert in l.fina.in 2.q.C.ſi reus vel accuſ.mort. fue.Quod ſatis placet.

ADDITIO.

Nota ad materiam,quod licet reus accuſatus poſt mortem liberetur quod perſonam,vt C.ſi reus vel accuſa. mort. fue. tamẽ ſi hæres voluerit ad purgationẽ defuncti,quod declaretur defunctum nõ commiſiſſe delictum,põt hoc petere,per textum ſingu.in l.filio.§.Seia teſtamento.ff.de adi.leg.ſecundum Bal.in l.1.C.ne ex deli.defun.in 2.3.& 4.colũm.vbi notat gloſſ.in d.l.ex iudiciorum. Quid ſi reus decedat intra tempus appellandi? vide Bal.in d.l.1.in 6.col.C.ne ex defun.& Bar.in l.ſi qua pœna.ff.de verb.ſig. & Bar.& Bal.in l.3 C.ſi pen.app.Ba.Ang.& Imo.in l.qui à latronibus.§.1.ff.de teſta.& Bald.in l.ſi quis filio.§.ſi cũ.ff. de iniuſt.& Imo.in l.defuncto.ff.de pub.iud.& Ang.Are. in tract.maleſi. in vltim.verbo.& gl.in d.l.ex iudiciorum approbat Sali.in l.ſi.E.ſi reus vel accuſ.Quomodo autem formetur ſententia mortuo reo,ſeu quomodo,aut quibus verbis vtetur hæres pro defenſione? vide Bal.in d.l.1.in 6. col.C.ne ex delic.defun.& quod habetur per Docto.in l. nulli.ff.de procur.

LII.

1 *Damnatus in metallum ad tempus,intelligitur de decennio. & quid ſi ſimpliciter ſit damnatus?*

1 DAmnatus in metallum ad tempus,intelligitur de decennio. Si autem eſt damnatus ſimpliciter intelligitur perpetuo. De hoc eſt tex.notabilis & ſingularis,& forte non reperies ſibi concordantem in l.fine præfinito tempore.ff.de pœnis.

ADDITIO.

Iſta eſt ſingularis,nam habemus alibi,quod vbi lex dicit,in diebus illis,intelligitur de duobus.vt in l.inter illam.§.1.ff. de verbor.oblig.Et notat gl.in l.eum qui Calendis.ff.e.ti. Vide Bar.in l.ſi quis adulterium.§.1.ff.de adulterijs. Item dum lex dicit.De tribus terminis,intelligitur de tribus annis tantum,vt eſt caſus,& ibi notat Bar.in l.3.§.ſed ſi ita. ff.de ann.leg.Idem vbi lex dicit,Per tempora,intelligitur de duobus annis,vt notat gl.iuncto tex.& ibi Bal.in l.vſura per tempora.C.de vſuris.Quod non puto verum per d.l.ſine præfinito & per glo.ibi in ſecunda ſolutione, quæ hoc ſentit.Sed contra d.l.ſine præfinito.videtur tex.in l. quod ſi nolit.§.ſi quis ita.ff.de ædil.edict.vbi in dubio intelligitur de duobus.De quo dic vt ibi per Ale.in apoſtil. ad Bar.Item d.l.ſine præfinito.limita non habere locũ in interlocutoria per l.fi.in prin.ff.de pœnis.& habetur in l. 1.C.de poſtu.Quid ſi lex dicat,Non multum tẽpus? Certe intelligitur per ſex menſes,vt in l.excipiuntur.ſecundũ vnum intellectum.ff.ad Silla.Vide Barto.omnino in d.l.ſi adulterium.§.1.ff.de adulterijs.& Bal.dicit, quod non eſt alibi in l.1.C.de poſtu.

LIII.

1 *Bannitus non poteſt ſepeliri in ciuitate à qua eſt exbannitus.*

1 QVi in vita non poteſt morari in ciuitate, poſt mortem non poteſt reduci ad ciuitatem ad ſepulturam Habes tex.in l.ſi quis in inſulam.ff.de cadauer. punit. quã legem nota,quia forte non reperies alibi.

ADDITIO.

Ad illum tex.vide notata in l.1.C.ne ex deli.defun.& quæ ponit Bal.in l.fi.& ibi in apoſtil.ff.ad leg.Iuliam maieſt.Et ſi quis vulnerat,vel ſpoliat mortuum, an dicatur eum offendere? vide Bal.in l.ſororem.C.de his quib.vt indig.in fi.& ſequitur Pet.de Anc.in clem.1.de pœnit.& remi.Et quid ſi aliquis ſepelit mortuum excommunicatum,an dicatur cum eo communicare,ita quod cadat in excommunicationem.vide gl.quod ſic in c.ad hoc.de priuilegijs & Ro. ſing.709.nu.2.

LIIII.

1 *Accuſatus de crimine an poſsit habere honores?*

1 ACcuſatus an poſsit habere honores,eſt tex.in l.reus. ff.de mun.& hono.qui dicit quod reus accuſatus non poteſt habere honores.Et dicit Dinus,quod ille caſus alibi non reperitur.Quid autem ſi crimen illi infligatur ꝓ modũ exceptionis,denuntiationis, vel inquiſitionis, vide per Inno.extra de accuſ.c.accedẽs.& plenius per eum extra de ſimo.cap.accuſatum.

LV.

1 *Iudicis officio ſubuenitur ei habet vſum ſeruitutis non ius ſeruitutis,ſi impediatur.*

1 VBicunque quis habet vſum alicuius ſeruitutis non ius ſeruitutis,ſubuenitur ſibi per officium iudicis ſi impediatur.l.de vſu.ff.de var.& extraord.cogni. quæ lex eſt ſingularis,& eam legit Rofre.in libellis,in tit.de offi. iudic.

ADDITIO.

Vide Spec.in titu.de offi.iud.§.1.ver.item implora.

LVI.

1 *Officium iudicis datur contra medicum aliquid dolo male ab ægroto extorquentem,& quare.*

1 OFficium iudicis datur contra medicum qui malam medicinam dedit in firmo,ſcilicet,ſi ab eo extorqueret agros ſuos,& ſic extorſit.l.medicus.ff.de vr.& extraord.cog.quæ lex eſt ſingularis.de quo habes per Rofre. in libello, ſuper rub.de offi.iud.quod datur contra medicum.Et aduerte quare ſit introductum,hoc ideo,qa actio quod metus cauſa non habebat locum,nam hic non inferebatur metus mortis,vel cruciatus corporis ſed putabatur,& æger promittens non promittebat metu quem crederet ſibi illatum ab illo,ſed propter voluntatem euadendi,Item officium iudicis de quo loquitur l.1.§. quæ onerandæ.ff.qua.re.act.non datur.ideo non habet locum, qa æger non promittebat propter reuerentiam,quam habet ad medicum,ſed propter ſanitatem,quam ſperabat ab eo habere.Et ſic fuit æquum ſibi ſubueniri ſpeciali priuilegio per illam legem.

ADDITIO.

Vide Bal.in l.interpoſitas.C.de tranſac. Et quando debeat ſolui ſalarium medico? vide in l.Arch.& ibi Bartol.C.de profeſ.& medi.lib.11.

LVII.

1 *Tutor an ſuccedat pupillo nullis extantibus agnatis excluſo fiſco?*
2 *Tutor habet ius in perſonam pupilli.*
3 *Societas habet ius in ſuum collegiatum,& ſocius ſuccedit alij de ſocietate.*
4 *Patronus ſuccedit liberto,& quare.*

1 NOta gloſſ.in l.quo tutela.ff.de regu.iur. in fin. quam Dinus dicit alibi non reperiri,quæ dicit tutorẽ ſuccedere pupillo nullis extantibus agnatis,excluſo fiſco. Sed credo gloſſ.non bene dicere per.l nutritoribus.C.cõmu.de ſucceſ.& de infan.expo.l.fina. Nec obſtat quod dicitur,tutor habet ius in perſonam pupilli,quia illud nõ ſequitur,cũ ciuitas habeat ius in ciue ſuo,vt l.1.§.per hãc. ff.de rei ven.& tñ ei non ſuccedit.vt l.1.C.de bo.va.li.10.

3 Nõ obſtat ꝙ dicitur ſocietatẽ habere eius in ſuũ collegiatũ.vtl.vl.C.de iur.om.iu.& ꝙ ſocius ſuccedit alii de ſocietate,vt l.3.& l.fi.C.de hæred.decurionũ.qa illud ẽ ibi cõceſſum 4 per ll.illius tituli.Non obſtat quod dicitur de patrono,qui ſuccedit liberto,quia patronus facit libertum, & ſic eum de nihilo facit aliquid,ſed in tutore non ſic,igitur illa gloſſ.non bene dicit,niſi intelligendo de legitima tutela.

ADDITIO.

Vtrum nullis extantibus propinquis pupillo ſuccedat tutor & excludat fiſcum? gloſ.ſingularis in d.l.quo tutela.tenet quod ſic,quam ſequitur Bal.in l.ſi quis filio.§. eius q. ff. de iniuſt.rup.irri.teſt.Sed Bar.hic tenet contrarium per l.nutritoribus.C.comm.de ſuc.ſed Bal.in d.§.eius.dicit quod illa lex poteſt intelligi in ſimplici nutritore,ſecus vero in nutritore qui fuit tutor.& per Bald.in l.qui cum in eo.in fi.ff.de pact.Et vide Bald.in l.fi.in 5.col.C.vnde legi.& in l.ſi qua.C.ad Orfi.& in dic.l.nutritoribus.& ibi Bar.adde an ſtatutum de ſucceſsione diſponens videatur etiam diſponere de tutela? Bal.in conſi.11.lib.4.

LVIII.

1 *Vendere & vendenti conſentire an paria ſunt quo ad obligãdum quem de euictione?*

1 SI vendam tibi rem aliquam,& euincatur teneor de euictione,etiam ſi non promiſi,vt C.de euict.l.non dubitatur.Si autem vendenti,conſentiã,non teneor de euictione,niſi pretium accipiam.vt ff.de euict.l.quidam.licet ſi pretium non accipiam circa ius meum mihi præiudicetur.vt C.de remi.pig.l.2.Hæc dicit gl.in l.aliud.in prin.ff. de regu.iuris.quam tene mẽti,quia alibi ita clare nõ dicit.

LIX.

1 *Pupillus an & quando obligetur ſine tutore.*

1 PVpillus an & quando obligetur ſine tutore? late tradit glo.in l.pupillus.ff.de reg.iur.quæ eſt melior gl.quam ſit alibi in hac materia.

LX.

1 *Priuilegium pro defuncto impetratum non valet,ſic nec iudicium pro eo ſuſceptum.*

1 PRiuilegidm pro defuncto impetratum non valet, ſic nec iudicium pro eo ſuſceptum.gloſ.eſt in l.Neratius. ff.de regul.iur.quam tene menti vti pleniorem in ſua materia,quam ſit alia.

LXI.

1 *Pater ſi ſtipulatus ſit dotem facto diuortio ſibi dari de filia voluntate,mortua filia ſine liberis,agit pater,vt hæres filiæ,nec alius conſenſus requiritur.*
2 *Velle quis moriendo videtur.*

1 PAter ſi ſtipulatus ſit dotẽ facto diuortio ſibi dari de filię volũtate, mortua filia ſine liberis,agit pater vt hæres filiæ,nec alius cõſenſus requiritur.Hoc dicit gl.ſingularis in l.poſt dotem.in 5.lect.ff.ſolu.matr.Hoc enim ſpecia-
2 le eſt in dote,quia ſi moriẽdo videtur velle ſicut in vltimis voluntatibus.ff.de lega.3.l.fideicommiſſa.§.ſic fidei. & l. vxorem.§.pen.& ar.pro hac ſpecialitate.C. de dot.prom. l.1.& ff.de iure dot.l.cum poſt.§.gener.& ſic ille caſus eſt notabilis & ſingularis.

LXII.

1 *Pater qui dedit dotem filiæ,& pro ea eſt ſtipulatus,an ea mortua ſine liberis ſolus ſuccedat,an vero etiam mater cum fratribus & ſororibus?*

1 PAter dedit dotem filiæ,& ſtipulatus eſt pro filia, quæ eſt mortua ſine liberis,ſucceditne pater ſolus,ꝙ dedit dotẽ,an vero pater & mater cum fratribus & ſororibus? Et fui nuper interogatus de hoc,& eſt caſus in l.quod ſcitis.2.reſponſo.C.de bon.quæ liber.Et dixi quod pater ſolus.Et eſt ibi caſus ſingularis,ita quod non eſt alibi.

ADDITIO.

Adde quod opinionem Bar.ſequitur Roma.conſ.40.& multa ibi adducit,reiecta opinione Bart.in authen.defuncto. C.ad Tertul.

LXIII.

1 *Præiudicialis in rem actio quando & contra quos pro partu agnoſcendo detur.*
2 *Filius ſi prius hæreditatem petat,an ſuper filiationem poſsit impeti,& an illa quæſtio ſit incidenter eo in iudicio examinanda?*

1 SI partus quit ſunt hæres futurus eſt,& in poteſtatem recaſurus,naſcatur conſtante matrimonio,vel eo ſoluto morte viri, auo ſuperſtite, aut ſi dubitetur an mater ſit vxor præiudicialis,in rem redditur,quod non habet locũ
2 cum extraneus ſæpereſt,& ſi tã filio hæreditas petatur,in petitione hæreditatis incidenter examinabitur de filiatione,vel ſi viuo patre reddita ſit præiudicialis in rem actio, & antequam ſententia feratur,pater deceſſerit,ad Carbonianum deuenietur,& hęc inſtantia incœpta cum patre ad hæredem non trãſit.Tex.eſt in l.ſiue eõtra.§.quia Plautianum.ff.de lib.agnoſc.qui eſt §.ſolennis,ſubtilis, & ſingularis,& continet ſeptem reſponſa.

LXIIII.

1 *Pupillo promptius ſubuenitur contra tutorem dolo verſantẽ quam contra magiſtratum.& quare?*

1 PRomptius ſubuenitur pupillo contra tutorem dolo verſantem,quam contra magiſtratum,quia tutor ſpecialiter datur,magiſtratus vero non datur ſpecialiter propter ipſum pupillũ,ſed propter vtilitatem publicam.ideo non ita cõtra eum promptius ſubuenitur,l.1.§.priuilegiũ ff.de magiſt.conuenien.

LXV.

1 *Tutor non habet actionem contra magiſtratum,qui dedit contutorem inſufficientem,licet ipſe tutor pro contutore ſuo pupillo ſatisfecerit.*

1 TVtor non habet actionem contra magiſtratum, qui dedit contutorem non ſufficientem,licet ipſe tutor pro contutore ſuo pupillo,ſatisfecerit.l.proponebatur.ff. de mag.conue.quæ lex non reperitur alibi.

LXVI.

1 *Indicium quid ſit?*
2 *Teſtis familiaris an faciat indicium?*
3 *Probatio plena an ſequatur ex pluribus indicijs.*

1 QVero quid eſt indicium? Glo.in l.cum probatio.C. de proba.tenet quod indicium ſit minus quam ſemiplena probatio.Gl.videtur ſentire contrarium in l.maritus.ff.de quæſt.iuncta gl.in l.1.ff.de teſtibus.quæ dicit ꝙ
2 indicium ſit per teſtem familiarem,& profunt iſta indicia quod ſi eſſent plures teſtes familiares deponẽtes,quod iudex ſequẽdo ipſorum dictum debeat ferre ſententiam,ita
3 quod ex pluribus indicijs ſequatur plena probatio, vt in l.3.§.eiuſdem.ff.de teſtibus.quas gl.teneas cordi,quia non reperitur alibi ſecundum Rayne.in d.l.1.de teſtibus.ſecũdum Nicol.de Nea.in l.2.in prin.col.2.ver.ad declarationem huius gloſſæ.de excu.tut.

LXVII.

1 *Sententia lata contra ius litigatoris non expreſſo errore in ſententia,non valet ipſo iure fauore minoris ætatis.*

1 SEntentia lata contra ius litigatoris,non expreſſo errore in ſententia,non valet ipſo iure fauore minoris ætatis.l.ſcire oportet.§.conſequens.ff. de excu.tut.qui.§.eſt ſingularis ſicut eſt aliquis in mundo in materia ſua,vt ibi dicit Nicol.de Neap.

LXVIII.

LXVIII

1 Tutori in testamento relicto, si quid legetur, an illud habere debeat. si onus tutelæ subire detrectet?

1 QVi tutor in testamento datus est, & ei legatum est, in eodem testamento, perdit legatum, si non vult subire onus tutelæ. Hoc tamen locum habet si legatum est tutori relictum ea contemplatione vt tutelam subeat, & ex quibus hoc apparere possit, te. est in l. Nesennius Apollinaris. §. non semper. ff. de excus. tut. qui secundum Dinũ & Nico. de Neapoli ibi non inuenitur alibi.

LXIX.

1 Pater trium filiorum, quorum postremus est emancipatus, si emancipato tutor decernatur, an ob numerum trium filiorum possit à tutela excusare?

1 PAter si ex tribus filijs vnum habeat emancipatũ eius ętatis, vt curatores accipere debeat, an si dicto eius filio curator decernatur, possit se excusare ob numerũ triũ filiorum? Textus est in l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusa. tut. qui decidit quod sic, licet dicat quod à cura se excusando contra naturales stimulos faciat. qui §. non inuenitur alibi secundum Dinum & Nico. de Neap. ibi.

LXX.

1 Tutor si iussu magistratus præstitit alimenta ex bonis hæreditatis sorori pupilli in testamẽto dotatæ, et p̃ ea præceptoribus mercedes soluit, an teneatur ea pupillo resarcire & ad hoc iudicio tutelæ cogi possit?

1 INstituit hæredem filium, & filiæ meæ ducenta legaui, cum nupserit, & eis pupillis tutorem dedi Sempronii. Is à cognatis, & propinquis pupillæ, productus ad magistratum, iussus fuit alimenta pupillæ, & mercedes, vt liberalibus artibus institueretur, pupillæ nomine præceptoribus dare. Filius vero pubes factus, puberi iam factæ sorori dicta ducenta legati causa soluit. Modo quæritur, an pupillus tutelę iudicio à tutore consequi possit, quod in alimẽta pupillo & mercedes à tutore ex tutela præstitũ est? Et respondet Iulianus quod non in l. qui filium. ff. vbi pupillus educari debeat, qui casus est pulcher, & alibi non inuenitur secundum Ray. & Nico. de Neap. ibi.

LXXI.

1 Tutela datiua cedit & legitima testamentariæ.

1, NOta textum in l. si tutor. §. si duobus. ff. de tut. & ratio. vbi habetur, quod si duobus impuberibus fratribus tutor datus sit, & alter eorum in legitimam tutelã fratris sui perfectę ætatis constituti reciderit, eum qui datus sit tutorẽ esse desinere. Vnde quia desinit tutelæ actione poterit conueniri ex persona impuberis, quia tutela datiua cedit legitimæ, quamuis si testamento datus fuisset, non desineret esse tutor eius qui adhuc erat impubes, qa semper legitima tutela testamentarię cedit. Iste est casus valde notabilis, & non reperitur alibi in dict. l. si tutor. §. si duobus. ideo teneas cordi, vt recte admonet. Nicol. de Neap. ibi.

LXXII.

1 Minores, & furiosi habent priuilegium iuris, & hypothecæ in bonis tutorum, protutorum, & curatorum, & quid de hæredibus pupilli?

1 IN bonis tutorum, protutorum, & curatorum, minores ac furiosi iuris priuilegium consequuntur. l. fi. ff. de tutel. & ratio. distra. Sed quæro, nunquid hæres suus pupilli hoc habeat priuilegium? Glo. notabiliter dicit quod sic, in l. dabimus. ff. de priui. cred. quæ glo. est falsa per l. nõ solum. §. fi. ff. de ritu nuptia. qui casus est pulcherrimus & singularis, licet gl. de hoc titubet in l. ex pluribus. ff. de admi. tuto.

LXXIII.

1 Defendere qui me cœpit vtiliter in iudicio, si sententiam contrariam ferat, an sumptus repetere possit.
2 Gestor voluntarius. expensas non repetit.

1 GLossa est in l. ex parte. in princ. ff. familiæ erciscundæ. quæ non reperitur alibi, quæ dicit, quod si aliqs cœpit me defendere in iudicio vtiliter, licet reportauit sententiam contrariam, tamen potest repetere sumptus.
2 Sed hoc est falsum, quia est gestor voluntarius qui expensas non repetit. l. 3. §. sufficit. ff. de cont. iud. tut. & ibi hoc nota, Nico. de Neap. Pro quo facit l. iam tamen. §. in hac. ff. iudic. sol. & C. mandati. l. etiam. & ibi Pet. tenet illam gl.

LXXIIII.

1 Testamenti actione is conueniri non potest, qui à defuncto gratiatus non probatur. Ex mandato tamen conuenitur.

1 EX testamento non potest conueniri qui à defuncto gratiatus non probatur, sed conuenitur ex mandato quod suscepisse probatur. Hic est singularis & quotidianus casus in l. quidam cum filium. ff. de hæred. instit.

ADDITIO.

Et illum textum dicit singulariter Bar. in ru. C. quę in frau. cred. in. fin. quod restituens hereditatem ex contractu nõ retinet quartam. Et de intellectu illius legis, vide Bart. in l. si filius. in prin. ff. de verb. obl. & in l. nemo põt. ff. de le. j.

LXXV.

1 Disiunctiua accipitur pro coniuncta, si in qualibet parte alternatiuæ mens testatoris non verificatur.

1 SI in qualibet parte alternatiue mens testatoris non verificatur, desiunctiua accipitur pro coniuncta. l. Lucius. ff. de her. instit. quæ lex est singularis, & non habet nisi vnam propriam concordantiam.

ADDITIO.

Concordat. l. generaliter. & ibi Bal. C. de insti. & substitu. in prin. & l. si is qui ducenta, §. vtrum. & ibi Barto. ff. de reb. dub. Ita limitatur l. si hæredi plures. ff. de cond. insti. vbi si plures conditiones alternatiue sint positæ & desiunctiue sufficit vnam impleri. Fallit in istis casibus, scilicet, quando inter plures conditiones esset adiecta vna, quę diceret si decesserit sine liberis, vt clarius probatur in dict. l. generaliter. in prin. Et adde Oldr. consilio 21. in fin. & Alexan. consi. 5. 3. volum. Panor. consi. 40. in 1. dubio. volumine. 1.

LXXVI.

1 Seruus cum libertate à domino sub conditione hæres institutus, non est nouissimus hæres domino, si pendente conditione libertatem aliunde consequatur.

1 STichum seruum. dominus sibi hæredem cum libertate instituit si nauis ex Asia veneret. Et postea dominus fuit occisus, Seruus conditione dictæ institutionis pendente domini necem detexit. vnde prætor decreuit eum libertatem mereri, & ita habet libertatem ex præmio, non ex testamento. Nunquid adueniente conditione, erit necessarius hæres domino, an voluntarius? Et dicitur, quod voluntarius, nam non sufficit mortis tempore quem fuisse seruum vt necessarius hæres domino sit, ante conditionis euentum libertatem à lege cõsequitur. Ista est lex singularis, cum sua gloss. & est determinatio plurium legum in hac materia loquentium in l. testamento domini seruus. ff. de hæredib. instit. nota illũ textũ. Bar.

LXXVIc.

1 Falsa causa vitiat institutionẽ, legata tamẽ firma permanẽt.

Falla

1 FAlsa causa vitiat institutionem, legata tamen firma permanent. l. fi. ff. de hær. instit. quæ est singularis lex, & alibi non reperitur.

ADDITIO.

Istud quod hic dicit de legatis, limita vt per Bar. in l. demonstratio falsa. §. quod autem. ad fi. ff. de condi. & demonst. & Lud. Rom. singulari 255. incip. Item limita legem finalem. Item de materia huius legis vide Soci. in l. conditionibus. ff. de condi. & demon.

LXXVIII.

1 Pupillaris substitutio requirit aditionẽ hæreditatis, & quid de vulgari tacita, quæ continetur sub ea?
2 Fideicommissaria aliquando trahitur ad directam.
3 Expresso vitiato quando vitietur tacitum?
4 Intellectus lapud Iulianum. §. idem Iulianus. & lita tamen: §. à patre. ff. ad Trebel.

1 LIcet pupillaris requirat aditionem hæreditatis, tamẽ vulgaris tacita quæ continetur sub ea, hoc non requirit, sed potest ab ea incipere. De hoc est textus in l. neque enim. §. fi. ff. de mil. test. & dico ibi esse casum. nam ibi sub expressa fideicommissaria continetur vulgaris tacita, & tamen licet fideicommissaria requirat aditionem hæreditatis, & habeat testamentum, non posset assumere vires. vt l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Trebell. tamen illa tacita vulgaris non requirit aditionẽ, vt ibi patet. Nec dicat aliquis ibi speciale est, quia fateor quod ibi
2 est speciale in hoc, quod fideicommissaria trahatur ad directam, quod nõ reperitur alibi, præterquam in casu illius legis. Sed quod illa tacita vulgaris confirmet testamentũ ex se, in hoc non est speciale, sed ius commune, vt ibi patet in textu. Et hoc videtur tenere glos. in l. lex Cornelia. ff. de vul. & pup. & ff. de vent. insp. l. pen. Nec obstat quod
3 viciato expresso vitiatur & tacitum, quia illud verum est quando tacitum habet se ad expressum vt accessorium, sed secus si vtrunque pariter est principale. l. si fideiusſor.
4 in prin. & ibi dixi. ff. de leg. 1. Non obstat l. apud Iulianũ. §. idem Iulianus ff. ad Treb. quia ibi requiritur aditio ad confirmandas tabulas pupillares. quod apparet, quia licet textus faciat mẽtionem de secũdis tabulis, dic quod hoc est hodie verum, cum pupillus hoc iure nihil haberet, vt ibi dicit glo. ergo debet intelligi de tacita vulgari. Sed respondeo quod ibi forte habebat bona materna, vel alia bona, quæ post mortem patris acquisierat. Nec obstat. l. ita tamen. §. à patre. ff. ad Treb. quia ibi loquitur in pupillari.

ADDITIO.

Adde solennem tex. secundũ Ale. in l. Antonius. ff. de fideico. lib. Et opin. Bar. sequitur Imola in l. j. ff. de vulg. & pup. referens Ang. hoc in voce tenuisse, quia facta expressione pupillaris verisimile est quod si testator cogitasset pupillũ repudiare, voluisset similiter substitutum admitti. Idem confirmatur per l. si pater. ff. de vul. & pup. intelligendo, quod ibi tractet de tacita vulgari, prout tenet Ia. de Are. & magis communiter alij. Idem tenet Bal. in l. fi. C. de inſtit. & subſt. & ibi ad hoc ponderat gl. fi. Idem Bal. in l. quidam. C. de iure. delib. & in l. tractabatur. ff. de milit. testa. & in l. 1. §. pro secundo. C. de cad. tol. Idem tenuit Oldra. in consi. 20. qui similiter respondet ad dic. §. idem Julian⁹. vt hoc facit Bar. licet Imola hanc solutionem dicat continere diuinationem.

LXXIX.

1 Coniuncti si sint plures ex præsumpta voluntate defuncti vocantur in virilem respectu defuncti, sed inter se in hæreditarias portiones.

1 EX præsumpta voluntate defuncti plures coniuncti, vocantur in virilem respectu vnius defuncti, sed inter se in hæreditarias portiones, vt est casus singu. in l. qui cum plures. ff. de vulg. & pup.

LXXX.

1 Hæres maior repudians hæreditatem, potest indistincte eam adire, si bona sint in suo statu intra triẽnium computandũ à tempore repudiationis. vel intra triennium computandũ à tempore vltimi anni, si fuerit minor.
2 Minor potest restitui de eo, quod gessit intra quadriennium, quod datur ad restitutionem.

1 HAeres suus repudians postea adire potest indistincte hæreditatem, si bona sint in suo statu, & si potest adire intra triennium computandum à tempore repudiationis, si fuerit maior vel intra trienninm computandum à tempore vltimi anni, si fuerit minor. l. si quis suus. ff. de iure delib. & l. fin. C. de repud. hæred. vbi est casus singula-
2 ris, quod potest restitui minor de eo, quod gessit intra quadriennium, quod datur ad restitutionẽ, q̃ est ibi spãle. Regulariter contra, vt l. doli mali. §. diuersum. ff. de noua.

LXXXI.

1 Pater si sit furiosus, filius potest adire hæreditatem sibi relictam, & sibi ipsi quærere sine iussu patris.

1 SI pater est furiosus, filius potest adire hæreditatem si sibi relictam, & sibi quærere sine iussu patris. l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. her.

ADDITIO.

Vide Bar. in l. placet. ff. de acquir. hæred.

LXXXII.

1 Hæredem quem esse velle, quibus modis probetur.
2 Aditio hæreditatis, & repudiatio, eisdem regulis procedit.

1 PLuribus modis probatur quem velle esse hæredem, & velle adire hæreditatem. Probatur enim ex præcedentibus, siue ex inſtantibus. Et quantum sit ad sequentia, hoc probatur, si ille dixerit se velle esse hęredẽ, & post dicta verba prolata concurrerent tres menses. l. fi. §. simile que. C. de iur. deli. vbi est casus sing. Et licet ibi loquatur
2 in repudiatione, tamen idem est in aditione. Eisdem enim regulis procedunt, vt Insti. de hær. qual. & dif. §. sicut autem. & C. de repud. hęred. l. sicut. & plene dixi in l. gerit. colum. 2. versi. ad primum de verbo suspensiuo. ff. de acquir. hæred.

LXXXIII.

1 Fideicommissum potest relinqui à succedentibus ab intestato pupillo, quod expirat pubertate adueniente. Et quæ sit huius ratio?

1 POsset relinquit fideicommissum à succedentibus ab intestato pupillo, quod expirat pubertatem aduenientę. l. quod fideicommissum. ff. de leg. 1. Quæro de ratione? Respondeo, intra tempus pubertatis videntur venientes ab intestato habere ex dispositione defuncti, qui alium poterat substituere, postea videntur habere ex casu, & sic non possunt per fideicommissum grauari. vt l. sed & si sic. §. fin. ff. de leg. 3. Et dicit Dyn. quod dict. l. quod fideicommissum, de quo loquitur l. Scęuola. 1. ff. ad Trebel. non valet post pubertatem, vt ibi.

ADDITIO.

Vide Bal. in l. si arrogator. in 3. oppo. ff. de adopt.

LXXXIIII.

1 Legatum ab vno hærede relictũ animo compensandi cum debito, si deficiat, hæres illius debiti onus sustinet, & debitũ, quod quis insolidum sustinet, in totum computatur in imponenda ratione Falcidiæ.

1 SI legatum ab vno hærede relictum animo compensandi cum debito deficiat, ille hæres illius debiti onus, sustinet, & debitum, quod quis insolidum sustinet, in totum

in totum computat¦in imponenda ratione Falcidiæ.l.cũ ab vno.ff.de leg.2.quę lex eſt ſing.& ideo eam nota.

LXXXV.

1 *Ea quæ quis capit alio hærede exiſtente,non ex vltima voluntate,in fideicommiſſum generale non veniunt.*

1 EA quæ¦quis caperet alio hærede exiſtente,non ex vltima voluntate,in fideicommiſſum generale non veniunt.l.ſequẽs quęſtio.ff.de le.3.vbi eſt caſus multũ ſing.

ADDITIO.

Adde Ang.in l.2.§.filium.in fi.ff.pro hærede.

LXXXVI.

1 *Euictio non debetur in prælegato vni,ſecus ſi pluribus prælegetur.*

1 IN prælegato¦vni non debetur euictio,ſecus ſi pluribus prælegetur.l.cum pater.§.euictis.ff.de leg.2.vbi eſt ſingularis caſus.

LXXXVII.

1 *Legatum vniuerſitatis iuris valet etiam ſi incommodum contineat.*

1 LEgatum¦vniuerſitatis iuris valet, etiam ſi incommodum contineat.l.cum pater.§.menſæ.ff. de legati.2. quem.§.nota.quia habet ſingularem materiam.

LXXXVIII.

1 *Fideicommiſſum relictum ab vno ex hæredibus,qui vltimus deceſſerit,facit videri hæredes inuicem ſubſtitutos*

1 FIdeicommiſſum¦relictum ab vno ex hæred bus, qui vltimus deceſſerit,facit videri heredes inuicem ſubſtitutos.l.Titia.§.Seia libertis.ff.de le.2. vbi eſt ſingu.lex.

ADDITIO.

De intellectu huius.l.vide per Alexa.in l.pater filium.§.fi.ff. ad leg.Falci.& per eundem in l.pe.in 2.colum.C.de impu. & alijs ſubſt.Barb.conſi.13.inferto in conſilijs Alexandri volum.4.in colum.pen.Et vide etiam iſtum text. allegat. per Alexand.in l.cum filio.in 2.colum.ad fin.ff.de lega.1.

LXXXIX.

1 *Miniſter electus ad diſtribuendum,ſatiſdare non tenetur, niſi pauper fiat teſtatore ignorante.*
2 *Executor teſtamentarius non debet ſatiſdare.*
3 *Procurator qui poſt mandatum effectus eſt pauper,eo ipſo eſt reuocatus.*

1 MIniſter¦electus ad diſtribuendum ſatiſdare non tenetur,niſi pauper fiat, teſtatore ignorante.l.liberto
2 ſuo.§.largius.ff.de vſuf.le.vbi eſt caſus ſing. ¦Ex quo põt notari,quod executor teſtamentarius nõ debet ſatiſdare. Quod dic plenius vt in l.diuus.ff.ſi cui plus quam per leg. Fal. Et diſtinctio,quæ fit in illo tex.facit ad q.de procura-
3 tore,qui¦poſt mandatum eſt effectus pauper,quod eo ipſo eſt reuocatus,vt no.per Dyn.ff.de ſol.l.ſi cum Cornelio.in fi.

ADDITIO.

Idem no.Bald.in l.in confirmando.iuncto text.ff.de confir. tut.& text.& Bar.& ibi Bal.in l.pater.§.fin.ff.de teſ.tu. Et adde Bar.in dict.l.ſi cum Cornelio.

XC.

1 *Relatiuum,quis,vel qui,refertur ad genus,& ad ſpeciem exceptam.*

1 RElatiuum,¦quis vel qui,refertur ad genus, & ad ſpeciem exceptam.l.oam quod liquide.§.ſi cui.ff. de penu.leg.qui §.eſt valde notabilis & ſingulatis.

ADDITIO.

In d.§.ſi cui.habes tex.ſing.qualiter exceptio declaret regulam,& ita ipſum vt ſingularem allegat Imo.in l.filio pterito.ff.de iniuſto rup.irritoque teſt. De qua materia vide Bar.ff.de vſuf.leg.l.general.§.1.& in l.quęſitũ.ff. de fun. inſtru.& notatur in c in noſtra.de ſepul.per gl.& Doct.in l.in his.ff.de legibus.per Dy.in c.1.de reg.iur.lib 6.& in l. generali.§.1.ſupra allegata.& quod ibi notant Bar.& Do. in l.actione.C.de tranſact.Imola in l.ſi ita legatũ.in prin. ff.de leg.1.vbi dicit,quod nedum exceptio reſtringit regulam ſed per eam legatum reſtringitur,vt hic,etiam ſi legatum annulletur,vt ibi per illum textum.

XCI.

1 *Admiſſus ad legatum de iure ſpeciali contra voluntatem defuncti,non habet ius accreſcendi.*

1 QVi admittitur,ad legatum de iure ſpeciali cõtra volũtatem defuncti,non habet ius accreſcendi. Textus eſt in l.ſi mulieri.ff.de condi.& demon.vbi eſt lex ſolẽnis & ſingularis,de qua feci magnum feſtum in l.re coniũcti. ff.de leg.3.

ADDITIO.

De ratione illius legis vide Bal.in l.1.in prin.de indic.vidui. tol.& in l.1.§.vbi autem.C.de cad.tollend.

XCII.

1 *Conditio,ſi non nupſerit,remittitur in extranea,ſi per eam veriſimiliter mulier nubere ceſſaret.*
2 *Pœna promiſſa ab vna ex coniunctis de te accipiendo in maritum,non valet,ſecus inter extraneos. Et quid iuris, ſit ſi pater promittat,vel patruus,vel auus,quẽ ſoror timet?*

1 COnditio,¦ſi non nupſerit, remittitur in extranea,¦pter quam veriſimiliter ceſſaret mulier nubere.l. hæres meus.§.quod in fraudem.ff.de cond.& demon.vbi no ta ſingularem caſum,per quem determinatur vna quæſt.
2 in l.Titia.ff.de verb.oblig.vbi pœna¦promiſſa ab vna ex coniunctis de te accipiendo in maritum,non valet,ſecus inter extraneos. De quo vide per Cinum in l.ſi. C.de ſpõ ſalibus. Quid ſi pater promittit? Certe non valet in cauſa coniunctæ perſonæ,& eſt ratio,quia non eſt veriſimile q filia relinqueret patrem illaqueatum,vel faceret patrem pdere legatum, vt notatur in gl.l.2.ff.in ius vocati vt eãt. Sed quid in patre,vel patruo,vel auo, quem ſoror timet? Certe erit idem,dict.l.2.ff.in ius vocati vt eant.

ADDITIO.

Vide quod per illum textum dicit Barto.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prętori.ver.nono quero,quid ſi non conſueuit. ff.de no.ope.nun.

XCIII.

1 *Reipublicæ annua decem relinquere paria ſunt,vel relinquere triginta ſemel tantum quoad imponendam rationem falcidiæ.*

1 PAria ſunt¦relinquere decem annua Reipublicæ, vel relinquere ſolum triginta ſemel tantum,quoad imponẽdam rationem legis Falcidię.l.ſi hęres inſtitutus.§.item ſi Reipublicæ.ff.ad legem Falcidiam.qui caſus non reperitur alibi ſecundum Dinum.

XCIIII.

1 *Fructus pendentes dicuntur pars rei,& rem faciunt pretioſiorem.Secus in partu exiſtente in ventre.*

1 FRuctus pendentes dicuntur pars rei,& rem faciũt pretioſiorem,ſecus in partu¦exiſtẽte in ventre.ilta eſt lex ſingularis in lege falcidia placuit.ff.ad legem Falcidiam.

XCV.

1 *Obligatio dupli inter hæredẽ,& teſtatorẽ conſiſtẽs,hæredi & contra*

contra hæredem conſeruatur in ſimplum,ad inducendam & excludendam Falcidiam.

1 OBligatio¦dupli inter hæredem & teſtatorem conſiſtens,hæredi & contra hęredẽ conſeruatur in ſimplum,ad inducendam & excludendam Falcidiam.Lex eſt ſingularis in l.cum emptor.ff.ad legem Falcidiam.

XCVI.

1 *Legatum alimentorum ad vitam relictum,& legatum vſus fructus,ſubiiciuntur falcidiæ, & reputantur aſcendere ad tantam quantitatem,quantam comprehendere poteſt tempus vitæ habita ratione ætatis.*

1 LEgatum alimentorum ad vitam relictum,& etiam legatum vſusfructus,ſubiiciuntur Falcidiæ, & reputantur aſcendere ad tantam quantitatem,quantam comprehendere poteſt tempus vitæ,habita ratione ætatis.l.hæreditatem.ff.ad leg.Falcid.quam legem nota, quia eſt ſingularis,& non habet ſibi parem.

XCVII.

1 *Prælegata non veniunt in fideicommiſſo,quando quis primo rogat,ſecundo prælegat.Et qui quartam detrahit de voluntate defuncti,quartam hæreditatis ſibi computat,alias totam hæreditariam partem.*

1 PRælegata¦non veniunt in fideicommiſſo,quãdo quis primo rogat,ſecundo prælegat,& qui quartam detrahit de voluntate defuncti,quartam hæreditatis ſibi computat,alias totam hæreditariam partem.Iſta eſt ſingularis lex,quæ non habet parem,nec concordantiam, in l.Titia teſtamento.ff.ad legem Falcidam.

XCVIII.

1 *Vſusfructus legati ſeruo hæreditario dies demum poſt aditã vtriuſque hæreditatem cedit.*

1 DIes vſusfructus¦legati ſeruo hæreditario demum poſt aditam vtriuſque hæreditatem cedit.l.cum legatum eſt.§.cum ſeruo legato.ff.quando dies leg.ced.

XCIX.

1 *Legatum annuum cum præfinitione temporis relictum,in dubio ſi ſit cauſa alimentorum, dicuntur plura legata, vel vnum,cuius dies cedit à tempore mortis.*

1 LEgatum annuũ¦cum præfinitione temporis relictũ, in dubio ſi ſit cauſa alimentorum dicuntur plura legata, vel vnum,cuius dies cedit à tempore mortis.l.ſi cum præfinitione.ff.quando dies leg.ced.quę lex eſt notabilis &ſingularis,& determinatio quaſi omnium legum de hac materia loquentium.

ADDITIO.

Iſtud facit an relictum alimentorum in cauſam paupertatis, debeatur ſolum inſtante neceſsitate,an vero ſemper? De quo per Bald.in authen.ingreſſi.in pen.col.C.de ſacr.ſan. eccle.Facit quod habetur in l.pen.§.1.ff.de ann.leg. Et vide Imolam in l.qui hoc anno.in vlt.quæſt.ff.de verb.obl.

C.

1 *Proniſio à me facta,quod quandoque dabo tibi, intelligitur, cum primum commode potero.*

1 NOta¦quod ſi dixero,quandoque dabo tibi, intelligitur,cum primum commode potero. Caſus eſt ſingularis in l.rogo,quandoque.ff.vt leg.no.caue.

ADDITIO.

Si promitram quãdoque dare,intelligitur cum primum potero,& ita d.l.rogo.notabiliter allegat & intelligit Imol. in l.cum pater.§.rogo.ff.de leg.2.vbi videtur text.contra iſtum iuncta.l.ſeruos.ff.de manu.teſta.

CI.

1 *Pater filiã nuptã centum legauerit,& ea cum non caueretur, fuerit miſſa in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum, poteſt diminuere de bonis cauſa veſcendi.*
2 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto aliquando fructus lucratur.*

1 SI pater¦filiæ ſuæ non nuptæ centum legauerit, & quũ non caueretur miſſa ſit in poſſeſſionem bonorum hereditariorum,poteſt diminuere de bonis cauſa veſcendi, l.quę legatorum.ff.vt in poſſ.leg.vbi habetur,caſus ſingula-
2 ris,quod miſſus¦in poſſeſſionem ex primo decreto lucratur fructus.

CII.

1 *Collatio habet locum in his,qui ſuccedunt diuerſo iure*

1 IN hiſ¦qui ſuccedunt diuerſo iure,habet locum collatio. Lex eſt ſingularis in l.ſi filius.ff.de collatio.bono.

CIII.

1 *Venter cum cauſæ cognitione mittitur in poſſeſſionem bonorum defuncti,& ſi ei fiat cõtrouerſia an ſit de liberis,ſummatim cognoſcetur.*

1 VEnter¦non mittitur in poſſeſſionem bonorum defuncti paſsim,ſed cum cauſæ cognitione.Si quis facit controuerſiã ventri an ſit de liberis,cognoſcetur ſummatim. Tex.eſt in l.vbicunque.§.interdum.ff.de coniun. cum emanc.liber.eius.qui §.non reperiatur alibi,ſecundũ Dinum,& eſt difficilis.

CIIII.

1 *Fauiana,vel Clauiſiana an detur parenti, ſicut patrono?*

1 PArenſ¦nõ ita æquiparatur patrono,vt Fauiana aut Calviſiana actio ei detur,quia iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem.l. non vlque.ff.ſi quis à pa.fuer.man.quæ lex eſt ſingularis, & alibi non reperitur.

CV.

1 *Alienatio facta in fraudem legis ipſo iure non valet,facta in fraudẽ hominis,valet,ſed per reuocationem reſcinditur.*

1 ALienatio¦facta in fraudem legis ipſo iure non valet, facta in fraudem hominis valet,ſed per reuocatoriã, reſcinditur.l.ſi libertus.ff.de iure patr.qui tex.eſt ſingula.

ADDITIO.

Quãdo alienatio facta in fraudem legis ſit ipſo iure nulla,vi
1 de Bald.in l.hac edictali.§.omni.C.de ſecũ.nup.& ibi quo modo cognoſcatur quando fiat in fraudem hominis. Et vide quod notat Bal.in l.1.oppo.C.ſi quis in fraud.pat.

CVI.

1 *Filius,qui dixit ſe nolle adire hæreditatem,poſtea pœnitẽtiæ adductus poteſt adire.*

1 FIlius¦qui dixit ſe nolle adire hæred. poſtea pœnitẽtia adductus poteſt addire.l.filii mate.vbi eſt caſus ſingular.ff.ad Tertul.

ADDITIO.

Contrarium tenet idem Bart.in l.ſi quis ſuus.ff.de iure deli. & notatur plene per Baldũ in l.qui ſe patris.C.vnde libe.

CVII.

1 *Offendi dubitans poteſt petere à iudice cuſtodes,vel familiæres,qui eum comitentur,& cuſtodiant,& cuius expenſis.*
2 *Debitor captus propter debitum,debet ali ſuis expenſis,non iudicis.*

1 SItaliquis dubitat offendi,poteſt petere cuſtodes à iudice,vel familiares,qui eum cuſtodiant.l.fin.in princ.

C.de

C.de ero.mil.ann.lib.12.Sed cuius expensis? Glo.& ibi,q̃ non est alibi,vt dicam in l.illicitas.§.2.ff.de offic.præsi.&
2 dicit illa glo.quod suis expensis.Et sic debitor est captus p pter debitum,debet debitor suis expensis ali, nõ iudicis.

ADDITIO

Adde Bar.in l.sanctum.ff.de rer.diuis.& l.denuntiamus,C. de his qui ad eccle.conf.& in d.l.illicitas.§.ne potẽtiores ff.de of.præt.Bene facit gl.not.in ver.in transitu præsidis Instit.de liber.& quod notat Bar.in l.ait prætor.§.si debitorem.ff.de his quæ in frau.cred.Et adde quod si debitor captus non habet vnde se alat,debet ali expensis creditoris,alias si creditor eum non alat,iudex potest eum relaxare,secundum gl.notabilem,& menti tenendam in d.l.fin. in ver.agnoscere.C.de ero.mil.anno.lib.12.Et de ista materia vide per Modernos Instit.de actio.§.fi.in fi.& Bar. in dict.l.illicitas.§.2.ff.de offic.præsid.in ver.potest tamẽ dici,quod ex causa.

CVIII.

1 *Plura facta vnius familiæ puniuntur vt plura,si de publica vindicta tractetur,alias vt vnum.*

1 PLura† facta vnius familiæ puniuntur vt plura, si de publica vindicta tractetur,alias vt vnum. l. si familia.ff. de iurisdict.omnium iud. quam legem nota, quia forte non reperies alibi.

CIX.

1 *Arbitri si eligantur super incidenti,vel emergenti, ab eorũ sententia potest appellari.*

1 SI eligantur† arbitri super incidenti,vel emergenti,ab eorum sententia potest appellari.l. arbitrio.ff. qui satisd. cog.quam nota,quia eam nescio alibi.

CX.

1 *Actionum alia natiua,alia datiua,& quæ singulæ sint?*
2 *Adam potest dici datiuus homo,& quare? Alij homines natiui sunt.*

NOta l.iurisgentium.§.& ideo.ff.de pact.quod ex illo §.singulari magis clare habetur,quam in aliqua parte iuris,quod actionum† aliæ natiuæ,aliæ datiuæ sunt.Natiuæ sunt illæ,quæ habent materiam sufficientem præexistentem,à qua oriantur.Datiuæ sunt illæ,quæ præexistentem sufficientem materiam non habent.Simile vides in hominibus.Nam† Adam potest dici datiuus, fuit enim à Deo simpliciter productus, alij autem homines, qui ex patre & matre nascuntur,possunt dici natiui.

CXI.

1 *Actiones descendentes ex maleficijs ipso iure tolluntur per pactum.*

1 ACtiones† descendentes ex maleficijs ipso iure tolluntur per pactum.Casus est singul. in l. si tibi decem.§. quædam.ff.de pact.

CXII.

1 *Alimentorum transactio simpliciter facta non porrigitur ad habitationem,& vestiarium,nisi id exprimatur.*

1 TRansactio† alimentorum facta simpliciter non porrigitur ad habitationem & vestiarium.l.cum hi.§.qui transigit.ff.de transac.qui tex.est notandus, & sing. casus, & menti tenendus.Ex quo notandum est in transactione alimentorum exprimendum esse de habitatione & vestiario,quod est multum vtile, sæpe enim contingit speciali ter in vxoribus defunctorum,quibus alimẽta relinquunt.

CXIII.

1 *Contumax ficte veniens coram iudice sedente pro tribunali restituitur ad totam causam. Idem si dolo aduersarij, vel absque sui culpa abfuerit.*

1 FIcte† et contumax veniens iudice sedente pro tribunali restituitur ad totam causam,idem si dolo aduersarij, vel absque sui culpa abfuerit.l.diuus.ff.de rest.in inte.quæ lex est singularis

CXIIII.

1 *Actio quod metus causa datur contra hæredes,quatenus ad eos peruenit,licet defierit apud eos esse.*
2 *Ius deliberandi ad hæredem suum transmittit ille,cui delata est hæreditas, si decedat intra annum,& sciat hæreditatem sibi delatam.*
3 *Hæres tertius vtrum possit adire hæreditatem ex virtute iuris deliberandi propter scientiam primi hæredis?*

1 ACtio† quod metus causa datur contra hæredes quatenus ad eos peruenit,licet defierit apud eos esse, item contra hæredes hęredis,non inspecto quod ad vltimum, sed quod ad primum hæredẽ peruenerit.l.quod diximus §.in hęredem.ff.quod met.cau.vbi in ver.consumpto,&c. nota eum tex.quem nescio alibi ad hoc, quod sufficit ad primum hæredem peruenisse,& sic incœpisse actionem transire contra hæredem.Et secundum hoc videtur casus cuiusdam no.quæst.quam consului tempore mortalitatis.
2 Vos scitis,† quod ille cui delata est hæreditas,si decedat intra annum sciens hæreditatem sibi delatam, transmittit ius deliberandi ad hæredem, suum, vt l.cum antiqui.C. de iur.deli.Modo† primus hæres decesit hęreditare sibi
3 delata,hęres eius decesit ignorans simpliciter intra annũ, vtrum tertius hæres possit adire hæreditatem ex virtute iuris deliberandi propter scientiam primi hęredis. Et de terminani quod sic,quia iam illud cœpit esse hæreditarium, & ideo transit ad quemcunque transit hęreditas vt l.item videndum in fin.ff.de pet.hære.Et est tex.in d.§.hæredẽ. Et ita dixi in l.qui duos.ff.de rebus dub.& ibi multa dixi in materia iuris deliberandi.

CXV.

1 *Coniuncta persona admittitur in casibus,in quibus requiritur speciale mandatum, si pretendat proprium interesse, alias secus.*

1 IN casibus† in quibus requiritur speciale mandatum', coniuncta persona admittitur,si pretendit proprium interesse,alias secus.l.patri pro filio.ff.de minoribus,quam legem nota,quia illud principium forte non est alibi.

CXVI.

1 *Actor,in quem facta est alienatio causa mutandi iudicium exceptione repellitur,& primus cedens agere compellitur.*

1 ACtor,† in quem facta est alienatio causa mutandi iudicium,exceptione repellitur, & primus cedens agere compellitur.Sin.& fortis text.est in l.cum miles.ff.de alie.iud.mut.cau.fact.

CXVII.

1 *Alienans partem rei suæ causa euitandi iudicium diuersorum,ipsum iudicium non poterit intentare pro fructibus, vel pro re,nec ille,in quem facta est alienatio.*

1 QVi partem† rei suę alienat causa euitandi iudicium diuersorum,ipsum iudicium non poterit intentare pro fructibus,vel pro re,nec ille,in quem facta est alienatio.l.si quis iudicii.ff.de alie.iudic.mut.cau. fac.quam legem nota,quia nescio alibi.

CXVIII.

1 *Reale ius quando perditur lite pendente,in reali iudex dabit sententiam vt illud ius de nouo cõstituatur sicut si personali ageretur.*
2 *Intellectus l.si post acceptum.ff.de rei vend.*

1 QVando† ius reale perditur lite pendente, tunc in reali iudex dabit sententiam, vt illud ius de nouo constituatur, sicut si personal. ageretur.l. sicuti.a

§ sed si

2 §.sed si quæratur.ff.si cer.vend.qui tex.est sing.† & sic debet intelligi l.post acceptum.ff.de rei ven.

CXIX.

1 *Chirographum alicuius si deletur,in quo sub conditione pecunia debebatur,si id interim testib' probetur,sententia cõdenatoria fertur,sed ad effertur exactio,q̃uis; cõditio existat,qua deficiente condemnatio nullas vires habet.*

1 SI† deletum chirographũ mihi esse dicam, in quo sub conditione mihi pecunia debita fuerat,& interim testibus quoque id probare possim,qui testes esse non possint in tempore quo cõditio existat,etsi summatim re exposita iudicem ad suspicionem adducam, debebo quidem vincere,sed tunc condemnationis exactio competit, cum debiti conditio extiterit. Quod si defecerit condemnatio nullas vires habebit.Ista sunt verba tex.in l.in lege Aquilia si deletum.ff.ad leg. Aquil. quæ lex est sing.& habet tres lect.vt ibi per gl.

ADDITIO.

Vide de intellectu illius l.Bald.in auth.si quis.in 2.& 3.col. C.de testib.

CXX.

1 *Iudicium diuisorũ habet locum pro diuisione fienda,non pro diuisione facta ipso iure,vel ipso facto.*

1 NOta,q̃† iudicium diuisorium habet locum pro diuisione fienda,nõ pro diuisione facta ipso iure,vel ipso facto.l.hæredes eius qui.ff.fa.erc.quæ lex est sing.à capite vsque ad fi.& habet plus iuris in se,quam totus illé titu.&.ideo illam in sua manu bene notate.

CXXI.

1 *Mandatum si tibi fiat,vt emas rem,quem habes communẽ cum alio certo pretio,partibus aliorum emptis, an tuam pro residuo pretij dare tenearis?*

1 SI mandauero,† quod emas rem quam habes communem cum alio certo pretio,aliorum partibus emptis, tuam pro residuo pretio dare teneris,sed si pretium determinatum non fuerit,illa pars boni viri arbitrio æstimabitur.l. si fundum.ff.manda.cuius l.finem nota, quia nescio alibi,& de facto hoc anno habuit in palatio syndicorum:

ADDITIO.

Ad illum tex.vide Bal.in l.2.6.col.C.si ser.ext.Alex.& Iaso. in l.frater.in 13.no.ff.de condit.ind.& latè per Pet.Ger. sin.25.tenementi.

CXXII.

1 *Factum cohærens personæ quando est in obligatione; tunc ille præfertur,cui est promissum prius.*

1 QVando† factum cohærens personæ est in obligatione,tunc ille præfertur,cui est promissum prius.l.in operis.ff.locati.quod est singulare.

ADDITIO.

Idem tenet Bal.in l.2.C.de loc.& vide Io.And.in reg. contractus.de reg.iur.in 6.in Mercur.Sed Bald.in l.interesse ff.de acq.poss.sentit contrarium,vbi dicit,quod prior locator in tempore præfertur contra conductorem.& dicit etiam Bal.in l.emptorem.in 2.col.C.loc.quod secundus colonus tenetur stare priori,quia prior in tempore præfertur.

CXXIII.

1 *Operarius quando teneatur de vitio operis,& quando non?*

1 QVi locauit† operas suas,vt certum opus faceret,tenetur de operis vitio,siue vna pensio,siue in singulos dies prætita fuerit.Qui autem operas suas singulis diebus locat,nec ad certum tempus se adstringit,de vitio operis non tenetur.l.ea lege.§.locaui.ff.locati.quem §.bene nota,& dic quod est singulare.

ADDITIONES.

Idem Bald.in l.2.C.locati. Et quod dicit de vitio operis, dic esse intelligendum, si sine dolo fecit,alias non, secundum regulam,cum non debeant contrahentes se dolo decipere.l.sed etsi pupillus.§.sed etsi.ff. de institutor. & notatur in l.item si pretio.§.quemadmodum.ff. locati.

Adde Roma.sing.31.Crement.sing.81.

CXXIIII.

1 *Conuentus ex persona alterius principaliter delinquentis, potest petere,vt principalis primo conueniatur,vel quod contra actiones sibi cedantur.*
2 *Delinquens principaliter potest accusari criminaliter antequam agatur contra alium ciuiliter de delicto.*
3 *Principalis in quibus casibus prius conueniatur, quamuis,qui tenetur accessoriè?*
4 *Vnus quandocunq; conuenitur ex facto alterius,ille prius debet conueniri sumptibus conuenti.nisi sit multum difficile.*

1 QVando† vnus conuenitur ex facto alterius principaliter delinquentis,potest petere, vt principalis primo conueniatur,vel quod contra ipsum actiones sibi cedatur,quod in arbitrio iudicis erit.l.cum in plures.§.vestimenta.ff.loc.quem casum nota,quem nescio alibi ita
2 bene declaratum.sic & habemus alibi expressum,quod antequam agatur de delicto contra aliquem ciuiliter,ac cusari potest criminaliter,principaliter, delinquens. vt C.vbi ciui.quæst.crimin.l.1.& ff.ad Carbo. l.2. & notatur per gloss.C.de fide instrum.l.fin.Sed quod prius contra vnum ex delicto ciuiliter vel rei vendi.agatur contra alium agatur ex contractu, hoc non reperitur alibi nisi
3 in dict.§.3.vestimenta.Irem habemus† quosdã casus de iure antiquo,in quibus prius peruenitur ad principalem quam ad eum qui tenetur accessorie,vt in pluribus tutoribus,& administratoribus,& similibus. Qui casus habent omnes rationes suas separatas.Sed ex illo textu habemus regulam,quod† quandocunque vnus cõuenitur
4 ex facto alterius, ille prius debet conueniri sumptibus conuenti,nisi sit multum difficile,& hoc arbitrio iudicis.Pro hoc l.vnde quæritur circa princip.ff. commodati secundum vnam lecturam quæ hic probatur,nec eam tibi ibi allegauit.

ADDITIO.

Adde Alexand.in l.si.vt certo.§.si duobus.ff.commodati.Im. consi.79.& consi.4.colum.5.vol.2.& Aret.consi.52.in j. & 2.column.

CXXV.

1 *Hypothecaria datur cõtra possessorem,qui liberatur si soluat, vel restituat rem,alias condemnabitur. Et si fuerit contumax,in litem iuratur tam pro re, quam pro fructibus extantibus.*
2 *Possessor habet facultatem restituendi rem,vel soluendi debitum,in casu tamen licet neutrum istorum faciat possessor hypothecaria conuentus non condemnabitur.*

1 HYpothecaria† datur contra possessorem,qui liberatur,si soluat,vel restituat,alias condemnabitur. Et si fuerit cõtumax,in litem iurabitur tam pro re,quam pro fructibus extantibus.l.si fundus.§.in vendi.ff.de pig. vbi nota,quod in eo iudicio debet distingui, an conuentus possideat,sicut in rei vendi.vt in l.fi.ff.de rei vendi.& p batur in auth.item possessor.C.qui potiores in pignore
2 habeantur.Item nota† quod possessor habet facultatem restituendi rem, vel soluendi debitum. In casu tamen singulari si neutrum istorum faciat,non condemnabitur possessor hypothecaria conuentus.vt C.de iure delibe.l. fi.§.fin vero creditores.

ADDITIO.

Adde Alex.consi.18.colum.pen.ver.alio fundamento. vol. 5.& Bal.consi.25.in 1.parte.& vide Bar.in l.1.C.qui pot. in pign.hab. Et latè Io.Bapt.Plotum in tractatu suo,de in litem iurando.

CXXVI.

1 *Pater potest stipulari dotem filiæ vsque ad tempus nuptiarum secus in extraneo. Et quæ sit ratio?*

1 PAter† potest stipulari dotem vsque ad tempus nuptiarũ,secus in extraneo. De quo in l. quoties.ff.solu.mat.

& in l.auia.C.de iure dot. De hoc est tex.in l.adoptiuum §.si quis autem.ff.de iure dot.Ratio est ibi in terram vsque ad tempus nuptiarum potest pater pœnitere.Hæc rationem ibi habes,& non alibi,ideo eam not.

CXXVII.

1 *Dotem promittens quando insolidum teneamur,& quãdo de ducto negeat,siue sit pater,siue sit extraneus?*
2 *Promittens quod dare non potest,quomodo teneatur?*

1 QVidam promisit dotem pro muliere,qui nunc cõuenitur à viro,quæritur an insolidum, an vero deducto ne egeat,sit exigendus? Et l.si de dote.ff.de iure doti.& si fuerit extraneus,condemnetur insolidum,si pater inquantum facere potest.Item distinguitur an constante matr.peratur,& habetur ratiõe egeat,an eo soluto,quia pactum erat forte de lucranda dote,& tunc,an pater decepit generum,sciens se non soluendo,& tenetur in soli-
2 dum? alioquin deducto ne egeat.d.l.si de dote.ff.de iure dot.quæ continet casum singularem pro eo,qui ab initio promisit,quod dare non poterat.

ADDITIO.

Adde eundem Bar,in l.alia,§.eleganter.in fi.ff.solu.mat.& Paul.de Cast.in l.etiam.ff.eo.ti.Alex.in l.2.col.11.ff.eod.

CXXVIII.

1 *Debitori fisci soluenti restituitur res eius indebite alienata.*
2 *Fiscus habet obligata bona sui debitoris.Et quid si rẽ debitoris minori pretio vẽdat gratia,vel fraude,corã quo ad restitutionẽ agendum sit.Et quid probandum.Et an debeam pretiũ restituere.Et quis ibi reus sit & qua actione id petatur.*
3 *Emptoris forum regulariter inspicitur non venditoris. Fallit in fisco vendente,quia tunc vendentis forum spectatur.*
4 *Consanguineus venditor veniẽs ad defensionem emptoris extranei an possit ex sua persona petere causam compromitti vigore statuti disponentis,quod causa inter consanguineos compromittatur.*

1 DEbitori fisci soluẽti restituitur res eius indebite alienata.l.si minori.C.de iur.fis.lib.10.Dictum est.n.in
2 l.1.C.eo.tit.quod fiscus habet obligata bona sui debitoris.modo fiscus,cuius fum debitor,vendidit rem meam minori pretio,quam valebat,vel gratia,vel fraude.Certè potero petere coram procuratore Cæsaris,vt eam mihi restituat,& habeo probare quod dolo vel fraude siue gratia emptoris fuit,vendita tamen debeo pretium id p quo erat obligata,restituere fisco.Quis autem sit reus,à quo petatur,ibi non exprimitur,neque qua actione agatur,neque cui debitum soluatur,ideo pro ea supplenda, ibi sunt duæ lecturæ,quarum altera est,quod agatur contra fiscum altera quod agatur contra emptorem.Sed ex
3 secunda lectura nota quod hoc casu, quando ageretur contra emptorem,dicit ibi glo.quod procurator Cæsaris erit iudex,vt sic inspiciatur forum actoris, hoc est fisci vendentis,magis quam forum emptoris. Et secundũ hoc d.l.si minori.continet casum specialem & sing. cum alio vendente nunquam forum actoris inspiciatur, sed forũ emptoris.vt l.venditor.ff.de iud.& l.1.C.vbi in rem actio.Et secundum istam lecturam illa.l. facit ad quæ-
4 stionem,quam disputaui,vtrum vẽditor cõsanguineus veniens ad defensionem emptoris extranei possit ex sua persona petere causam compromitti vigore statuti disponentis,quod causa inter consanguineos compromittatur? de qua dic,vt in disputatione illa,& quæ in ea dixi & in l.procurator ad exhi.§.1.ff.rem ratam haberi.

ADDITIO.

Adde quod eius disputatio incipit,Pisanæ ciuitatis consiliũ quæ aliàs allegatur pro consi.Bart.30.vol.2.& eam pro consilio Bart.allegat Alex.in l.semel mora.ff.solut.matr. in fi.vbi omnino vide.Et adde,quod de ista disputatione facit mentionem idem Bart.in l.venditor.ff.de iudic.Et vide And.Siculum in c.quoniam.§.in alijs.in 19.colum. vt lite non contestata.Et Ange.Aret.institut.de actio.in §.actionum.in 10.colum.in versic. quæro denuntiaui.& Alexand.consilio 65.in 7.volumi.incip.in causa.& lite. in 2.column.

CXXIX.

1 *Soluisse semper retro præsumitur,qui ostendit se vltimis tribus annis soluisse,nisi contrarium probetur:*

1 QVi ostendit se tribus proximis annis soluisse, retro soluisse præsumitur,nisi contrarium probetur. De hoc est mirabilis lex.in l.quicunque.C.de apost.pub.libro decimo.

ADDITIO.

Limita hanc l.nisi ista solutio trina esset facta vni semel pro tribus annis secundum Cinum & Bald.in l.2.C. de dot. promis.Item limita vt per Bald.in d.l.2.Et adde eam p cedere in quocunque censu tributario,vel emphyteuticario secundum dominos de Rota,dec.102.secundum ordinem nouissimum.

CXXX.

1 *Confirmatio contractus potest à partibus peti,& iudex hoc facere tenetur,& an habeat locum tam in contractibus iurisgentium,quam ciuilibus?*

1 PArtes possunt petere à iudice vt confirmetur contractus ab eis factus,licet eorum consensus sufficiat, & ad hoc faciendum iudex tenetur.l.si quos. C. de decur. libr.10.vbi est casus notabilis,qui nõ reperitur alibi nec vnquam vidi nisi modo secundum secundam lecturam, de quo plenè per Innoc.extra de confir.vtil.vel inu.c. de confirmationibus.& ibi videtur tenere quod in contractibus iuris gentium hoc non sit necesse, in alijs autem contractibus ciuilibus sic.Mihi autem videtur quod in omnibus casibus,in quibus dubitatur an quis possit contractum petere infringi,quod pars potest petere confirmari,sicut dicimus in sententia.d.c.de confir.Dixi plene in l.si expressim.ff.de appel.& est casus in d. l. si quos. & in l.Iulianus §.si quis colludẽte.ff.de act.emp.Pro hoc optimè facit c.fi.extra de transact.vbi petitur transactio & similes contractus confirmari.Hoc autẽ suggerit æquitas.Quid.n.si timeo ne altera pars propter aliquã causam petat contractum rescindi,vt propter defensionem & similia,quare non licet mihi petere confirmari? Certè nõ video quare non liceat.Hæc autẽ requirerent altiorem indaginem.Tene menti.

ADDITIO.

Vide Alexand.in consilio.suo 64.in nona columna.vbi infinitos doctores allegat ad id quod dictum est de transactione.

CXXXI.

1 *Vacationem à muneribus propter dignitatem nõ habẽt, qui dignitatem ambiuerunt.Fallit in legato propter legationẽ.*

1 OMnes qui dignitates suffragio receperunt, non habent vacationem à muneribus propter dignitatem sed si legatus fuerit,habet propter legationẽ. Lex est singularis in l.vniuersi.C.de leg.

ADDITIO.

Adde Bartol.in l.si seruus.§.si vero.ff.de furtis.in quæstione illa de damnis datis ambasiatoribus,vt non restauretur si ambasiata fuerit procurata.& per Bartõ. in l.inter causas.§.non omnia.ff.mand.c.2.de temp.ord.in 6.& in l.qui contra.C.de incest.nuptiis.vbi ignorantia procurata non excusat.& per Bartõ.in l.1.in princ.ff.si quis test. libr.iud.fue.Facit dictum Gul.in l.contra.ff.de legib.qui dicit,quod ciuis sciens prouisionem secretam,& quod minus,valere debet,vendidit carius,quod illa malitia eũ non excusat.Vide Io.And.& Imo.in c.significasti.de pig. & Spec.in tit.de iudi.ver.illlud autem.vbi dicit, quod si nuntius missus à domino capta tamen opera, & non requisitus,in itinere fuit captus,non tenetur eum redimere.Vide Inno.in c.sicut.3.de iureiur.de illo, qui in bello amisit equos,vt non teneatur dominus eos restaurare,si ipse affectauit.

CXXXII.

1 *Locatio fundi si sit facta pro certa portione frumenti, ad ipsam colonus tenetur,non ad præstationem pecuniæ,nisi consuetudo aliud suadeat.*

1 SI pro certa portione frumenti locatio est facta,tenetur colonus ad ipsam,non ad præstationem pecuniæ nisi consuetudo sit,vt non obstante pacto,pecunia soluatur.Hoc dicit l.domini prædiorum.C.de agri.& censi.lib.11.secundum vnam lecturam, secundum quam ille casus est sing.per quem patet,quod si consuetudo sit in ciuitate,quod quilibet cõductor soluat domino prædij in festo natiuitatis Domini vnum par caponũ,quod ad hujus præstationem tenetur conductor qui accipit prediũ pro præstatione frumenti.

ADDITIO.

Adde tex.in l.quod si nolit.§.qui assidua.ff.de edilit.edict. & in l.si fundus.ff.de euic.& in l.circa.C.loc.& Barto. in l.ex parte.in prin.ff.de verb.oblig.& aliquid per eũdem in l.si prius.§.1.ff.de oper.noui nunt.& Bal.in titu.de pace Cõstan.in ver.sicut antiquo tempore.vbi dicit,quod in præscribenda consuetudine non est necesse ostendere titulum. Allegat Ioan.Andr.in cap.1.de rescript.in 6. Vide Bart.in l.nemo.& ibi Alexand.in apost.ff.de duob. reis.Bal.in rubr.C.de fide instrumen.vbi dicit,quod notarius in dubio intelligitur rogatus secundum consuetudinem loci.

CXXXIII.

1 *Libellus debet offerri in possessorio recuperandæ.*
2 *Intellectus & declaratio c.reintegranda.3.q.1.*

1 LIcet celeriter debeat fieri restitutio possessionis in possessorio.l.momentaneæ.C.vnde vi.tamen in illo possessorio recuperandæ debet offerri libellus,vt ibi nota.gl.quod etiam tenet do.And.de Barulo in l. si coloni. C.de agric.& cen.lib.11.quam l.notabiliter allegat Ioã.
2 And.per quam probat,quod id quod dicitur in c. reintegranda.3.q.1.quod loquitur in rebus ecclesiæ,habeat locum in rebus priuatorum & laicorum de iure ciuili. De quo per eum in nouella,& per Inno.in c.cum ad sedem. extra de rest.spo.quod sin.nota,& vide verba notabilia quæ ponuntur in l.rem quæ nobis.ff.de acqu.poss.quod nota,quia de facto quotidie venit.

ADDITIO.

Scias quod condictio d.c.reintegranda locum habet etiam in iuribus corporis.2.q.2.cap.nullus.& Ant.de But.in c. cum ecclesia.de cau.pos.& prop.& per Pet.de Anc.in capitu.ex parte.de rest.spol.Et de hoc vide per gl.& Bal.in l.2.C.de fur.per Bar.& Ang.in l.manifestissimi.in §.sinautem.eo.titu.Item competit etiam detentatori secũdũ Specu.in titu.de pet.& poss.§.1.ver.sed nunquid.Item licet gl.in d.c.cum ad sedẽ.de rest.spol.dixerit illud remedium competere pro rebus ecclesiasticis vel clericis, & eam partem tenuerit Ioann.Cal.in d.ca.cum ad sedem.secundum quod notat ibi Anto. de But.& eandem opinionem sequatur in c.querelam.de elect.tamen quod etiam in aliis rebus habeat locum,diffusè tenet Rom.in dict.l. rem quæ nobis.ff.de acquir.poss.quæ est nota.& Alex.in consi.51.volum.1.Ange.in consi.114.inci.in nomine domini.in q.vertente.

CXXXIIII.

1 *Priuilegium si concedatur mihi & omnibus descendentibus masculis & fœminis,descendentes per lineã fœminina ita demum fruuntur priuilegio,si sint viduæ,non autem si ad secundum matrimonium conuolauerint.*

1 SI priuilegium concedatur mihi, & omnibus descendentibus masculis & fœminis,quod descendentes per lineam fœminina ita demum fruuntur priuilegio,si sint viduæ,non autem si ad secundum matrimonium cõuolauerint.Ita singu.notatur ex textu l.quoties.de pri.scho la.libr.12.Et potest esse ratio,quia quando virum assumunt in totum ad alium dicuntur se transferre, & ita-tum suum mutare,vt notatur in l.mulieres. C.de digni. libro duodecimo.

ADDITIO.

Ad huius articuli decisionem vide tu copiosè notata pro & contra per Fel.in c.nouit.de iudic.in j.col.circa prin.ver. nota ibi-circa prin.cum concor.per eum allegatis.

CXXXV.

1 *Denuntiatio medici qui dicat aliquem infirmum,vel ex vulnere remãsuram cicatricem,nihil operatur,nisi præcedat diligens iudicis inquisitio.*

1 NVnquam denuntiatio facta per medicum, qui dicat aliquem infirmum,vel ex vulnere remansuram cicatricem,aliquid operatur,nisi præcedat diligens iudicis inquisitio.Hoc dicit textu.singularis in l.semel.C.de re mil.lib.12.

ADDITIO.

Similiter de hac cicatrice habes tex.in l.quæritur.§.fina.ff. de ædilit.edic.& in l.locum.§.ex eo.ff.de vsuf.Et ista sententia,& aliorum peritorum in arte potest ferri die feriata,secundum Ange.casus est in l.2.de fer.ibi, atrox in iuria.Et an talis sententia transeat in rem iudicatam? Vide Roma.in l.admonendi.ff.de iureiur.Et an ab ea possit appellari? vide doctores in l.ab arbitro.ff.qui satisd. cogan.Et talis sententia potest retractari, qua pronuntiatum est vulnus mortale,si cadauer exhibeatur coram peritorib.in arte contrariũ testificantibus, secundum Io. Andr.in addit.Spec.in titu.de homi.§.1.versi.1.& adde Bal.in l.si quis testibus.in fi.C.de testi.Et an perito in arte sit credendum? vide Spec.in tit.de prob.§.fin. versicu. quandoque.& Felin.in ca.proposuisti.in 2.colum.versic. vltimò per istum tex.de prob.& aliquid per Barto.in l.1. de ventrinspi.vbi ponit,an tales periti iurare debeant,& quod talis assertio eorum possit reprobari.Item secundũ Hostien.in sum.in tit.de prob.§.quot sunt.versi. octauo quid si.nam tunc alij debent eligi.allegat ca. causam.de prob.& 27.q.1.c.nec aliqua.

CXXXVI.

1 *Promittens quid ratum firmumq́ habiturum,non potest venire contra de iure,vel de facto.Secus si promittat tãtum se ratum habiturum,quia tunc de facto contrauenire potest.*

1 NOta quod si promitto ratum firmumque me quid habiturum,tunc stipulatio committitur, si veniam contra,siue de iure,siue de facto,quia ratum dicitur de iure,firmum de facto.Gl.sunt,quas nescio alibi in l.id & C.de episc.& cle.Sed si promitterem solum ratum habiturum,tunc veniendo contra de facto non committitur stipulatio.vt l.procurator.ff.rem ra.ha.

ADDITIO.

Sed contra has glossas est casus in l.hæc ita.ff.de sponsa.Hoc tamen dictum Bar.sequitur Abb.in c.Rayn.de testa.vbi etiam est tex.quod contraueniendo de facto facit incidere in pœnam.Ad idem l.nuda.C.de contrahen.& commit.stipul.& quod ibi habetur.

CXXXVII.

1 *Possessio in casu transfertur ipso iure sine traditione, vel alicuius facto.*

1 NOta casum,in quo transfertur possessio ipso iure sine traditione,& sine alicuius facto,in l.raptores.§.sin autem diaconissa.C.de episc.& cle.quod non reperies alibi, nisi in illo casu.

ADDITIO.

Alios casus vide per gl.in l.3.ff.de acq.poss.& Bald.in l. traditionib.C.de pac.Qualiter autem acquiratur ipsa possessio? vide Bald.in l.1.in prin.ff.de acq.pos.Et ad hoc adde quæ notat Bar.post gl.in l.fi.ad fi.C.de sacrosc.eccle.& ibi Alex.Et an lex possit transferre possessionem sine traditione aliqua? vide latè per Iaf.in l.1.in 5.col.C.com.de le. & Barb.in c.per tuas.ad fi.extra de donat.

CXXXVIII.

1 *Fuga facit officialem fugientem haberi pro confesso.*

1 OFficiales qui inculpantur de aliquo crimine, si aufugerint pro confessis habentur, & sic fuga facit quem haberi pro confesso. Lex est bona & singularis in l. consiliarios. C. de assesso.

ADDITIO.

Vide plenè per Bar. in l. lex Cornelia. ff. ad Sylla. vbi tractat an & quando officialis in culpatus de aliquo crimen aufugiens, habeatur pro confesso.

CXXXIX.

1 *Transigi potest, vel pacisci in omni pœna sanguinis, excepta pœna adulterii, & falsi.*

1 IN omni pœna sanguinis potest transigi vel pacisci, excepta pœna adulterii, de alia pœna non, nisi falsi. Text. est in l. transigere. C. de transactio. quæ lex est subtilis & singularis.

ADDITIO.

An dispositio huius l. habeat locum de iure canonico? vide Rom. sing. 688. incip. tu audiuisti l. transigere. Item nota, quod in casibus, in quibus de crimine non est licita transactio, nõ est etiam licitum compromissum facere. Vide Alex. consi. 82. ad fin. vol. 1. Item quid debeat facere transigens vel pacisc ens, vt euitet infamiam, vide Cæpol. cautela 205. Item nota, quod licet super adulterio non possit trãsigi, tamẽ super eo potest fieri pax, & quod debeat fieri cum marito, non cum vxore, vide Bartol. in consil. 170. Item limita & declara regulam huius legis, vt per Barto. in quæstione per eum disputata, incip. Lucanæ ciuitatis. circa fin. Nota quod de iure canonico in causis spiritualibus nũquam est licitum desistere pecunia accepta. vide Bart. in tracta. differ. inter ius ciuile & canon. in j. column. Quid autem si aliquis promittat centum Titio, ne eum accuset de morte patris sui, an per hoc videatur aliquo modo fateri delictum? Vide Bald. in cap. 1. §. iniuria. column. 4. de pa. iur. fir. & plura vide per Alex. in d. consi. 82. volum. 1.

CXL.

1 *Transactioni iurate contraueniens, infamatur, pœnam soluit, sibi data reddit, & actionem perdit, quæ parti obseruãti applicantur.*

1 QVi contra transactionem iuratam per Deũ vel principem venit, infamatur, pœnam soluit, sibi data reddit, & actionem perdit, quæ parti obseruanti applicantur. Text. est in l. si quis maior. C. de transactio. vbi est lex singularis.

ADDITIO.

Et procedit etiam, si istud iuramentum esset sibi illegitimè relatum præsente parte, & non citata. Petr. de Ancha. in consi. 373. incip. Retento ordine. versic. & ex hoc etiam subsequenter.

CXLI.

1 *Maior quilibet admittitur ad defendẽdum absentem, & ad agẽdum pro coniuncta persona sine mandato. Et minor ad mittitur sine mandato ad defendendum patrem absentem, quando contra eum potest deueniri ad diffinitiuam.*

1 QVilibet maior etiam sine mãdato admittitur ad defendendum absentem, & ad agendum pro coniuncta persona, & ipse minor etiam sine mandato admittitur ad defendendum patrem absentem, cum contra eum possit peruenire ad diffinitiuam sententiam. Lex est notabilis & singularis in l. exigendi. C. de procur.

CXLII.

1 *Minor quibus casibus à præscriptione seruetur illæsus.*

1 IN casibus † in quibus minor contra præscriptionem olim contra se cœptam, & finitam restituebatur, hodie ipso iure seruatur illæsus, nisi sit præscriptio triginta annorum. l. sancimus. C. in quibus cau. in integr. restit. non est necesse. quæ lex est singularis & notabilis, & habet materiam quotidianam.

ADDITIO.

Limita illam legem procedere in præscrip. clausis in corpore iuris, secus in præscriptionibus inductis ex dispositione statutorum, quia in eis requiritur in integ. restitutio, secundum Imo. in c. constitutus. ad fi. extra de in integ. restitu. de quo vide pract. Pap. in forma libelli in integrum restitutionis. in ver. præcessisse. ad fi.

CXLIII.

1 *Restitutio, quæ iudicis officio conceditur, potest ab ordinario peti, vel à delegato specialiter ad illam causam, vel vniuersaliter, non coram arbitris, vel delegatis ab eis.*

1 REstitutio quæ † iudicis officio conceditur, potest postulari ab ordinario, & delegato specialiter ad illam causam, vel vniuersaliter, non coram arbitris, iudicibus chartularijs, vel delegatis ab eis. l. fi. C. vbi & apud quem. quæ est notab. & singularis.

ADDITIO.

Limita illum tex. nisi alius esset celebratus authoritate alicuius superioris, quia tũc iudex inferior se intromittere non poterit. Vide Iason. in l. nam & postea. §. minor. in col. 3. ff. de iureiur.

CXLIIII.

1 *Dilatio si petatur, quæ tẽpus instantiæ non excedit, tam actori, quam reo conceditur, & quid si instantiam excedat.*

1 SI petitur † dilatione, quæ tempus instantiæ non excedit tam actori quam reo conceditur. Quod si excedat, non actori, sed reo conceditur. Poterit tamẽ actor vti dilatione reo concessa l. petendæ. C. de temp. in integ. restitutio. quæ est notabilis & singularis.

ADDITIO.

Vide illam l. declaratam per Innoc. & alios in cap. de causis. de officio. delega. Limita tamen non procedere quando actor semel renuntiasset probationibus. Text. est quem ponderat Ange. in §. quia vero. in vlti. colum. in authent. de testi. & vide Fel. in c. de testibus. in 2. no. extra de testi ad fin. vbi etiam de alia limitatione. Item vide ad istam regulam id, quod dicit Areti. in l. sed si sua. in 5. column. ff. de acquir. hære. qui voluit, quod sicut data reo dilatione potest & actor probare, idem erit si reus non petat dilationem ad probãdum, sed opponat aliquam exceptionem, quæ probetur ex iuris præsumptione, quia poterit actor, licet exclusus, approbando probare contra talem exceptionem vt per eum.

CXLV.

1 *Minor restituitur in his, quæ facit in quadriennio post perfectam ætatem.*

1 MInor † restituitur, in his quæ facit in quadriennio post perfectam ætatem. l. fina. C. de repud. hæredi. vbi est casus singularis.

ADDITIO.

Idem tenet Bar. in l. superuacuam. num. 4. C. de tem. in int. resti. & adde Bar. in l. ab hostib. §. sed quod. ff. ex qui. cau. maio. Vide glo. in contrarium in cle. 1. vbi per Can. de in int. rest. & per omnes in c. cum ex literis. eo. tit.

CXLVI.

1 *Arbitri ex sententia pacto nudo, & sine pœna assumpti, homologata tacite, vel expresse oritur actio, & fit interruptio præscriptionis, & ex actis coram eo factis in alio iudicio fit probatio.*

1 EX sententia † arbitri pacto nudo, & sine pœna assumpti homologata tacite vel expresè oritur actio, & fit interruptio præscriptionis, & ex actis coram eo factis in alio iudicio fit probatio. Ista est notabilis & singularis lex, & est cõstitutio noua. in l. cum antea. C. de rece. arbi.

ADDITIO.

Adde an illa lex habeat locum in arbitratore? & Inno. in c. Quintauallis. circa fi. extra de iureiuran. sentit quod sic. & ita ipsum refert & sequitur Pet. de Anc. in cõsi. 208. colum. 3. incid. Iudex de iure iudicaturus.

CXLVII.

CXLVII.

1 *Exceptio rei iudicatæ an habeat locum quando petitio est generalis, prosecutio specialis, & sententia generalis?*

1 QVãdo petitio ẽ generalis, prosecutio specialis, & sententia generalis cõtra exceptionem rei iudicatæ replicatio doli obiicitur. l. 2. C. de iud. Sed quæro, quid si fecerit quis omisit prosequi vnum articulum? Respondeo quia perinde obstat exceptio rei iud. ac si esset prosecutus. Casus est in l. de reb. ff. de arbitris, qui casus est singularis quo ad hoc, ita q̃ non est alibi.

CXLVIII.

1 *Sẽtẽtia generalis parit exceptionem in non prosecutis, si tamẽ non sunt de appenditijs prosecutorum.*

1 SEntentia † generalis parit exceptionem in non prosecutis si tamen non sunt de appenditijs prosecutorum. Casus est singularis quem ita clare nescio alibi in l. si cũ tibi. C. de iud.

CXLIX.

1 *Delegatus per principem ad causam meri & misti imperij, eã potest alij subdelegare.*

1 PRincipis † si deleget causam meri & misti imperij, delegatus eam subdelegare potest. Casus est sing. in l. 1. C. qui pro sua iurisdictio. & ibi in fi. di xi.

CL.

1 *Actor sequitur forũ rei, qui est in loco domicilij, quod habuit tempore contractus.*

1 ACtor sequitur † forum rei, qui est in loco domicilij, qd habet vel habuit tempore contractus, & sic licet mutauerit domicilium, tamen potest conueniri in loco, vbi habebat domicilium. Tex. est sin. in l. 2. C. de iurisdictio. omnium iudicum.

ADDITIO.

Limita vt per Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. in 5. col. ff. pro socio. & dum dicit Barto. quod licet mutauerit domicilium, tamẽ potuerit cõueniri in loco vbi habebat domicilium, adde quod Bar. ita generaliter loquentem reprehendit Abb. in c. proposuisti. in 2. col. in ver. sed quæro. extra de for. comp. & vide Bar. in l. cum quædam puella. vbi latè Alex. ff. de iurisdict. iud. Et contra Bar. hic tenet Mar. Soc. in c. licet in 10. q. prin. de for. compe. & Are. in dicto c. proposuisti.

CLI.

1 *Delinquens poterit conueniri in loco delicti, licet alias haberet priuilegium, ne conueniretur, nisi certo loco.*

1 PLura † singularia colligere potes ex authen. qua in prouincia. C. vbi de criminagi oport. & inter alia, quod si quis haberet priuilegium ne conueniretur nisi certo loco, si alibi delinquat, quod poterit cõueniri in loco delicti nõ obstante priuilegio. Cætera singularia collige vt ibi dixi.

ADDITIO.

Vide Iaſ. post alios in l. fi. ff. de consti. prin. in 9. col. ad fin. & ponderat tex. no. in c. 1. de pruil. in 6. Et vide etiam Abb. in c. fi. in 6. & 7. col. extra de foro competen.

CLII.

1 *Possidens alieno nomine si conueniatur, potest dominum in iudicio nominare, & ei dandæ sunt inducie ad denuntiandũ domino, & habet vim quasi contestationis, quoad interrũpendam præscriptionem, & vt reuersus dominus, de possessione non audiatur.*

1 ALieno † nomine possidens, conuentus potest dominũ in iudicio nominare, & ei sunt dandæ inducie ad denuntiandum domino, & habet vim quasi contestationis quod ad interrumpendum præscriptionem, & vt reuersus dominus de possessione non audiatur. l. 2. C. vbi in rẽ actio. quæ lex est singularis, & non est alibi in corpore iuris ciuilis.

ADDITIO.

Circa materiam nominationis in iudicio, & quod nominator tenetur in subsidium pro nominato, vide Inominatori. de pignor. & Bertach. in tracta. de gabellis. in 1. parte. in pen. colum. Et quis teneatur dominum in iudicio nominare? vide latè Spe. in ti. de primo decr. §. restat. ver. sic. hoc etiam not. & ibi etiam, quid in emphyteuta vel feudatario, & quid in procuratore dato ad administrandũ, & ibi de colono, & de viro circa bona dotalia, & aliis similibus, vbi etiam quid si nominans nominato non cõparente velit pœnitere. Et latissimè per Petr. Reb. in suo tract. Nominationum.

CLIII.

1 *Posthumus præteritus à matre, quæ mutandi testamentum nõ habuit facultatem, videtur cum alijs viriliter instituto. Sed si essent extranei instituti, querela agere debet.*

1 POsthumus † præteritus à matre, quę mutandi testamẽtum non habuit facultatem, videtur cum alijs viriliter institutus. Sed si essent extranei instituti, querela agere debet. De hoc est bona & singularis lex, quam alibi nõ reperies in l. si mater. C. de inof. test.

ADDITIO.

Vide q̃ consuluit notabiliter Anto. de But. in consi. 57. col. vlt. incip. In nomine Domini, &c. in quæstione surgente & quod dicit Bar. in l. 1. in 6. col. vbi alia habes. ff. de vulga. & pup. & in l. neque. n. §. cum miles. ff. de milit. testa. p illum tex. Item adde ad materiam illius legis, quod si pater vel mater instituerent filios suos hæredes, & ignorarent aliquem habere, & de eo nullam faceret mẽtionem, quod talis filius ignoranter præteritus haberetur æqualiter institutus. Vide Iason. in l. sicut certi. in 2. & 3. col. C. de testa. milit. Item ad illud, q̃ dictũ est, q̃ pater habuit tps providendi &c. vide in contrarium quæ scribit latè Iason. in auth. ex causa. in pen. & vlti. col. C. de liber. præte.

CLIIII.

1 *Hæreditatis detentatio per lõgum tempus facta per filium, facit præsumi iussum patris præcessisse, & additionem sequutam esse.*

1 DEtentatio † hæreditatis per longum tempus facta p filium, facit præsumi iussum præcessisse, & additionẽ sequutam esse. Ista est singularis lex, hec scio casum illius legis alibi, nisi eo nuerso in l. si filius familias. C. de petit. hæred. Hic casus est singularis, quando filius detinet.

ADDITIO.

Ad istum tex. adde similem, & quod ibi not. in c. continebatur. de his quæ fiunt à præla. sine consi. cap. Sed pro maiori intelligentia huius. l. si filius fa. vide Alex. in l. sciendum. in 5. colum. ff. de verbo. oblig. De ista materia quando diuturnitas operatur vt omnia videantur solenniter acta, vide Ale. in d. l. sciendum. in 5. col. ff. de ver. obli. & in consi. 79. incip. Redemptoris nostri circa primum dubium de quo quæritur. col. 3. & 4. volum. 1. & consi. 113. incip. Sub primo dub. col. 2. eo. volu. 1. & consi. 59. incip. Viso themate. colum. pen. vol. 3. & consi. 1. colum. pen. volum. 4. & consi. 12. incip. viso processu. colum. fina. c. vol. 4. & consi. 17. incip. viso instrum. col. 3. eo. volu. & consil. 45. incip. visa facti narrat. in fi. vol. 3. Rom. consi. 252. Barba. consi. 26. col. 6. & consi. 33. colum. 1. volu. 2. & Areti. consi. 36. Alex. consi. vltim. in 4. column. vol. 4. & consi. 6. volum. 1. & consi. 1. col. 10. vol. 2. & Fel. in c. Albericus. colum. 2. & seq. de testi. & in c. nonne. col. 3. & seq. in 3. not. de præsump. & in c. illud. colum. 3. & seq. in 3. no. de præsum. Barb. consi. 7. colum. 6. volu. 1. & 9. & 19. column. 6. eo. volum. & consi. 50. colum. 4. cod. volum. plenius Fel. in c. sicut. colum. 14 in fi. & seq. de re iudica. Barba. consi. 7. colum. 17. volum. 2. colum. 3. & in consi. 35. column. 8. volum. 2. & Roma. consi. 152. & consi. 275. & Alexan. 79. column. 3. vol. 1. & 113. col. & eo. Aret. 36. col. 1. & 43. in fi. & Barb. in rubr. C. qui ad mi. col. 2. & Iaſ. in l. 1. col. 6. & seq. 2. cod. ti. & Alex. in l. si donation. colum. ante pen. C. de collat. & 70. colum. 1. volu. 3. vbi limitat hanc legem tribus modis, & column. pen. & alio modo videtur limitare consi. 50. col. 2. & seq. volum. vbi dicit quod ista lex tantum procedit, vbi tractatur de solutione præsumẽda, alias non. & Soc. 266. columna 13. vbi dicit, quod ex diuturnitate temporis præsumitur quod emphyteutis le-

gitimè conceſſa fuerit ab eccleſia,& tranſit etiam ad extrancos.Et vide etiam Bal.conſi.511.in vlti.part. & 23. col.2.volum.1.

Adde etiam ꝙ idem eſt econuerſo,ꝙ ex longo tempore & patiẽtia præſumitur repudiatio ſi alias poſſet,vide Com. conſi.29 inci.Quidam geometricus.in princip.Et idem ſi pater diu poſſedit filio patiente & præſente,quia præſumitur aditio ex parte filij.Vide Com.conſi.30. inci.vi ſa copia.in princ.Et ꝙ ſi pater poſſedit diu hæreditatem delatam filio,præſumitur filius adiuiſſe,vide Ang.in conſil.9.in 3.col.in 3.volum.Et de multis,quæ preſumuntur ex curſu temporis,vide Alex.conſi.vlti.in 5.& 7.colũ.Et ꝙ prædicta procedant in conſenſu principis,vide dominum Franci.conſi.36.in 1.col.& ibi in penultim.columna ponit quod dicatur longum tempus.Not. tamen qd̃ contra iſtam præſumptionem poſſit probari cõtrarium exactis,vide Domin.Franc.conſi. 62. ad fi.Pau.de Caſt. conſi.50.in 3.co.Nota tamen quod tolerantia ſuperioris non iuſtificat geſtum quantumcunque tẽpore in his quæ acquiri non poſſunt ſine principis conceſſione.vide Berta.in tracta.de Gabel.in 1.parte.in 9.col.Item de materia vide latè Barb.in repet.rubr.de fide inſtrum.in 59.colum.& ſeq.& in rub.C.qui admit.in 3.colum.& conſi.vltim.vol.4.in 5.colum.vide aliquid per Fel.in c. Alberic. in 2.col.extra de teſti.Limita tamen regulam huius legis non procedere in mandato,vide Alexan. in l. qui in aliena.in 4.columna de acqui.hære.vbi etiam multa ponit de materia huius legis.Vide eundem conſi.496.alias conſi.1.in 4.volumi.incipi.ponderatis his.in 8.col.Et ꝙ cedit iſta regula quando effectus ſubſequutus correſpõdet tali præſumptioni.vide Decium conſi.36.co.4.ad fi. & pen.Item limita regulam huius legis non procedere, quando ageretur de præſcribenda aliqua ſolẽnitate quæ tenderet principaliter in damnum alterius,quia requiritur ſpacium triginta anno. vide Alex.in d.conſi.1.in 4. vol.in 9.col.& conſi.506.incip.viſo inſtrumento locationis.in 2.col.Fulg.in l.1. qui admit.per tex.in c.peruenit. cum gl.de emp.& vend.Contrarium tamen tenuit Alex. in l.qui in aliena.in prin.ff.de acqui.hæred.ſed in l.ſciendum.ff.de verb.obl.in 5.col.tenuit idem quod ſupra.Itẽ limita non procedere quando tractatur de magno præiudic.ſecundum Alex.in d.l.qui in aliena.in prin.& conſilio.487.incip.viſo proceſſu.in vltim.columna. & conſil.401.Item limita in caſu dubio.ſecus ſi ex inſpectione inſtrumenti conſtet non interueniſſe.Ita Pau.de Caſtro conſi.50.in 2.co.& conſi.48.incip.in cauſa quæ vertitur Alex.conſi.1.vol.4.In contrarium vide Fel.de quo ſupra. Item pro extenſione nor. ex curſu decem ann. præſumi ſe cõſenſiſſe alienationi factæ per emphyteutam vel feudatarium.Alex.conſ.113.in 4.volum.in pen.colum.vide Iaſon ponentem quinque limitationes in l.j.in 5.& 6.colum.C.qui admit.vbi etiam ponit de eo quod ſtatim dictum eſt.Item ad materiam vide Alexan.conſi.79.& cõſil.376.in pen.& vltima column.& conſi.410.incip. viſa facti narration.vide etiam Mod.poſt Bal.in l.j.C.qui admit.vide omnino Fel.in c.ſicut.in pen.charta.in verſicu. fallit tertio.extra de re iudic.& ibi in 5.charta.in verſic. ſeptimò & vltimo declart.latè impugnat limitationes Pauli de Caſtr.de quo ſupra quãdo ex inſpectione inſtrumenti conſtaret contrarium,declarando tamen vt ibi latè per eum,quem omnino vide.Item de materia latè vide per Iaſon in l.ſi certis annis.C.de pact.col.3.verſic.ex communi ſolu.

CLV.

1 *Dos,vel donatio propter nuptias ad patrem reuerſa debet eſſe præcipua illius filiæ pro qua data fuit,extraneis inſtitutis,& quid ſi alij filij fuerint inſtituti.*

1 DOs,vel donatio propter nuptias ad patrem reuerſa, debet eſſe præcipua illius filiæ,pro qua data fuit extraneis inſtitutis.Si vero alij filij fuerunt inſtituti , debet ad eum,pro quo data fuit redire eatenus,quatenus apud alios ex his cauſis datum perſeuerat.l.illud.C. com.v tri. iud.quæ lex eſt ſingularis nec ſcio eam alibi.& in repetitione quam feci de l.poſt dotem.ff.ſol.matri.feci de hac lege magnum teſtum.

ADDITIO.

De intellectu illius legis vide aliquid per Bal.in l.1.§.videamus.C.de rei vxo.act.in fi.legis.& vide quod notat Bar. in l.ſi emancipati.ad fi.C.de collatio.

CLVI.

1 *Sacramẽto ſi cauſa decidatur,nõ eſt locus appellationi,ſi quãdo poteſt prouocari proceditur eo ordine,qui hic traditur.*

1 SI cauſa decidatur ſacramento delato præſtito vel recuſato,non eſt locus appellationi.Sed quando poteſt prouocari proceditur eo ordine,qui traditur in l.generaliter.§.Sed iuramento.C.de rebus.credi.qui caſus non eſt alibi,nec etiam alij caſus qui in illa lege poſiti ſunt quos per te vide.

ADDITIO.

Vide Bar.in l.in actionibus.in fi.q.ff.de in lit.iur.

CLVII.

1 *Fiſcus debitorẽ pure,vel in diem debitoris ſui ex cauſa principali poteſt conuenire etiam ante diem,& qua actione.*

1 FIſcus debitorem pure vel in diem debitoris ſui ex cauſa principali poteſt conuenire, etiam ante diem, condictione l.1.C.de con.ex lege.quæ lex eſt bona, & habet vnum caſum ſingularem.

ADDITIO.

Vide in l.2.C.quando fiſcus vel priua.& quod notat Bar.in l.3 §.multa.ff.de iure fiſci.

CLVIII.

1 *Teſtes examinati coram arbitris ſi viuunt , eſt in eius electione,cõtra quem atteſtationes producuntur,vel eis ſtare, vel petere quod de nouo examinentur,& quid ſi teſtes mortui eſſent.*

1 SI teſtes examinati coram arbitris viuunt , eſt in eius electione contra quẽ atteſtationes producuntur , vel eis ſtare,vel petere ꝙ de nouo examinentur. Sed ſi ſunt mortui,atteſtationibus de neceſſitate eſt ſtandum.l.fi.C. de teſti.quæ eſt ſingularis.

ADDITIO.

Ad intellectum illius l.vide Inno.in c.cum inter. de teſtib. & quod pulchre ipſe dicit in cap.præterea.in ver.ſimilis. extra eo.tit.Et adde quod tales teſtes producti coram arbitris debent compelli ad deponendum per poteſtatem illius terræ.in cap.1.in prin.li de inueſt.inter do.& vaſal. lis oriat.Et quid in iudice delegato,an poſſit coram ſe ꝙ ductos cogere & torquere ſi deponere nolunt ? notatur ꝙ ſic in l.2.de iudi.& per Bal.I loco pallegato.& latè per Bertachi.in repertorio,in verbo,Atteſtationes.Item an & qũ teſtes & acta coram arbitratore arbitro,vel faciant fidem coram iudice? vide Fe.in capitu. præſentata.extra de teſti.& late ponit Practi. Pap. in forma oppo. contra teſtes poſt publicationem.in verb.Sunt qui publicatis iã teſtibus alijs receptis.circa medium.

CLIX.

1 *Mulier intercedendo ipſo iure non obligatur,niſi contractus in ſcriptis celebretur & à tribus teſtibus ſubſignetur.*

1 MVlier intercedendo ipſo iure non obligatur, niſi contractus in ſcriptis celebretur,& à tribus teſtib. ſubſignetur,quo caſu Velleiano non iuuatur.l.antiquas. §.ne autem.C.ad Velleianum.vbi ſingularis caſus,quem perpetuo tene menti.

ADDITIO.

Vide Ia.in l.ſciendum.co.9.ad fi.ff.de verbo.obligat.an locum habeat vbi eſt iuramentum?& tene quod non. Et quantum ad tres teſtes dicit Bal.in l.j.C.ad Velleianum, quia hoc de cõſuetudine eſt,quæ facit valere.& ſatis eſt ꝙ tabellio ſcribat nomina teſtium . Dicit etiam quod de conſuetudine eſt,quod ſufficiant duo teſtes.Et idem notatur in authen,ſed nouo iure.in fine.C.ſi cert.petat.

CLX.

CLX.

1 *Oblatio,& depoſitio,totius debiti legitimè facta tollit curſum vſurarum,liberat pignora , & creditori contra depoſitarium datur actio,contra vero debitorem non , niſi debitor id receperit.*

1 OBlatio & depoſitio totius debiti legitimè facta tollit curſum vſurarum,liberat debitorem,pignoratitiam actionem parit , & creditori contra depoſitarium datur actio,contra debitorem non, niſi debitor id receperit.l.acceptam,quæ eſt ſingularis lex.C.de vſuris.

ADDITIO.

Limitatur per Ang.in l.ſi mora.§.fi.ff.ſol.matr.

CLXI.

1 *Depoſitarius ſine dilatione compellendus eſt ad reſtitutionẽ depoſiti nec poteſt obijcere compenſationem, nec dicere ſibi in contrarium factam proteſtationem.*

1 DEpoſitarius ſine dilatione compellendus eſt ad reſtitutionem,nec poteſt obijcere compenſationem,vel dicere ſibi in cõtrarium factam proteſtationem.Lex eſt ſingularis in l.ſi quis.C.depoſiti.

ADDITIO.

Dum dicitur hic,quod non poteſt obijci compenſatio contra depoſitum,limita primo non procedere quando depoſitum deſcenderet à cauſa mutui, vel alia , quæ eſſet conuerſa in cauſam depoſiti. Item & ſecundo quando non conſtat de actuali numeratione , ſed de ſola confeſſione.Et vide Barto.conſi.384.volumin.primo.in vltim. columna.

CLXII.

1 *Ceſſio actionum non poteſt fieri niſi in caſibus in lege expreſſis,& eandem rationem habentibus.Et ſi pro parte vendatur , & pro parte donatur , conceſſio facta præſumitur ſimulata.*

1 CEſſio actionum non poteſt fieri,niſi in caſibus in lege expreſſis,& eandem rationem habentibus. Et ſi pro parte venditur,& pro parte donatur,ceſſio facta præſumitur ſimulata.l.per diuerſas.C.mandati.

ADDITIO.

Circa materiam vide Franc.Aret.conſ.136.Barto.conſi.88. in 1.column. Rom.conſi.80.Item quid ſi ceſſio fiat pro parte tituli veri,& pro parte falſi , vide Rom. conſi. 450. Item quod in pretio ceſſionis habetur ratio ſumptuum faciendorum in lite exercenda,vide Ioan.de Ana.conſi. 103.latè per Abb.cap.fin.de alie.iudic.mut.cau.fac.Item adde quod vbi ceſſio fit de voluntate debitoris,non poteſt allegari ceſſio ſimulata,vide Ang.in l.cum eſſet.ff.de ſeruit.ruſti.præ.& ibi Barto.Item quod non procedit illa lex , quando ceſſio tendit ad tuitionem bonorum , quæ traduntur per cedentem ceſſionario,vide Bart.conſi.88. column.prima prope fi.alias eſt conſi.190.incipien.Dilecto.Item quòd vbi eſt prohibita ceſſio,non poteſt ceſſionarius agere etiam tanquam procurator in rem ſuam nomine tradentis,quia fieret fraus legi. Vide Alexand.in l. iuriſgentium. §. prætor ait.ad fin. ff. de pactis. poſt gloſſ. Barto.& alios.

CLXIII.

1 *Venditor quando teneatur emptori de euictione , & quibus verbis vti debet in denuntiatione faciendi venditori de lite mota?*

1 SI reus vincitur ex cauſa antecedentis contractus,venditor tenetur de euictione,ſecus ſi eſt cauſa quæ ſequitur poſt contractum,& emptor debet denuntiare venditori vt adſit cauſæ agendæ. l.1. quæ in hoc eſt ſingularis. C.de peric.& com.rei ven.Et per hoc ego dico in materia de proteſtatione,quod non ſufficeret ſi ego dicerem, denuntio tibi , quod mihi eſt mota lis à tali , ſed debeo addere ideo denuntio tibi vt adſis cauſæ agendæ , vt venias ad defendendum,non autem ſufficit ſimpliciter denuntiare.

CLXIIII.

1 *Maritum eius nomine rem comparaſſe non vxoris , ex quibus apparere poſſit,licet nomen vxoris in inſtrumento ſit appoſitum?*

2 *Emens de pecunia alia quando rei empta efficiatur dominus?*

1 LIcet nomen vxoris ſolum ſit appoſitum in inſtrumẽto,tamen virum ſuum in veritate comparaſſe probatur ex duobus.ſ.quod ipſe vir antequam perueniretur ad faciendum inſtrumentum,ſuo nomine emit,item quod ipſi viro poſſeſſio tradita eſt.l.multum.C.ſi quis alt.vel ſibi,quæ eſt ſingularis & multum practicabilis. Tres ergo

2 ſunt caſus conſiderandi,quandoque.n. quis emit de pecunia aliena , & ſibi traditur poſſeſſio , & tunc ipſe efficitur dominus , vt dicta lege,multum . Quandoque quis emit de pecunia aliena,& ſibi non traditur poſſeſſio,ſed ei cuius eſt pecunia, tunc ſi quidem ille cuius erat , antequam peruenireturad inſtrumentum , fecerat conuentionem ſuo nomine , præſumitur nomen illius tertij ſimulatè eſſe appoſitum in inſtrumento. Quandoque quis emit pro alio, & tunc quid iuris ſit , dicam in ſingulari ſequenti.

ADDITIO.

Faciunt ad hanc legem,quæ habentur in l.ſi filijs.ff. de donatio.inter virum & vxorem.& ibi per gl.& doct.& per Bart.in l.1.C.plus valere quod agitur.

CLXV.

1 *Procurator ſi quid facit vt nuntius,non valet quod agit.*

1 SI procurator aliquid facit vt nuntius,non valet quod agitur.l.ſi.§.ſi vero.C.ſi quis alte.vel ſibi. Et ideo in cõtractibus factis per procuratorem hodie apponuntur illa verba,Procuratorem,actorem factorem , & nũtium ſpecialem,vt poſſit etiam facere tanquam nuntius. Nota.d. §.ſi vero.quia ſecundum intellectum gl.neſcio alibi.

ADDITIO.

Vide Bar.in l.quæ autem.§.fi.ff.de conſt.pecun.& quod notat Bar.in l.ſi Titio.ff.de vſufr.le.Facit optima gl.in l.hu iuſmodi.ff.de legat.primo.Et nota quod nuntius non poteſt condemnari,ſecundum Bald.in l. prima 3. column. C.de ſentent. Et practicam conſtituendi procuratorem, vel nuntium,ſcribit Barto.in dicta.l.ſi.§.ſi vero,& in dicta.l.ſi Titio.

CLXVI.

1 *Alienatione prohibita videtur prohibitus omnis actus,ꝙ quẽ fit tranſlatio dominij directi,vtilis,vel alicuius iuris in re.*

1 ALienatione prohibita , videtur prohibitus omnis actus,per quem fit tranſlatio dominij directi, vtilis, vel alicuius iuris in re. l. ſancimus. C. de rebus alienis non alien.

ADDITIO.

Nunquid autem prohibita alienatione dicatur prohibita heredis inſtitutio? vide Alexand.conſilio.1.volumin.4.in antepenultim.column.Nunquid autem prohibita alienatione, intelligatur prohibita permutatio ad melioration em? vide Pau.de Caſt.latè conſi.16.Nunquid autem pignus,& conſtitutio ſeruitutis dicatur alienatio? vide Bal. in cap.1.§.1.per quos fiat inueſt.Item pignorare pro tanta ſumma,quod veriſimiliter non luctur poſtea , an dicatur alienatio? vide per Pet.Paulum Pariſium ad Bart.in l. qui habebat.ff.de leg.3.& Bar.in l.alienationis.ff.de ver. ſignifi.gl.notab.in l.fin.C.de præd.curial.li.10.

CLXVII.

1 *Conditioni ob cauſam non eſt locus in contractibus innominatis,ſi non ſeruetur pactũ,quod principaliter dedit cauſam contractui.*

1 IN contractibus innominatis non eſt locus conditioni ob cauſam,ſi non ſeruetur pactum,quod principaliter dedit cauſam contractui. Hoc dicit textus ſingularis in l.cum te ſundum.C.de pactis inter empt.& vend.

CLXVIII.

1 *Conditio ob cauſam non habet locum , ſi res permutatur cum re,quæ erat venalis expoſita,ſecus ſi venalis non eſſet expoſita.*

SI res † permutetur cum re, quæ venalis erat expolita, non habet locum cõdictio ob causam, secus si venalis non esset expolita. l. 1. C. de rer. permu. quæ ponit vnum casum singularem, quem nescio alibi. Bar.

ADDITIO.

Eandem legem esse singularem scribit Bal. in l. si vt propo nis. C. de condict. ob cau. & ponderat eã notabiliter Bal. in l. 1. ff. eo. Et vide Ias. in l. si eum. § qui iniuriarum in vlt. col. ff. si quis cautionibus, & in l. rogasti. in princ. in 2. col. ff. si certum petatur.

CLXIX.

1 *Conductor conuentus, debet ante omnia rem restituere, nec quæstionem dominij referre potest.*

1 COnductor † conuentus ex l. si quis conductionis. C. locati. debet ante omnia restituere rem, nec quæstionẽ potest referre dominij. Ista est singularis lex, in d. l. si quis conductionis.

ADDITIO.

Vide de materia aliquid per Alexã. consi. 501. Item regula huius legis non procedit quando agitur rei vend. vide Pau. consi. 3. & consi. 94. Item quod potest dominus expellere colonum vel inquilinum propria authoritate, vide quæ habes in Bertach. in ver. emphyteuta soluere debet. in 2. col. Et ibi etiã quid si possessio rei locatæ reperitur penes tertium, an possit eam propria authoritate apprehẽdere. Item quod remedium & beneficium huius legis non habeat locum contra tertium possessorem, ponit et Alex. in consi. 501. in 2. col. vbi vult quod instrumentum emphyteusis & locationis non probet quo ad tertium, q̃ locans sit dominus. Idem etiam vult Rom. consi. 127. vide etiam q̃ non potest refricari aliqua quæstio agenti cõdictione ex hac lege, per Ale. consi. 5. inci. puto de iure, vi de etiam post Bar. in l. rem alienam. ff. sol. matr. & in l. ita vt si fur. ff. commo. Et vide etiam an propria authoritate possit expellere. Et qd si primus coductor alteri locauit, à quo recepit pensionem, quæ habes in l. ædem. 5. eod. Et quod cõtra tertium non habeat locum condictio ex hac lege, pondera in simili quæ dicit Alex. consi. 92. in 3. col. in 1. vol. dum loquitur de condictione ex lege, si quis maior. C. de transact. Item quod possit refricari quæstio dominij, quando de ea constat notoriè in casu huius legis, vide Alexand. in l. si rem aliquam. in vlt. col. ff. de acquir. pos. Sicut etiam potest opponi agenti interdicto spoliatorio, vbi etiam quòd dispositio huius legis nõ habet locũ quantum ad facta, sed solum per restitutionem rei, & q̃ locatori competat remedium restitutorium tãquam spoliato, quando colonus denegat restituere rem, vide Alexand. in consi. 9. in 1. col. ad fi. in 5. vol. Pau. de Cas. in l. qui rem. ff. depositi. Bar. in l. fi. de præca. in l. non ab re. C. vnde vi. in l. ei, à quo. ff. de vsucap. gl. & doct. in cap. inter dilectos. de fide instrum. Bald. in l. conductores. supra 1. tit. An autem ex sola denegatione restitutionis dicatur committi furtum vel violentia, vide Ias. in l. 3. §. si rem. de acq. poss. Ied loquitur in re mobili. Item an remediũ huius legis habeat locum in conducẽte rem propriã à se possessam tempore conductionis, vide omnino Cur. consi. 70. per totum. Item de materia quomodo conducens vel habens aliter causam à me, non potest refricare quæstionẽ dominij, vide Fel. in c. inter dilectos. in 12. col. de fide instrum. Item quod ista regula procedat etiam in emphyteuta, vide Bart. in l. legata inutiliter. ff. de adim. leg. item quod beneficium huius legis habeat locum in commodato, precario, & alijs similibus contractibus, ex quibus oritur obligatio rem restitui, vide Pau. de Cas. in l. si rem alienam. ff. de pig. act. in l. qui rem. ff. depos. in l. commodare. ff. commo. in apostil. ad Abb. in c. inter dilectos. de fide instr. Salic. hic ad fi. Decius in consi. 56. col. 3. An autem agenti condictione ex ista lege possit tertius se opponere pro iure suo, iuxta l. bona fides. ff. depositi. vide Anton. de Butr. quod sic, in c. læpe. col. 3. de rest. spol. Bar. hic in sua distinctione videtur velle contrarium. Quid autẽ si res locata sit aliena, & post conductionem conductor eam habeat à vero domino, an teneatur restituere locatori rem vigore istius legis? vide gl. qd̃ sic, in l. si quis fundum. §. fi. ff. loca. & Bar. ibi, & alios, potest tamen agi per conductorem ante finitam locationem, quod liberetur à conductione ex ista lege, vt ibi dicit not. Bar. in fi. & Fulg. Pondera eos velle etiam hoc peti posse, quando tempore cõductionis fuisset conductor dominus. Et ratio est in prõptu, quia finita declaratione super dominio finita postea locatione constat notoriè de dominio conductoris, imo tunc opponi potest, vt dictum est supra. Et ista declaratio potest peti vtroque casu, quia Bart. ibi & gloss. volunt qd vtroque casu pariter locum habeat condictio ex ista lege, finita postea locatione, ideo nulla est diuersitatis ratio. Et quando conductor possit opponere exceptionem dominij locatori, adde glos. & Bal. in l. ei à quo. ff. de vsucapio. & Barto. latius in l. si alienam. ff. soluto matrimonio, & quod not. dixi post Barto. in l. commodare. ff. commoda.

CLXX.

1 *Alimenta alicui pietatis gratia præstita aliquando repetuntur, licet ea non præstiterit animo gerendi alterius negotia.*

1 TItius † filiam suã exposuit. Ego pietate motus eam nutriendam suscepi, eam adultam, nunc factam volo filio meo nubere. Titius pater cõtradicit, quæritur an omnes sumptus quos feci in ea nutriẽda possim à Titio recuperare? Respondetur quod sic, vnde quãuis pietas iudicatur inhibere repetitionem, tamen si non vult quòd sua filia nubat filio meo, sumptus factos recuperabo, & sic hoc casu alimenta repetũtur licet non gesserit animo gerendi alterius negotio. Casus est singularis in l. patrem qui. C. de nuptijs. tene menti perpetuo Bar.

CLXXI.

1 *Nuptiarum temporis si fiat mentio, an de die, quo nuptiæ celebrantur id intelligatur?*

2 *Nuptiarum tempus quomodo intelligatur, an cum coniunctio fit per copulam carnalem, an vero cum fit desponsatio per verba de præsenti.*

1 CVm † de tempore nuptiarum fit mentio, intelligitur de die quo nuptiæ celebrãtur. Hic est notabilis casus singularis in l. sancimus. C. de nupt. Sed quæro, quomodo
2 intelligitur tempus nuptiarum, an cum coniunctio fit per copulam carnalem, an vero cum fit desponsatio per verba de præsenti? Textus in d. l. sancimus. videtur hoc intelligere de cõiunctione, ibi, nisi, &c. Econuerso facit text. ibidem in ver. ex quo, &c. votum nuptiarum procedit quando fit desponsatio per verba de presenti. Et ista secunda opinio est vera. Text. habetis in l. cum fuerit, & in l. hæc conditio. de condi. & demon. & ff. quando dies leg. ce. l. quod pupillæ.

ADDITIO.

Illam l. limita vt notat Barto. in l. pen. ff. de vulg. & pupil.

CLXXII.

1 *Confitens ex causa dotis plus recepisse, quam receperit, potest agere ad id, quod non recepit.*

1 ILle qui confitetur ex causa dotis plus recepisse, quam receperit, potest agere, vt id, quod non receperit, accipiat. iste est text. in l. si voluntate. C. de do. promis. qui non est alibi. Barto.

CLXXIII.

1 *Dos si incipiat à promissione, dans tenetur de euictione, secus si a traditione, nisi promissio, vel dantis dolus intercedat.*

SI dos † incipiat à promissione, dans de euictione tenetur, secus si à tradicione, nisi promissio vel dantis dolus intercedat. Hic est casus singularis in l. j. C. de iure dotium.

CLXX-

CLXXIIII.

1 *Pater si pro filia habente aduentitia dotem simpliciter dederit, de suo dedisse præsumitur. Idem si de bonis suis, & filiæ se dare dixerit, nisi laboret inopia.*

1 SI pater † pro filio vel filia habente aduentitia dotem vel donationem simpliciter dederit, de suo dedisse præsumitu. Idem si de bonis suis, & filiæ dare se dixerit, nisi laboret inopia. l. fin. vbi est casus singularis ad hoc. C. de dot. promis.

ADDITIO.

Hanc legem quæ vult patrem cogi ad dotandam filiam, limita, nisi filia habeat vnde se dotet, secundum Bart. in l. si mulier. §. cum proponeretur. ad Trebell. Sed vtrũ filius teneatur dotare matrem volentem secundo nubere? Bal. q̃ non, in l. 1. in fi. supra de inoff. dot. Et vide de hoc latiſ simè. in l. obligamur. §. 1. de act. & obligat. & quę ibi scripsi. & in materia huius leg. vide per Mod. instit. de actio. §. fuerat. in gl. fi. post Ang. & alios. Et idem si pater esset grauatus cum patre suo aliquid filię post mortem nomine dotis dare, quia etiam quod ipse in testamẽto relinquat filiæ pro dote, videtur de suo relinquere non illud quod erat grauatus. vide Com. consi. 100. in 2. vol. Item limita istud solum procedere in dote & donatione propter nuptias. secus si pater aliquid traderet filię, puta iocalia vel similia. vide do. Ant. cõsi. 38. post prin. Itẽ latissimè in materia & pro limitatione, vide Soci. in l. 1. sol. matrimo. in 7. col. & sequen. & Ias. ibi in 6. colum. Ex opposito an frater teneatur dotare sororem, vide tex. cum glo. in l. cum plures. §. penultim. de admi. tut. Et an si ipla perdat dotem teneatur iterum dotare, Bal. hic allegat text. in l. si socius pro filia. ff. pro soc. qui non multum probat, quid in filio naturali, vide l. vxorem. §. pater naturalis. de lega. 3. & Bar. in l. fin. de his quib. vt indig. vide quod per istam l. si pater. iuncta l. 1. ff. de donatio. consuluit Ale. plenè ad materiam huius legis in l. 1. col. 5. ff. soluto matrimonio, & Capram etiam consi. 39. col. 2. in 1. dubio, & 72. colũ. fin. & Iaso. in dicta. l. ff. soluto matrimonio. columna. 6. in ver. adde.

CLXXV.

1 *Dos si marito detur ab extraneo, quantum ad eum est datio ob causam, quantum ad mulierem est donatio simplex, insinuatione tamen non indiget.*

1 CVm dos † datur ab extraneo marito, quantũ ad eum est datio ob causam, quantum ad mulierem est donatio simplex, tamen insinuatione non indiget. l. fi. in prin. C. de iure dot.

CLXXVI.

1 *Donare an videatur ille qui suum alterius nomine deponit.*

2 *Vxor in dubio præsumitur de bonis viri sui quæsiuisse.*

1 LIcet quis † suum alterius nomine deponat, donare nõ
2 videtur, & quod vxor quærit, in dubio † præsumitur de bonis viri sui quærere. Glo. est multum singularis in l. etiam si. C. de dona. inter vir. & vxor.

ADDITIO.

Vide per Bal. in l. si vxor. C. de cond. infer. & Bart. in l. facultas. C. de iure fisci. li. 10. in fi. Quid autem in concubinis? dic idem secundum Bald. per dict. l. etiam in l. 1. C. de not. libe. Et nota singulariter, quod licet Titius rem suam meo nomine deponat, non videtur mihi donare, vt hic. Contrarium tamen tenet Pau. de Castro. in l. Publia. in prin. ff. depositi.

CLXXVII.

1 *Tutor & curator debent defendere minorem, quod si recusent, a tutela remouentur.*

1 TVtor † & curator debent defendere minorem, quod si recusauerint, à tutela remouentur. Ista est bona & notabilis lex, in l. sancimus. in prin. C. de admi. tuto.

ADDITIO.

Vide Bar. latius in l. si tutor pupillo. ff. de auth. tut.

CLXXVIII.

1 *Curator ad lites datur officio illius iudicis, qui liti cœptæ præest.*

1 LIte cœpta † si persona indigeat curatore ad litem ille dabitur officio iudicis qui illi liti præest. iste est nouus casus & singularis, & menti tenendus in l. sancimus §. sed & si quis. C. de admi. tuto.

CLXXIX.

1 *Tutores & curatores debent specialiter & expresè, tempore quo creantur, promittere quod defensionem subibunt.*

1 TVtores † & curatores debent specialiter & expresse tempore quo creantur, promittere, quòd defensionem subibunt. Casus est nouus & singularis per quem multæ tutelæ cassantur in l. sancimus. §. omnem autem. C. de admi. tut.

ADDITIO.

Idem tenent Bal. & Ang. in d. §. omnem. & Pau. de Cast. consil. 353. in 2. col. Aduerte tamen quod licet ipse textus videatur requirere exprimi ista verba pro forma, tamen satis est, si tutor, pmittit vtilia facere inutilia prætermittere, & pupillum indefensum nõ relinquere, quia istud est æquipollens. Vide Ale. in l. prætor. ff. de oper. no. nunt. & consi. 131. ponderatis his vol. 1. Adde Bart. in d. l. prætor. & in l. legitimos. ff. de legit. tuto. Et videtur quod per iuramentum hoc suppleatur, per id quod voluit Bald. in l. 1. C. commodati.

CLXXX.

1 *Notarius si quid in præiudicium partis omisit, tenetur ad interesse.*

1 IN eo quod quis damnificatur, ex eo quod notarius scribere omisit, datur actio contra notarium. Hoc dicit lex singularis in l. fi. C. de magistr. conueni.

ADDITIO.

Vide Ale. in l. vbi exigitur. ff. de edendo. & Ias. in l. oratione. col. 2. C. de testa. Et adde quod probato dolo notarij de interesse, statur iuramento partis secundum Bal. in l. qui accusare. C. de edendo secus si propter culpam notarii, quia tunc debet plenè probare, secundnm Bald. in l. fin. in pen. col. de edendo. & plenè per Ioan. Baptistam Plotum, in tractatu de iuramento in litem. Et qua pœna puniatur tabellio, qui protocollum perdidit, licet instrumẽtum inde sumptum reperiatur, vide Bal. in rub. C. de fid. instru. in 4. column. versicu. quæro, dixi superius, & ibi in seq. q. an possit cancellare protocollum, & addere instrumento, & quod notat Barto. in l. pluribus. ff. de ijs quæ in testamento delentur.

CLXXXI.

1 *Eligens vnum ius, non videtur renuntiare alteri iuri, quod ignorat sibi competere.*

1 TEne menti perpetuo, quòd qui eligit vnum ius non videtur renuntiare alteri iuri, quod ignorat sibi competere: l. fina. §. 1. de furtis. Idem est etiam si dubitat, vt ibidem videtur casus in ver. si autem mentiens vel dubitans, quem nescio alibi.

ADDITIO.

Si dubitat. Not. tamen quod in contractibus dubitans non æquiparatur ignoranti, secundum Bald. in cap. 1. §. in perpetuum. per quos fiat inuest. Vide etiam tex. in materia, & ibi Bald. in capit. vasallus feudum. si de feud. fue. controuer. Item adde quod dubitans, qui de facili potest certificari non excusatur, licet sit secus in errante. Vide Iason. in l. si per errorem. in 3. column. in 2. nota. ff. de iurisd. omnium iud. vbi ponit rationem diuersitatis, & ibi etiam in 2. column. in 1. amplia. ponit concor. ad regulã hic positam, & latius de ista reg. quod dubitans & ignorans æquiparentur, vide Iason. in l. duinæ. in 1. & 2. column. ff. de condi. indebi. in l. 3. §. genera. de acquir. pos. aliqua ponit. vide quæ dicit Aret. in l. siquis in domino.

ff. de

ff.de testa.qui eligit vnum ius,nō videtur alteri renuntia re quod sibi ignoranti,vel dubitanti competit.Facit glos. in l.1.in gl.fi.in verbo cessat.ff.de cond.indeb. Vide omnino in l.3.§.fin.in 4.col.ff.de acq. poss.& in l.quandiu in princ.C.qui admitt.facit gl.fi.in l.1.in verbo,cessat.ff.de cond.indeb.& text. in l.2 ff. quis ord.in bono.poss.fer.& aliquid per Iaſ.in l.cum qui.ſupra,de iu.& fac.igno.& vi de ad iſtum tex.Bald.in l.leges ſacratiſſimæ.C.de leg.vbi vult per iſtum textum,quod ita parcatur dubitanti,ſicut ignoranti.quem ſequitur Io.de Ana.conſi.72.incip. viſis & conſideratis quæ in facti narratione.in vlt.col. Et pro hoc facit quod vult Decius poſt do. Chriſtoph.de Caſtil lo.ibi in l.1.ſupra de pact.in ſol.nec vas infra, de capti. & poſtli.reuer. quam intelligunt, quod ibi re vera mortua matertera,ſi tamen erat penes contrahentes debitum.Et ſic volunt, & ex illo dicto potes notare, quod de dubio aliquando iudicamus vt de ſciente,quia ſicut ille qui ſcit de vita alicuius,non poteſt ſuper eius hæreditate paciſci, ita nec dubitās, & imo in dubio ita loquamur ſecundum ſubiectam materiam,& v ide Bal.in l.ſi.ſupra de condic. indeb.& Bal.in c.i.§.perſonam.in tit.per quos fiat inueſt. vbi limitat vt nō habeat locum in dubitante qualitatem perſonæ cum qua contrahit, quia de eo iudicamus non vt de ignorante.Et vide aliquid per Alex.conſi.40.col.2. vol.5.& vide text. & ibi Barto. in l.1.infrà de teſt. & Fel. in cap.paſtoralis.col.7.ad fi.de excep.& Bartol. conſi.72. & conſi.88.& Fel.in c.ſi.col.6.ad fin.de præſcr. & Barba. conſi.16.col.3.vol.2.& vnum verbum per do.Prep.Alex. in c.non eſt,§.his itaque.diſt.6.& in c.quo iure.col.3.diſt. 8.& Iaſo.late in l.quamdiu.in 1.& 2.col.in fra qui admit. Et an ignorans,& dubitans æquiparētur,vide quod no. ſupra de condict.inde l.ſi.& no.Bal.ſic allegantem iſtum tex.in l.leges ſacratiſſimæ, & etiam dicit hic Cin. & Bal. quòd omittens opponere exceptionem propter dubita tionem , poteſt eam opponere cum primum eſt de ipſa certificatus,& intelligit iſta Bal.hic, niſi potuiſſet ſe certi ficare,& noluiſſet.Et vide quod no.dicit Bald.in l.1.in 4. column.in fin.ſupra de fal.cauſa adie.lega.Et ad dicta de ignorante,vide Bar.in l.2.in verbo,procedo.in gloſ.ſ.ſi quis in ius voc.non ie.

CLXXXII.

1 *Teſtamentum imperfectum ratione ſolennitatis, valet quoad liberos tantum.*

1 TEſtamentum † imperfectum ratione ſolennitatis, va let quoad liberos tantum. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C.de teſtamentis , quod eſt notabile & ſingulare.

ADDITIO.

Adde videndum Alexand.conſi.126.alias 21.in 2.column. ad fin.volum.2.& conſi. 146.cod.volu.& conſi.105.in 2. col.vol.4.& in 4.colum.in princ.& Panor.conſi.11. col.3. in 1.dubio,volu. 1.& Fel.in cap.in preſentia.colum.9.de probā.& Barba.conſ. 19.col.6.& ſequent.vol.1.& cōſi.32. col.2. & ſequent.vol.eo. & Roma.conſi. 176.colum.5.& ſeq.& Ale.in l.ex facta.§.ſi quis rogatus.col. 17.ff.ad Trebel.& circa hoc quæro an legata alijs relicta in teſtamen to,quod eſt validum inter liberos ſint valida? Iſte te. facit q̄ non.In contrarium tamen facit quod conſuluit Alexā. conſ.ſuo 41.col.2.vol.1.& vide ad iſtum tex.etiā Ange.in l.milites,ſupra,de teſt.mili.& Ale.conſ.90.col.2.vol.2.& pulchrè, & latè Alexā.conſi.96.vol.2.Pau.de Caſt.conſi. 156.vbi tangit hoc de legatis factis alijs in teſtamento q̄ valet iure ſpecialitatis inter liberos,an valeant,& an ex ta li teſtamento detur bon.poſſeſſ.ſecundum tabu.vide Ale. in l.i.circa finem.,& in 2.col. & in 1. col. ſupra de bonor. poſſ.ſecundum tabu. vbi videtur inclinare quod ſic,& ibi eam tenet Corn.alleg.§.ſunt autem. Inſtit. de Bon. poſſ. vbi generaliter videtur dari ſecundum tabu.omnibus iu re ſcriptis,ergo &c.& mouetur alijs fundamentis , vt ibi per eum. Vide etiam quæ ſcripſi ad Bart.in l.fideicommiſſa.§.quoties.in fi.ſ.de leg.3.Secundo aduerte text.in l.1.iuncta gl.ff.de bono.poſſeſſ. ex teſtament. milit. vbi ex teſtamento, licet imperfecto datur ſecundum tabu.ergo idem in caſu noſtro.Sed hic argumenta ceſſant, quoties filij, non eſſent ſcripti, ſed nuncupati, quia eſt approbatum à iure ciuili.certè & ſuperueniens caſus debet exten di ad caſum noſtrum,ex quo etiam forma huiuſmodi te ſtamenti,& ſimilium,eſt approbata à iure ciuili,& tantū hic operatur numerus teſtium requiſitus , quantum ibi ſeptem,ergo &c.Et pro hoc videtur facere gl.in l.ſed cū patrono.§.ſi.in ſi.gl.ff.de bonorum poſſeſſio. An autem iſte tex.haberet locum in filio legitimato,vide Bal.in ca. de cauſis.col.pen.in fi.de offi.deleg.& vide Iaſo. in d.l. 2. Colum.2.& an habeat locum in filijs naturalibus tam in teſtamento patris,quam matris,vide Are.in §.item furio ſi.col.2.& ſeq.inſt. eodem, & in l.qui teſtamento.ff.eod. & an iſte tex.habeat locum quando præceſſiſſet aliud te ſtamentum , maximè à cæco factum cum clauſula dero gatoria,vide Soc.conſi.163.col.2.Item dic quod iſte tex tus procederet etiam in filijs legitimatis , vide Iaſon. in l.2.de vulga. & pupil.Item quòd etiam ſi non apparet de rogicu notarij,valeat,tenet Card.in conſi.133.in 2.col.An autem in teſtamento impuberis ſufficerent teſtes fœmi næ,vide Barb.in c.relatum.cl.1.col 21.de teſtamen.Item an diſpoſitio huius.§. procedat in patre naturali , vide Bal.ſingulariter decidentem quod ſic,in l.parentes.ff.de in ius vocan.quam forte legit cum præcedenti.& Bal.in l.humanitatis.C.de natura.li.& Alexand.hic, & Are.de quo habes ad Barto.in l.fin.C.famil.ercis.de tutore dato in teſtamento imperfecto,vide Alexād. conſi.140.Quod etiam teſtamento patris inter liberos requiratur titulus inſtitutionis,vide Alexand.conſi.449.in penult.column. declara hoc vt per Alexand.conſi.178.volum.5.column. 2.quem omnino vide.Item iſtum text.dum loquitur de admiſſione extraneæ perſonæ,limita vt per Alex.conſi. 594.in 4.colum. Item nota quod in ſubſtitutionibus ad miſſio vnius perſonæ faciat vt ſubſtitutus non excluda tur,vbi alias fuiſſet excluſus, vide Dom. Franc.in conſi. 53.in penult.column. Item an in teſtamento patris inter liberos ſint omiſſæ omnes ſolennitates iuris ciuilis , & ſeruetur merum ius gentium,vide Rom.conſi.179.in 3. & 4. column. & ibi etiam in 5. column. dicit diſpoſitio nem huius §. procedere in matre. Et quid in patre adi mente? & in 6.column.ſignanter dicit diſpoſitionem hu ius.§.non procedere, niſi pater omnibus æqualiter pro uideat, de quo per eundem conſi. 385. Item illud,quod dicitur de admiſſione extraneæ perſonæ,limita niſi adeſ ſent quinque teſtes, quod ſufficerent ad probandum le gatū,vide ſingulariter Pau.de Caſt.conſi.147.circa prin. Circa tamen illud,quod dicit Roma. ſupra quod debeat diſpoſitio eſſe æqualis inter liberos , alias non procede ret iſte §.contrarium ſentit expreſsè Com. conſi. 113.in 1.column.in verſicu. pro parte affirmatiua ibi,nec pror ſus eſt eadem ratio, dum allegat iſtum §. ex imperfe cto,& l.ſi.ſupra famil.ercis.vide Moder.hic, & Decium conſi.105.column.vltim.vbi etiam ponit quod iſta regu la non procedat exiſtente nullo teſtamento ex præteri tione alicuius ſolennitatis.Et quod iſte §.habeat locum in legitimato,vide Bal.in ca.de cauſis.in pen.colum.extr. de offic.delega.Item an teſtamentum inter liberos dica tur ad pias cauſas adeo vt gaudeat priuilegijs piæ cauſæ, vide Ant. diſputantem & concludentem quod non , niſi reſpectu legitimæ , conſi.25. in 1.& 2.col. prope finem, quomodo intelligatur illud. Qui vult Eccleſiam inſti tuere , & filium exhæredare , quærat alium pro conſi. quam Auguſtinum. Et quantum ad legitimam quod ſunt magis priuilegiati liberi, quam pia cauſa , circa iſta vide quæ habes poſt Bart. in l.ſi quis ad declinandam.ad fin.ſupra de Epiſc. & cleri. Item quod inter liberos non valeat teſtamentum nutu conditum,licet valeat ad pias cauſas,vide Ial.in l.licet.colum.2.C. de procur. Et quod non valeat etiam inter liberos,niſi probetur volūtas ſeu ſcriptura

ſcriptura ſaltem per duos teſtes idoneos,& quod nō va leat,ſi ſcriptura non habeat diem,vide Pau.conſi.98.vo lum.2.vide latè Barba.conſi.58. vol.4. Quomodo valeat teſtamentum imperfectum ratione ſolennitatis vel vo luntatis inter liberos , & quid ſi non ſit lectum, vide ad Bar.in l.ſi is qui.ff.de teſt.& in l.fideicommiſſa.§.quoties, de leg.3. An autem diſpoſitio huius.§.& auth.ſequen. lo cum habeat,vbi eſſet inſtitutus filius ex filia,ſtante com muni vſu loquendi,quod appellatione liberorum vel fi liorum non comprehendatur filius ex filia vide Barba. quod non,conſi.88.col.3.& ſeq.vol.4. Adde quòd iſta di ſpoſitio non procedit in cæco teſtante non ſeruata ſolen nitate,de qua in l.hac conſultiſſima.ſupra tit. 1. Item nō procedit vbi præceſſiſſet aliud teſtamentum inter libe ros,vide Com.conſi.112.incip.& ſi teſtator. Quid autem in pia cauſa,an valeat teſtamentum imperfectum ratio ne voluntatis,vide Pau.conſi.201.circa finē,& conſi.367. Et an diſpoſitio huius §.habeat locum in pia cauſa,vide Pau.conſi.11.in vlt. colum. & vide omnino in repetitio ne l.cum acutiſſimi.in 47.col. C.de fideicom.Item quod valeat teſtamentum inter liberos ſine recitatione cum tribus teſtibus,vide Pau.conſi.367.& in princ.Et ibi etiā ponit an in tali teſtamento poſſit fieri ſubſtitutio pupilla ris,an vero requirantur quinque teſtes,prout in §.ſi quis autem.Et circa illud,quod dixi de imperfectione ratio ne voluntatis in pia cauſa,vide Barba.in repetitio.l. cum acutiſſimi.in 4.col.Prædicta faciunt ad quæſtion.quòd ſi teſtator ſcripſit in ſchedula totam voluntatem ſuam, in qua filios inſtituit,fortè in diſparibus, item extraneis fe cit legata,deinde in capſam repoſuit ipſa nō lecta, quod valeat,quia eſt perfecta ratione voluntatis,licet non ſo lennitatis.Ita tenent Gul.de Cu.Bal.Sal.Bart.in l.is cui.ff. eo.& Bart.in l.fideicom.ff.de leg.3.& eſt text. quando eſt ſcripta manu teſtatoris,in authent.quod ſine.infra eodē, & ibi Bal.& Pau.de Caſ. Qui aūt eſſet ſcripta alia manu q̄ teſtatoris Bal.& Pau.ibi tenet cōtrariū. Dicit Alex. poſſe ſaluari Bar. qñ per duos teſtes poſſet probari , quòd eſſet ſcriptura teſtatoris, iūctis his quæ proximè eſt dicturus. Tu vide Bal.in terminis conſi.317.volum.2.Barto.idem voluit Abb.conſ.168.2.libr.dummodo contineat diem, & nomen principis.Ita dicit tenere Bal.in d. auth. quod ſine.& vide quod Bald.conſi.70.4.lib.conſuluit, quòd ſi teſtator aſſerat inter liberos,ſe certo modo teſtatum, q̄ illa verba probant teſtamētum.an autem hæc lex habeat locum in liberis naturalibus? Spe.tenuit quod ſic.in tit.de inſtru.edic.§.compendiosè.verſicu.quid ſi pater. argu.l. naturali.de confirma.tuto.Idem tenet Pau.de Caſtr.hic, quia ſatis rationabilis opinio ; & idem Pau.in l.fin.ſupra famil.erciſcund.Rom.conſi.129.Ang.dicit quòd omnes Doc.Bon.not.conſuluerunt contrarium.Bal.tenet quod in patre non habeat locum diſpoſitio huius legis,in ma tre ſic,niſi ſit illuſtris.Idem tenet Alexan.tamen vt reſert Roma.in dicto conſi.179.Bal.in l.ſi qua illuſtris infra.ad Orfi.& in l.humanitatis.de natu.liber.& in l.fin.ſupra de cōfirmand.tut. tenet quod etiam habet locum in liberis naturalibus ſimpliciter.An autem filius in minus ſolenni voluntate poſſit parentes inſtituere.Spec.quod non,eo.§. ver.quid ſi filius. Et quod teſtamentum imperfectum ra tione voluntatis non valeat inter liberos,conſuluit Abb. conſi.105.2.lib. Vide tamen inquantum dictum fuit ſu pra quod hic §.habeat locū in liberis naturalibus, quod voluit Spe.in tit.de ſtatu mo.verſi. 2. an autem valeat pu pillaris ſubſtitutio in teſtamento imperfecto , vide Pau. de Caſt.conſi.253 ibi tranſit cum Bar.in l.2.ff.de vulgar. & pupil.An autem pater mutus teſtari poſſit inter filios, Ang.tenuit quòd non,ſi valet loqui,conſ.257.An autem teſtamentum primum ſolenne , in quo teſtator filiā vnā vniuerſalem hæredem inſtituit,& alteri fecit legatum,& in eo appoſuit clauſulam,quod ſi ſecundum faceret , vo luit nullius eſſe momenti, & ſecundo facit teſtamētum, in quo filias prędictas æqualiter inſtituit,& probatur per

quinq; teſtes quod primum reuocauit,ſit primum reuo catum? Roman. conſuluit quod ſic,conſilio.386.vbi de hac materia,& per Bald.conſi.265.& 322. ſecundo.libr. & conſi.22.& conſi. 242.3. volumin.& conſi.70.& 198. 4.vol.per Oldr.conſi.119.per Alex. conſi.156.2. volu.& conſi.123.1.volum.& conſi.125.2.vol.& conſi.76.4. vol. per Pau.de Caſt.conſi.189.& 253. Adde etiam ſecundum Pau.de Caſt.conſi. 204. quod ſi teſtator infirmitate gra uatus, vocatis teſtibus & notario , faciat ſcribere ſuam voluntatem,& de parte in partem notarius ſibi legat au dientibus teſtibus vſque ad hæredis inſtitutionem inclu ſiue,& ſic ponat annum , menſem , diem & actum, &c. & cum vellet relegare teſtator expirauit,& dicta ſcriptu ra non reperiatur in protocollis notarij , quod per teſtes probari poterit.

CLXXXIII.

1 *Teſtamentum perfectum non tollitur per imperfectum , niſi curſu decennij.*

1 TEſtamentum † perfectum non tollitur per imper fectum , niſi curſus decennij ſubſequatur. Hoc di cit lex notabilis , & ſingularis in l.ſancimus. C. de teſta mentis.

ADDITIO.

Quid ſi in ſecundo eſſet inſtituta pia cauſa? Vide Alex.conſ. 594.in 2.volum.& pro declaratione illius legis vide om nino Abb.in conſi.6. volum. primo.& latè Barbat.conſi. 89.volum.4.colum. .Et quid ſi in primo ſit clauſula de rogatoria ſecundi,an primum tollatur? Videl. ſi quis in princip.teſtamenti.ff.de lega. 3. Et vtrum de illa clauſula ſit facienda mentio ſpecialis,per Bal.ibi , qui hoc intelli git verum,niſi ex aliquibus coniecturis poſſit apparere, quòd voluerit illud tollere,puta, ſi interuenerit iuſta cau ſa,vtpotè odium, vel inimicitia inter ipſum teſtatorem & inſtitutum.Item ſi iurauit teſtamentum ſecundum va lere.Item ſi ipſum fecit apud acta. Item ſi lapſum eſt de cennium.Et iſta dicit Pau.eſſe notanda , quia non repe riuntur alibi. Addę tu ad hoc quæ conſuluit Bal.con.178. volum. 4. vbi teſtator dixit in primo velle illud præuale re omnibus,niſi in ſecundo eſſet ſcriptus Pſalmus,Miſere re,ſua manu,& deinde fecit aliud,& dixit illud velle præ ualere cuicunq, alij teſtamento à quouis notario facto, quod per iſta verba primum eſt ſublatum,quia non figu ra verborum,ſenſus intellectualis ipſius teſtatoris eſt at tendendus.

CLXXXIIII.

1 *Subſtitutio vulgaris ſi facta ſit duobus ſimul & copulatiuè,nō habet locum in perſona vnius,niſi habeat locum in perſona vtriuſque.*

1 QVando ſubſtitutio † vulgaris eſt facta duobus ſimul, & copulatiuè , non habet locum in perſona vnius, niſi habeat locum in perſona vtriuſque. lege quamuis. C. de impuber. & ali. ſubſtitu. quod habeo pro mul tum ſingulari , & neſcio alibi ita clarè, nec fortè aliquo modo.

ADDITIO.

Circa materiam , quod vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, vide Alexand. conſi. 186.poſt medium. vol.primo.& per modernos in l.ſi ad litem.in princip.ff. ſolu.matrimo.& in l.in teſtamento.col.7.C.de teſta.mili. & ibi Iaſ.col.4.& in l.contra maiores,poſt prin.de inoffi. teſta. vbi etiam dicit , quod aliquando ſecus. Item adde, quod vbi plures determinationes reſpiciunt vnum ver bum,quælibet per ſe determinat , nec inter ſe inuicē de terminantur, vt declarat Bal. per illum tex.in l.præter.§. ſi quis aduentu.ff.vi bono.rapto.

CLXXXV.

1 *Bonorum poſſeſſionem agnoſcēs, videtur de iure ciuili adire, ſi poteſt.*

1 Qui

1 QVi agnoscit bonorum possessionem, videtur de iure ciuili adire si potest. l. puberem. vbi est notabilis casus. C. de iure deli.

ADDITIO.

Vide Oldrad. consilio. 543. ad fin. & Cepo. cautela. 26. columna. 2.

CLXXXVI.

1 *Hæres suus maior repudians potest suam abstensionem reuocare intra triennium ante bona vendita, & quid si in minore?*

1 SVus hæres maior repudians potest suam abstensionē reuocare infra triennium ante bona vendita, sed minor vel inutili tempore constitutus potest etiā post triennium, & post bona vendita. Hoc dicit notabilis & singularis lex, in l. si quis. C. de repu. hære.

ADDITIO.

An ista facultas reuocandi transmittatur ad hæredes? vide Alex. in l. si filius qui patri. pen. col. de vulg. & pup. & Ias. in l. qui se patris. C. vnde liberi. & Aret. late in l. ventre. in 6. col. ff. de acq. hæred. Et vide Ale. & modernos in l. 1. C. de iure delib. & Ale. in l. quia poterat. column. penu. ff. ad Trebel.

CLXXXVII.

1 *Hæres scriptus ex sola inspectione testamenti mittitur in possessi. nisi appareat legitimus contradictor, alias causa cognita.*

1 EDictum † diui Adriani cum sua vicesima est sublatū, & scriptus hæres ex sola inspectione testamenti mittitur in possessionem, si non apparet legitimus contradictor, & si apparet mittitur causa cognita, & angustię temporis sunt sublatæ, nisi res legitimè sint præscripte. Ista est lex singularis, quæ non est alibi, in l. fi. C. de edic. diui Adria. tol.

ADDITIO.

Ad istam legem vide Bar. in consi. 55. colum. 14. volum. 2. & Imo. consi. 105. & Bald. in cściscitatus. colum. 3. de rescriptis. & consi. 50. in vlt. parte. An autem illa lex habeat locum in causa testamenti, vide Rom. consi. 43. & eundē in materia, consi. 235. in fin.

CLXXXVIII.

1 *Alimenta etiam ex inutili voluntate debentur, si per triennium præstita fuerint.*

1 PRæstatio † triennalis facit vt alimenta etiam in futurum debeantur ex inutili voluntate. Text. est singularis & notabilis, qui fortè non est alibi, in l. prima. C. de fideicomm.

ADDITIO.

Item operatur illa triennalis præstatio aliam præsumptionem, quam habes in casu singulari l. quicunque. infra de apo. pu. lib. 10. Et ad gl. & ad tex. istum adde Bar. in l. si id. in princ. ff. de iurisd. om. iud. Adde quod ista est singularis lex de cuius materia vide Bar. in l. proxi. & no. signat Bal. in l. aduersus. C. de vsuris. Et sic istud triennium operatur in casu fauorabili, ad inducendum liberationem, vt ibi, iuncta gl. Et limita hanc l. pluribus modis, vt per Ang. in reper. l. si certis annis. supra de pactis, & ibi dixi. Et hanc l. extendit Bart. & ibi vide. Et hoc, quod dicitur in l. putat Barto. an lege, si certis annis, & in l. cum de in rem verso. ff. de vsur. procedere etiā in legato dotis, & in legato ad refectionem vię, & in alijs similibus fauorabilibus, vt ibi per eum, & idem tenet Bald. in d. l. si certis annis. & cum Bar. transit Ang. & Fulgosius in d. lege, si certis. Et idem tenet Bar. in quadam disputatione incipiente, mulier. Antonius de butrio in repetitio. c. peruenit. in septima colū. de censibus, & Ioannes de Imo. in l. si vero. in §. de viro. in 7. column. ff. soluto matrimonio. & Fulgosius dict. l. cum de in rem verso. & Matheslanus in suo tractatu extensionum. Et subdit Angelus in repetitione dict. legis, si certus, quod idem erit in legato facto pro redemptione captiuorum, vel pijs locis, cum hæc tāquam pia dispositio sit fauorabilis. allegat l. si quis pro redemptione, supra de don. & l. si quis ad declinandam. supra de epis. cop. & cler. Pietatis enim causa mouit hic legislatorem ad ita statuendum, ex quo dicit Anton. se nouiter inferre, q hæc lex non habeat locum in legato alimētorum relicto diuiti, quia tunc cessat ratio pietatis, vt no. gl. in l. illud. in versi. aliam causam. supra de sacrosan. eccles. & declarat Bar. optimè in rep. l. 1. in 2. quæ. secundæ partis principalis, eo. tit. Non obstat l. cum hi. §. nihil. ff. de transa. vbi nō potest transigi inconsulto prætore super legato alimentorum relicto pauperi, vel etiam diuiti, quia tunc dixit Anto. q illud est ex extensione iureconsulti in casu illo, quod non reperitur in casu isto. Hanc tamen limitationē reprehendit Ale. de Imo. in d. l. si certis annis. Hanc tamē Flor. in d. l. cum de in rem verso. simpliciter ponit illam limitationem, & alias duas, quas infra recitabo, & eas approbat, licet nullam de Ant. facit mentionem. Secundo limitat Ant. hanc legem non habere locum, quando testamentum esset inutile eo quia testator non erat habilis ad testandum, quia tunc lex resistit testandi potentiæ, & sic ex eo testa. nō oritur naturalis, nec ciuilis obligatio. l. nō dubium. C. de legi. & l. cum lex. & ibi not. per Barto. ff. de ideiuss. Quam limitationem intellige veram, quando testator erat inhabilis ex defectu iurisgentium, secus si à iure ciuili tantum, quia tunc bene oritur naturalis, cum naturalis sit inuenta de iure naturali seu gentium. l. cum amplius. in fi. de regulis iuris. Et hoc verificatur ex not. p Bart. in repetitione l. 1. 2. quæstione principali, quam expedit per 5. quæstio. supra de sacrosan. eccl. vbi concludit, quod relicta ad pias causas debentur, licet testator esset inhabilis ex defectu surgente à iure ciuili tantum, & ibi ponit qui sunt isti defectus. Tertio limitat Ang. in prædicto loco hanc legem non habere locum, vbi testamentum esset inutile, propter imperfectionem voluntatis, eo quia voluntas imperfecta non est voluntas. l. ii is cui. & ibi no. ff. de test. & ideo debet intelligi hæc lex imperfecta, ratione solennitatis deficientis, quo casu oritur naturalis obligatio, vt not. gl. in l. si pōt diuisionem. cum si. supra de iuris & facti ignoran. Dic quod illud pendet ab illo, an testamētum imperfectum ratione voluntatis valeat ad pias causas, vel inter liberos, de quo, &c. Item aduerte ad illud, quod dixi in principio, quod licet cōmuniter extēdatur hæc lex ad legatum dotis, & refectionis viæ, tamen secundum Salicetum in d. l. si certis annis, supra de pact. illud non videtur verum, quia ea quæ fiunt contra ius commune, non debent extend. l. ius singulare & l. quod vero. ff. de leg. & præsertim cum non sit ratio in dote, quia legatum alimentorum dicitur pium. Text. est optimus in l. Mela. post princ. ibi, pietatis intuitu. ff. de ali. & cibaria lega. not. Bar. in l. alio. circa 2. col. eo. tit. Ité super eo non potest transigi prætore incōsulto. l. cum hi. §. in his. ff. de transact. quod non reperitur in dote. & per multas alias rationes, de quibus ibi per eum. Tamen tene opi. Bart. quæ est communis. Primò, quia dici potest, causa dotis sit causa pia. l. cum his. §. si mulier. ff. de cond. indeb. & no. Bar. per illum tex. in l. ii ego. in prin. ff. de iure dotium. & Bal. in repe. l. 1. in 7. col. de sacrosanct. eccl. & in l. sicut. de act. & obli. in l. mandatum. supra mandati. & æquiparatur causæ alimentorum, vt colligitur ex not. per gl. in l. obæs. supra de prædijs minor. & not. Bar. in l. fina. de his quib. vt indig. cum simi. & probant iura allegata per Bar. in d. l. si certis annis. Et respōsionem ad alia quæ dicit & objicit Salicet. vide per Alex. de Imo. in d. l. si certis annis. in versi. præterea ego video in libertatib. Nota quod libertates sunt ita fauorabiles, sicut alimenta, vt probat tex. in c. causam matrimonij. de offi. deleg. Adde latius videndum per Alexan. in d. l. si certis annis, & quæ ibi posui.

CLXXXIX.

1 *Hæreditas si ex testamento adiri nō possit propter errorē defuncti iñ coniunctione personæ, legata & fideicommissa simpliciter relicta à venientibus ab intestato debentur.*

1 QVando † hæreditas non potest adiri ex testamento propter errorem defuncti in cōiunctione personæ, legata & fideicommissa simpliciter relicta debeutur à venientibus ab intestato. Hoc dicit singularis lex quæ non est alibi, secundum lecturam Azonis in l. eam quam. C. de fideicommissis.

CXC.

1 *Electio transmittitur in legatarium, si res relinquitur eligenda per tertium, & is per annum eligere negligat, dummodo eligat rem mediocrem.*

1 SI relinquitur tres eligenda per tertium, illo non eligente ve. negligente per annum transfertur electio in legatarium, dummodo eligat rem mediocrem. l. 3. §. fed & si quis. C. comm. delegat.

ADDITIO.

Nota tamen, quod si duo possint eligere, & vnus negligit, vel latitat, alius poterit eligere. l. si legatario, & ibi Bar. ff. de fideicom. liber. Et nota d. §. sed & si quis, non habere locum in personarū electione, sed rerum tantum, vt no. Bal. in l. fi. C. de contrahen. emptio. vbi etiam videtur velle, quod duret, donec partes ab eo velint recedere, per authen. si tamen. C. de temp. appel.

CXCI.

1 *Fideicommissum potest peti tanquam ab hærede adita fuerit hæreditas, si hæres rogatus ante aditam hæreditatem post iussum decedat.*

1 HAerede † rogato decedente ante aditam hereditatē post iussum, fideicommissum potest peti tanquam ab eo adita fuisset hæreditas. l. non iustam. C. ad Trebel. quæ lex est bona, & ego habeo eam pro singulari, & nescio illi dare concordantiam.

CXCII.

1 *Fructus non computantur in Trebellianicam, quando filij rogantur pro hæreditate restituenda fratribus, vel eorum filijs, sed eam debent habere de substantia defuncti.*

1 QVando † filij rogātur pro hæreditate restituenda fratribus, vel eorum filijs, fructus non computantur in quartam Trebellianicam, sed eam debēt habere de substantia defuncti. l. iubemus. quæ est valde notabilis & singularis. C. ad Trebel.

ADDITIO.

Dum hic dicitur fratrem nō restituere fructus, nec in quartā computare, aduerte per casum in l. fideicomm. §. cum Pollidius. de vsu. iuncta l. quod his. de leg. 3. & quod notat Bar. & Imo. in l. cum filio. circa fi. post Iacob. de Aren. de leg. 1. Et hanc l. limita not. secundum gl. in c. Rayn. super versi. lite contestata. de testa. An autem isti fructus cōputentur in legitima? vide not. in l. papinianus. §. vnde. ff. de inoffi testam. Quid isto casu in relicto causa conditionis implendæ? vide Bart. in l. filium. C. fam. ercisc. nd. in lectura Azo. & ibi Bal. in 3. col. Et an idem sit in parentibus primi gradus? dic quod non, vt in l. filiusfam. ff. ad leg falcid. & ibi doct. Et hęc lex procedit etiam si filiusfamilias fuerit in mora restituendi, secundum glos. not. & ibi Imo. in l. in fideicommissariam. in princip. ff. eod. Vide ibi, in c. Rayn. in gl. in verb. à tempore lit. contestatæ. Et ad istam legem vide Imo. in l. scribit. ff. eo. Bal. in l. balista. Bar. in l. in fideicommissariam. & l. si patroni: alias in l. poltulante. §. 1. ff. eo. Adde dum hic dicitur, quod quando filij sunt rogati restituere hereditatem filijs, nō computantur fructus, dicit Paul. de Cast. se idem putare multo fortius quando extraneus, nam si aduersus proprios liberos habent hoc priuilegium, multo magis debent habere aduersus extraneos, & dicit mirari quod doctores hoc non tangant. Sed hoc suum dictum non videtur procedere per ea quæ consuluit Abb. consi. 88. libro. 1. quod licet filius rogatus restituere non præstet satisdationem, tamen si sit rogatus restituere patruo, debeat satisdare, cū contrarium videretur dicendum ex maioritate rationis, quia extraneus erit magis ingratus, & ibi refert qđ hoc motiuum fecit vacillare Cinum in d. l. non iustā, & quod respondet quòd lex non debet extendi vltra personas nominatas. Pro qua opinione etiam allegat duas glo. vnam in l. 1. ff. vt leg. no. caue. in verb. semper. aliam in l. filio. eo. tit. Scias etiam quod illud, quod dicitur, quod filius rogatus de restituendo sub conditione detrahit duas quartas. illud est verum, nisi filio de legitima sit prouisum per patrem. Ita dicit Bald. esse intelligenda iura de hoc loquentia in consi. 138. libr. 1. Et de intellectu. d. l. non iustam, & an hodie sit correcta, vide omnino Commē. consi. 25. in pen. col. & consi. 52. inci. ad primum quęstion. col. 1. & 2. & plenè per doc. in d. l. in fideicommissariam. ff. ad Treb. & glos. ordina. & ibi cano. in d. cap. Raynan versi. contestata. de testa.

CXCIII.

1 *Fideicommissi restitutio soli tutori fieri potest, & etiam cui libet simplici procuratori, non autem procuratori in rem suam.*

1 SOli tutori † restitutio fideicommissi fieri potest, & etiam cuilibet simplici procuratori. l. sancimus. in princ. C. ad Trebe. l. restituta. in princip. ff. eod. non autem a fieri potest procuratori in rem suam. l. si mulier. §. ex ase. ff. de iure dot. qui §. non est alibi, vt dixit post. glos. in d. l. sancimus.

ADDITIO.

a Procuratori in rem suam. Limita secundum eundem Bart. in d. l. sancimus. nisi talis procurator, seu cessionarius ageret, vt restitueretur cedenti pro suo interesse, quia facta restitutione cedenti ipso iure vtiles actiones transiatę sunt in cessionarium. arg. eorum quæ not. in l. ex asse. ff. ad trebe. quod pro singulari commendat Cæpol. cautel. 140.

CXCIIII.

1 *Legata relicta sub conditione, vel in diem incertum, cedunt à die aduenientis conditionis, vel diei incertæ, & quid si efficiantur caduca ad quem vadant.*

1 LEgata relicta † sub conditione vel in diem incertum cedunt à die aduenientis conditionis vel diei incertæ, & si efficiantur caduca, vadunt ad substitutū vel substitutos vel coniunctos, vel remanent apud eos à quibus relictum est, si sunt hæredes pro hæreditaria portione, si sunt alij pro virili cum onere suo l. 1. §. finautem aliquid. C. de caduc. tol. vide tamen mirabilem casum & singularissimum contra hoc in l. qui patri. de acquirend. hæred. Sed dic, quod ratio ibi est, quia ius substitutionis erat vnitum cum iure accrescendi.

CXCV.

1 *Coniuncti re qui dicantur?*

1 ILli dicuntur re coniuncti, quibus expressa dispositione testatoris tota res assignatur cuilibet. Hoc probat singulariter text. in l. 1. §. vbi autem. C. de cadu. tollen.

CXCVI.

1 *Hæreditas ascendentium non adita transmittitur ad descendentes, nisi repudiata sit, idem in legato non agnito.*

1 HAereditas † ascendentium non adita transmittitur ad descendentes, nisi repudiata sit, idem in legato non agnito. Hæc est singularis constitutio in l. 1. C. de ijs qui ante apert. tab.

ADDITIO.

Vide Barto. in l. si auia. C. de iur. dot. Sed vtrum d. §. vbi autem. habeat locum in transmissione bonorum possessionis de iure prætorio? glos. & Bart. in l. emancipata. C. qui admit. dicunt quod sic, sed Bal. ibi dicit, quod fallit in bonorum possessione contra tabulas, & quid iuiure dicendi nullum testamentum ibidem tradit Alex.

CXCVII.

1 *Fratres uterini præferuntur in rebus maternis, in paternis consanguinei, in rebus vero aliunde quæsitis succedunt æqualiter.*

1 IN rebus maternis præferuntur fratres vterini, in rebus paternis præferuntur consanguinei, in rebus aliunde quæsitis succedunt æqualiter. Hoc dicit singularis lex, quæ in hoc non est correcta, in l.de emancipatis. C.de legib.hæred.

ADDITIO.

Adde notata per Bart.in l.2.in §.legitima.ff.de suis & legit.

CXCVIII.

1 *Pater succedit in vsufructu bonorum maternorum ad filios delatorum, & quid si sint in potestate? Et an idem sit in nepotibus?*

1 IN bonis maternis filijs emancipatis delatis pater succedit in vsufructu, si sunt in potestate in totum, idem in nepotibus. Ista est lex singularis & menti tenenda, in l.3. C.de bon.maternis.

CXCIX.

1 *Pater cogitur filio in iudicio consentire in rebus in quibus patri non quæritur vsusfructus.*

1 IN rebus † in quibus patri non quæritur vsusfructus, quia non vult, cogitur pater filio in iudicio consentire. Text. est notabilis & singularis secundum lecturam quam reputo veram in l. fina. §. necessitate. C. de bonis quæ liber.

ADDITIO.

Vide etiam pro limitatio.huius §.Ange.de Aret.in titu. de tutel.in princ.in gl.1.& in §.in personam. Instit.de actio. Item circa materiam istam adde primo an ista exceptio, tu non potes esse in iudicio sine consensu patris, non pōt opponi ante litem cōtestatam, an vero potest semper opponi? vide Alex.in l.sed si de sua.circa fi.ff.de acquir.hære dita.nota tamen quòd licet filius non possit esse in iudicio sine consensu patris, posset tamē impetrare rescriptū, & obtinere iudicem delegatum sine consensu patris dūmodo postea ita agēdo præstetur cōsensus, ponit ad hoc tex.quem ibi notat Abb.ad illud propositum simile in c. causam quæ.in 2.col.extra de iud.& de ista materia maximè si in exequutiuis requiritur cōsensus patris, & de pluribus aljs maximè si filiusfa.sit minor, vide Ale.cōs.201. in princ.& an separatus à patre possit esse in iudicio sine patre, vide Bal.in l.2.§.quod obseruari in 4.col. C. de iuramento calum.in l.1.in 2.col.ad Macedon. Item nota q̄ in casibus in quibus minor potest stare in iudicio sine cōsensu,& authoritate tutoris vel curatoris, illis potest filiusfam.sine patre.gl.sing.in c.fin.in versi.regulariter. de iudic.in 6.nunquid autem cōsensus patris præstitus filio in aliquo instrumento operetur vt filius possit patrem obligare? vide Bal.pulchrè.in l.1.C.quod cum eo. Item an requiritur consensus patris in his in quibus patris nō quæritur vsusfructus? vide Franci.consi.72.in 6.col. Item quod etiam in summarijs requiratur, tenet Bal. in l. nec quicquam.§.de plano.circa fi.ff.de offic.proconsl. & leg. Item an ipse filius possit dicere iudicium nullum nunquā agitatum sine patre, vide Pau.cōsi.54. Item si filiusf.in instrumento dicit se patremfam.an per hoc reddatur obligatio efficax sine consensu patris? vide Paulum consi.174. Item adde quod si filius agit iudicium cum filiofam.sine consensu patris est ipso iure nullum, nec fideiussores qui sē obligant aliquo modo tenentur ad expēsas, vide Anæ consi. 18.post princ.& ibi loquitur etiam si per errorem fuisset decretus curator illi filiof.quia omnia sunt nullius momenti. Item quòd filiusfam. possit implorare officiū iudic.sine licentia patris,& qualiter istud intelligatur, vide Iaso.in l.nec quicquā.§.vbi decretum.in antepen.col. ff.de offi.proconsul.& legat.in l.1.C.qui admit.in 4.colū. Item an sufficiat in fine iudicij allegare quem filiumfa. vbi iudicium reddatur nullum, licet aliter non probetur quod sit filiusfam.quasi eius pater præsumatur adhuc viuere, vide Cepol. caute.144. Aret. latè in l.sed si de sua. col.4.de acquir. hæred. Item an vbi proceditur summariè & sine figura iudicij requiratur. Bald.in d.§. de plano, de quo supra tenet quòd sic, sed contrarium sentit ipse in l.3.§.sed vtrum.de minor. vide Natam in d.l.sæpe.in §. fi.in antepen.chartain.5.quæst.princ.ad fi. Item quod de dote aduentitia filiusfa. possit esse in iudicio sine consensu patris, & idem in his in quibus non acquiritur vsusfr. patri, vide Ias.in l.2.§.quod si in patris.in 4.col.ff.sol.ma. Item quod in peculio profectitio possit filiusfam. esse in iudicio sine consensu, vide Baldum in cap.quod quibusdam.in 1.col.de fide instrum. Item quod in materia dotis filiusfam. possit esse in iudicio sine consensu patris, vide Barb.in consi.46.in 2.parte.col.12. Et in materia huius §. dicas istum §. non habere locum, quando filius habito consensu patris in iudicio, fuerit demum condemnatus, & actio in factum intentatur contra eum pro exequēdo sententiā, quo casu nullus erit necessarius consensus in hoc iudicio. Secundo gl. est de hoc multum nota. in l. 3. §. sed vtrum in gl.olim.alias in gl.non fraternale.ff.de minor.& ibi dixi. Item limita, nisi iure extraordinario ageretur, secundum gl.l.i.& ibi Bartolus supra qui admit. Facit l.si filius. si certum petatur. Item limita, in omnibus casibus, in quibus minor potest esse in iudicio sine cōsensu patris, secundum Spec.in titu.de actione.§.1.versi. sed nunquid in casibus.de quibus in cap.fin.de iudic.in 6.vide glo. ibi in verbo, regulariter. Et de materia huius §. vide Iacobū de Belui. in sua disputatione in summario ibi consentire,& non sufficit in hoc casu præsentia cum tacita turnitate, secundum Ioan. And.in c.fin.de iud.in 6. Adde quòd Bal.quem sequitur Paulus de Castro dicit, q̄ pro opinio.gl.& Alexandri,& antiquorū est casus in dicto capi.fin.de iudic. Nam.ibi datur regula quòd filiusfam. nō potest esse in iudicio sine consensu patris, & illa regula generalis non potest intelligi, nisi in casibus, in quibus ipse filius agit,& agere potest, quia sibi competit exercitiū actionis. Et sic quando pater non habet vsumfructum, qualitercunque non habeat, siue quia nolit, siue quia nō possit, quia ti haberet, exercitium actionis competeret patri, non sibi, vt infra eodem.§.ubi autem, & postea ab illa regula excipit casum.l.in casibus beneficialib. de quibus pater nō habet se intromittere, quia nō habet vsumfructum. Et ratio est, quia talia censentur potius castrensia, vel quasi, & in illis dicitur militare deo, nec requiritur consensus patris, in alijs non beneficialibus, quæ non reputātur castrensia, & in quibus filius nō militat, posito quod pater non habeat vsumfructum, nec sit legitimus administrator, saltem debet intervenire ad interrogandā eius personam, per illud ca.fi.& dicit Paulus de Castro, se verè putare quod hęc fuerit mens Imperatoris, de quo vide per eum, eius consi.55.

CC.

1 *Præsentes qui dicantur?*
2 *Scientia eius contra quem præscribitur, non requiritur ad præscriptionem.*

1 PRæsentes † dicuntur qui sunt de eadem prouincia, & debet inspici vbi partes habent domicilium, non vbi res est sita. Item † ad præscriptionem scientia eius, contra quem præscribitur non requiritur. Hoc dicit lex, quæ est multum notabilis & singularis in l.fi. C.de long. tem.præs.

ADDITIO.

Vide Alex.in l.cum filius.§.in hac.in 2.col.de verb.oblig.verum est quātum ad hoc vt mero iure currat præscriptio, sed ignorāti datur restitutio in integrum. super quo vide omnino quę habes ad Bar.in l.1.§. si quis autem propter inundationem.ff.de itin.actuq; priu. vbi vide. Item istā l. repetit Bald. in qua plura tangit de materia præscriptionis. Item quo ad illud quod hic dī, q̄ contra ignorantem currat præscriptio. vide Felinum in c.vigilanti. in 2.& 3. col.extra de præscrip.& multa quæ addidi ad Bartolum in l.1.§. si quis autem propter inundationem, de itinere actuque

actuque pri. adde circa illud quod dicit glos. in ista l.fin. quod ciuitates Lōgobardiæ habent ius ad instar prouinciæ, vt tenent etiam Cin.& Salic.hic. adde Bal.per.glo.ibi in c.1.in tit.hic finitur lex Conradi. Bal. in c.1.§. ad hæc. de pace iura.fir.in auth.& omnino.in 4.col.C.de vxor.p̄mar. Item in quantum in ista l.fi.tangit de præscriptione vsus fructus, ponit latè.in l.3.§.ex contrario. de acquirē. possess. vbi vide Aret.in 12.col. qui dicit quod requiritur titulus in rescriptione vsusfructus, licet secus sit in alijs seruitutibus prædialibus. Item in quantum dicitur quòd decem annis inter præsentes, & 20. inter absentes, adde quod fundans se in præscriptione decē annorum, debet probare possessionē cum illa qualitate inter præsentes, alias succumbit. Vide Alexan.omnino consi.92.in 5.vol. ad fin.& omnino in consi.118.in 4.col. contrarium tenet Bal.& Ang.in l.emptor. supra eod. vide omnino in repe. in ver.præscriptio. Et vide not. verba Bart.in l.in famem. in finalibus verbis. ff. de public. iudic. & Bar.in l.2.§.fi. C. de metropol.lib.10.& Io.de Imo.in l.si hæres.§.vicis, de legatis 1.& quod ibi scripsi,& dum dicit hic, de præscriptione quòd currit contra ignorantem, fallit in præscriptione annali, quæ non currit contra probabiliter ignorantem. l.cum sextum. ff. de edil.edict.& quia vbicunque lex notat culpam, annus non currit nisi à die scientiæ, vt not.in nouella, in c.seruorum. de ser.or. dixit Bal. in l.1. §. si quis propter. de itine. actuque priuato. Adde not. in l.fi.ff. si quis testam. lib. esse iussus sue.& plenè Bal.in l.j.in 10.col.C.qui admit. Et hoc limita notabiliter per tex.& ibi Bart.in l.1.§. si quis propter. de iti. actuque priu. Adde an præscripto currat ignoranti, Bal.consi.455.4.volu.& consi.123.vol.

CCI.

1 *Vendicandi ius per præscriptionem longi temporis quæritur. Idem per præscriptionem longissimi temporis bona fide factam. Et quid de male fidei possessore?*
2 *Inuasor violentus non potest referre quæstionem dominij.*

1 PEr præscriptionem † longi temporis quæritur ius vendicandi. Idem per præscriptionem longissimi temporis bona fide factam, sed male fidei possessor solam exceptionem acquirit. Item violentus inuasor non potest referre quæstionem dominij. Hæc est lex valde notabilis & singularis in l.fi. quis. in princip. C. de præscrip. trig. vel quadrag. annor.

2

ADDITIO.

Hoc procedit in violento non clandestino. casus est singularis in l.si de eo.§.fi.ff. de acquiren. possessio. Et an requiratur decretum vel vtile dominium? vide latissimè Fel. in rubr. ext. de præscr. in vlt. charta. Item quod dominium acquiritur, vide Ias. in l. traditionib. in 3.col. C. de pactis, in l.4.§.4.ff. de verbor.obl.& ibi etiam, an habeat locum contra heredem.

CCII.

1 *Citatio seu libellus super vna summa, vel obligatione, ea non expressa, sufficit ad interrumpendam omnem præscriptionem, quæ sub illius petitionis generalitate potest comprehendi.*

1 CItatio facta † seu libellus super vna summa, vel super obligatione, non expressa causa vel summa, sufficit ad interrumpendam omnem præscriptionem, quæ sub illius petitionis generalitate potest comprehendi. Hoc dicit notabilis & singularis lex, in l.fina. C. de anna. exceptio.

ADDITIO.

Adde ta men, quod non procedit libellus generalis productus coram aliquo, cui attributa est iurisdictio in certo & determinato casu, quia non procedit libellus coram eo productus nisi in eo fiat specificata mentio de illa qualitate iurisdictionis. Et ita consuluit Angelus in consilio, data est sententia. & tenet Ioannes Andreas in c. cum sit generale. de foro competēti, & dixit Bal. in l. edita. in 24. col. q̄ libellus generalis concludit iudici, dummodo propositiones sint specificæ. Et adde in materia quę dixi. ff. de rei vendicatione. l.1.§. armenta. & etiam executio instrumenti generaliter petita valet, vt hic, secundum Baldum in l. age cum Geminiano. supra de transactio. & quod dicitur, libellum defectiuum non procedere vbi opponatur, intellige, lite non contestata, secundum Baldum in l. exceptionem. in 4. col. supra de probationib. Et ista lex non procedit in criminalibus secundum Baldum in l. 1. in duodecima col. de confel. & vide notat. per Iaco. de Belui. in disputatione, quam ponit in l. fi. infra de requir. reis, & hac l. not. in l. edita. circa prin. supra, de, edendo. in 6. col. & habetur in c. 2. de lib. obla. Vide Baldum in l. per hāc. C. de temporibus appellationum. l. cum quidam. vbi est post eum, de fideicommis. lib. Sed quid si libellus est incertus per relationem ad aliud, vt puta, petijt quod sibi debetur ex testamento, an debeat admitti? Paulus de Castr. quod non si est oppositum. Ita dicit ipse in l. 5. §. si iudex. ff. de re iud. Sed quid si dico, peto omnes res meas, quas possides, vide Bartolum in l. rei appellatione. ff. de verborum significatio. & Paulum de Castro in dicto §. si iudex. vbi dicit illud, quod libellus incertus non valet, si opponatur, est verum in re principaliter petita, secus in accessorijs, vt puta, peto domum cum massaritijs, vel fundum cum fructibus. Allegat Bartolum in l. tertia. §. armamenta. de rei vend. & ibi per eum. & vide Cinum & Baldum. C. de secundis nuptijs. l. 1. seu authent. ibi posita, & ibi quærunt, nunquid procedit libellus, peto castrum cū suis pertinentijs? Item valet iste libellus, dico te esse meū consanguineum, licet nō exprimam gradum consanguinitatis. Est textus in c. leries. de testam. dicit tamen Spec. in tit. de libel. conceptio. §. fina. versi. caueat, quod si quis opponit non esse procedendum in causa, quia libellus est obscurus, quod tunc iudex debet libellum reijcere. Probatur in cap. fina. de lib. oblat. Et istud ibi volut Anto. de Butri. secus si petitur declarari, quia tunc potest super tali libello procedi, & est declarandus, & ita intelligit ipse. Et vtrum libellus incertus procedat, quando incertitudo pendet à tertio per alterum? vide in l. vbi autem non apparet. §. an illud. de verborum obligatione. Ad primū dictum vide Alex. in l. 1. ff. de eden. An iudex officio suo possit petere sibi declarari, vide post Bartolum in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infecto. Et hanc limita non habere locum in criminalibus, nam & si non opponatur, non valet, lege libellorum. in principio, iuncto versi. quod si libelli, & ibi Barto. ff. de acculat. & Alexand. in l. 1. ff. de eden. Item valet rescriptum incertum in nomine rei, vt voluit Ioannes Andreas in addi. Specu. in tit. de cita. §. 1. versic. quid si ego. Et in citatorio debet poni exprimi. vi de Moder. in ca. consuluit. de offic. dele. Et istum textū, qui loquitur in actione generali, quod non procedat ad exceptionem, vide Barto. in l. j. §. Labeo. ff. de flum. Adde de libello generali Bal. consi. 54. 4. vol. De incerto ratione rei, & quantitatis, & quando à iudice sit lacerandus, vi de etiam Baldum consilio. 111. 1. volumi. extende istam reg. quòd procedit libellus incertus parte non opponente, vt procedat etiam si libellus non excludatur de iure communi vel municipali, sed solum aliquo iure speciali. Ita Panorm. in capitu. ex parte 5. in 2. column. extra de foro competenti. Item duos casus in quibus non procedit libellus generalis, etiam parte non opponente, vide per Alexand. consi. 521. in 3. column. An autem in executiuis, & in quibus proceditur sine figura iudicij procedat libellus incertus seu petitio seu præceptum? vide omnino quæ habes addita in Bertachin. verticu. clausula rescriptorum, & in verticu. sine figura iudicij, vbi multa habes. Item multos casus in quibus procedit libellus generalis, & de regul. huius l. vide Iaso. in l. prima in principio. in prima & secunda column. ff. de edend. Item quod possit iudex etiam parte non petente cogere actorem declarare libellum suum, & similiter reum declarare

exceptiones, vide Iaſ. in l. age. in quarto no. C. de tranſact. Item quid ſi opponatur partem non poſſe ſequi ſententiam ſuam, licet declaretur, ſecus ſi petatur declarari, vide Soc. in l. edita. & Iaſ. ibi in 2. not. vide ad regu etiam p limitatione Dec. in c. dilecti. col. vlt. de iud. vide latè Fel. in c. 2. in 2. col. & ſeq. de libel. obla. vbi etiam quid in criminalib. & an libellus incertus procedat, vide Bart. in l. edita. in 3. col. ſupra de edend. & ibi Bar. in primo genere cumulationis. vide Bar. & ibi gl. in l. 1. in princ. in 3. colũ. de oper. noui nun. An autem libellus ſit nullus, licet generalis, vide gl. not. ibi, debebit. in l. ſi rẽ. ff. de rei ven. & ibi hoc tenet Iaco. Butrig. videlicet, quod ſit nullus, & ibi vide Ang. & reſpon. huic legi, quia hic loquitur de libello captatorio, ad interrumpendam præſcrip. ſed contrariũ eſt verum, quod tenet Spec. in tit. de iuriſdictio. om. iud. §. de ſeruit. verſic. quid ſi libellus eſt de electꝰ. & in c. 1. de ord. cog. Inno. in cap. 1. de libel. oblatio. Andræ. Barba.

CCIII.

1 *Sententia in qua non condemnatur procurator ſed dominus, qui in iudicio non interfuit. eſt ipſo iure nulla.*

1 SEntentia † in qua non condemnatur procurator, ſed dominus qui in iudicio non interfuit, eſt ipſo iure nulla. l. 1. quæ eſt ſingularis & bona lex. C. de ſent. & interlo. om. iud.

ADDITIO.

De hac materia vide Alexã. in l. 1. ff. de re iud. & in l. 1. ff. de verb. oblig. & Bar. in conſ. 147. inc. Procurator in iudicio litigauit. vbi diſputat de caſu dictæ legis primæ, & adde quod iſta regula non procedit de iure canonico, quia nõ conſiderat iſtam ſubtilem differentiam, an condemnetur dominus vel procurator ſecundum meram veritatẽ, & effectum ipſum, textus eſt in c. querelam, de electionibus, vbi latè Abbas, & Ang. conſi. 92. incip. In Dei nomine procurator litigauit. Secundo adde, quod illa lex non procedit etiam in foro ciuili, quando procedit̃ ſine figura iudicij ſecundum Imol. in clem. ſæpe. de verb. ſignificationibus quod exclamat Roman. ſing. 20. incip. quod lex prima. C. de ſen. Vide quæ dixit Alexand. in l. furioſo. colũm. penu. ff. de re iudica. Quid autem in iudicio vniuerſali, vel in tutore? vide Pau. de Ca. conſi. 320. An autem in ſententia abſolutoria debeat proferri principalis perſona? vide Rom. concludentem quod ſic, ſing. 452. incipient. Text. in l. 1.

CCIIII.

1 *Vocabula duo ſi veniant ad determinationem eiuſdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur.*

1 QVando duo † vocabula veniunt ad determinationem eiuſdem verbi, debent intelligi, vt vniformiter operentur. l. cum ſolitum. C. de ſentent. & interloc. om. iud.

ADDITIO.

Vide Iaſon. in l. contra maiores. poſt princip. C. de indiffic. teſtament.

CCV.

1 *Intereſſe pretij conuenti duplum excedere non poteſt.*

1 INtereſſe non poteſt excedere duplum prætij conuenti. l. Titius. §. fi. cum l. ſequent. ff. de actio. empt. Sed hic quod illa l. Titius. loquitur quando agitur propter malefactum ignoranter, nam tunc ſi agatur contra aliquẽ, quia res ſit euicta, & eo caſu venit intereſſe extrinſecum. non tamen in totum ſed vſque ad duplum prætij conuenti. de quo eſt caſus ſingularis in dict. l. Titius. vt tibi dixi in l. 1. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt. in diſtinctione mea, column. 8. verſi. ſi vero agitur propter malefactum. quod not. Barto.

CCVI.

1 *Victus victori condemnatur in expenſis, quas fecit, non in his, quæ ex priuilegio remittuntur.*

1 VIctus victori condemnatur in expenſis, quas fecit, non in his quæ ex priuilegio remittuntur. Hæc eſt ſingularis lex ſecundum ſecundam lecturam in l. fina. C. de fruct. & lit. expen.

CCVII.

1 *Pignus non reintegratur generalis obligationis vigore, ſi res, in qua ſemel remiſſum eſt pignus, de nouo in dominio debitoris peruenerit.*

1 IRes, in qua † ſemel remiſſum eſt pignus, de nouo in dominio debitoris peruenerit, pignus, non reintegratur generalis obligationis vigore. l. fin. C. de remiſ. pign. quæ lex eſt ſingularis, & qui neſciret illam legem, ſemper reſponderet contra illum caſum.

ADDITIO.

Ratio illius textus fuit, quia creditor conſentit alienationi, ſibi ergo imputetur. Facit quod notat. Ang. in l. & peculium. §. 1. ff. de pecul leg.

CCVIII.

1 *Exhibere quem promittens ad tempus finito tempore, intra quem terminum poſſit moram purgare? Et quid ſi caſus ſuperueniat intra primum tempus, vel intra tempus ad moræ purgationẽ conceſſum, ſuperueniat, an promiſſor liberetur.*

1 QVi promittit † alium exhibere ad tempus, finito tempore poteſt intra ſex menſes moram purgare eum exhibendo, vel eum idoneè defendendo, quo tempore elapſo non auditur, & caſus ſuperuenientes intra tempus primum liberat promiſſorem, ſecus ſi veniat intra tempus ad moræ purgationem conceſſum. Text. eſt ſingularis in l. ſancimus. C. de fideiuſſoribus.

ADDITIO.

Hoc procedit etiam in criminali, vt notat Spec. in tit. de armis. §. ſi. verſi. ſed quid ſi fideiuſſor. Contrarium dicitur tenere Gul. in l. pen. in princ. ff. de pub. iud. Sed ibi Imo. in 8. chartã tenet primam opinion. Hęc gloſſ. parua in dicta l. ſancimus. & gloſſ. in l. 3. ff. de cuſto. reorum. & ibi quod poſſit l. ſancimus, renuntiari dicit Bald. in l. qui crimen. in 7. queſt. C. qui accuſare non poſſunt & dicta l. ſancimus, procedit etiam ſi iuramentum interuenerit. Et vide quę dixit Paul. de Caſtro. conſi. 168.

CCIX.

1 *Siſtere in iudicio aliquẽ promittens ſine ſcriptis, intra quantum tempus liberetur, ſi lis negligatur?*

2 *Promiſſio in cauſa publica in dubio intelligitur in ſcriptis facta, ſecus in priuata.*

1 QVi alium † in iudicio ſiſtere promiſit ſine ſcriptis, ſi lis negligitur intra curſum quatuor menſium liberatur, & in cauſa publica promiſſio in dubio intelligitur in ſcriptis facta, ſecus in cauſa priuata. l. ſi fideiuſſor, quę ad hoc eſt ſingularis. C. de fideiuſſoribus.

ADDITIO.

Vide Barto. in l. ſi ita ſtipulatus. in 3. oppoſi. ff. de verb. obl. & quod notat Barto. in l. 1. in fi. ff. de iudic. ſol.

CCX.

1 *Pignus per nouationem extinguitur, niſi fuerit repetitum.*

2 *Pignus poteſt retineri etiam ob chirographariam pecuniam contra principalem debitorem, ſecus contra debitorem aliud debitum offerentem.*

1 PEr nouationem † pignus extinguitur, niſi fuerit repetitum. Item pignus † poteſt retineri etiam ob chirographariam pecuniam contra principalem debitorem, ſecus contra debitorem aliud debitum offerentem. Hoc dicit text. ſingularis in l. 1. C. etiam ob chiro. pecu.

ADDITIO.

Hoc non habet locum in debito vſurario. Adde gloſſ. & Bald. in l. per retentionem. C. de vſuris. Nec etiam habet locum in debito nauali. l. pignus, & ibi Bald. C. de pignoribus.

CCIX

1 *Actiones cedenti remanent directa, & ideo ei poteſt ſolui, niſi in tribus caſibus.*

1 APud eũ † qui mandauit ſeu ceſſit actiones remanent directæ, & ideo ei poteſt ſolui, niſi in tribus caſibus expreſſis in l. ſi delegatio. C. de noua. quæ eſt ſingularis, & multum notabil.

ADDITIO.

Iſtam legem intellige, quando apud eum qui ceſſit, aliquid remanet puta actiones directę, ſecus quando nihil remanet, & quia cedens habebat vtiles. Ita intelligit hunc tex. Barto. in l. ex aſſe. ff. ad Treb. Qualiter autem hæc denunciatio debeat fieri creditori per ceſſionarium, vide Bart. in l. 1. in princ. in 11. quæſt. de operis no. nun. & hic vide Bal. in l. 3. ſupra, quod met. cauſa. Iſtam legem limita ſecundum Bal. non habere locum in ceſſione facta ex vltima voluntate, quando tunc nullus cedens poterit agere contra debitorem, per tex. in l. ſi pecuniam. de lega. 1. Nã ibi debitor depoſitarius condemnatus fuit de reſtituendo debitum depoſitum extraneo, nam teſtator ceſſit iura ſua Titio contra depoſitarium. l. ſi ſeruus. §. margaritam. ff. depoſi. tamen ibi nullo caſu hæres cedens agere poterit contra debitorem, imò exceptione repellitur, vt ibi per Ang. Not. ſecundum Bal. ibi, qui dicit, quod omnis cedes non poteſt agere, quia debitor fuit grauatus de reſtituendo, ſecus ſi ab ipſo debitore fuiſſet primum legatum, & non fideicommiſſum. Ita dicit volendo limitare hanc limitationem, dicit tamen quod dictum Bald. erat menti tenendum. Et hanc legem limita per Bald. in l. 1. in pen. col. in ver. ſecundo quæro, quid ſi procurator ſupra, quãdo prouocꝫ. & ibi vtrum ſententia lata contra dominum per debitorem abſit ceſſionario. Et hanc legem in eo, vi delicet quando denunciatum eſt ne ſoluat, limitat procedere in tribus caſibus. ſi in depoſitario, in poſſeſſione inquilini, in ſalario ſoluendo, vt in auth. ſed iam. & ibi Bal. ſupra depoſiti. Et quid ſi ceſſionarius præuenit, tamen ſi pita eſt inſtantia, an poſſit cedens agere? Bal. quod non. & 3. ſupra mand. & etiam limita hanc legem non procedere in eo, qui tranſtulit vtilem actionem in rem, quia niſi interueniat traditio, non enumeratur directa, ſecus in perſonali. l. quitibi, & ibi Bal. ſupra de hæred. vendit. Itẽ limita vt in l. in prouinciali. §. fin. de ope. noui nunc. Fallit etiam hæc lex, quando negotium reipſa pertinet ad ceſſionarium. l. ſi poſt conſtitutam, & ibi Ang. ff. de conſtit. pecun. nam tunc præfertur vtilis directæ, vt ibi. Et dum dicitur hic, partis perceptio, & litis conteſtatio æquiparantur, limita per Bart. in l. qui hominem. §. 1. ff. de ſolu. cum concor. Item adde, quòd in iſtis tribus præfertur ceſſionarius cedenti, niſi ceſſio fuiſſet facta ob cauſam, quæ non fuiſſet impleta. l. pacto ſucceſſorum. ſupra de pact. & ibi no. Bal. & dicit ibi Sal. quod eſt ſingularis limitatio ad hanc legem. Quid ſi iuraui ſoluere Titio, & Titius ſucceſſit Seio, an ſi non ſoluo ſim periurus? Vide Bart. in l. ſed ſi in hac. ff. de in ius vocan. in princip. & not. quòd iſti tres caſus non habent locum in vtili actione in rem ſecundum Bald. in l. qui tibi. C. de hæreditate vel actio. vend.

CCXII.

1 *Donatio habet tacitam conditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit, ideo natis liberis reuocatur.*

1 DOnatio † habet tacitam conditionem, ſi donator liberos non ſuſceperit, ideo natis liberis reuocatur. Lex eſt ſingularis, & notabilis in l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona.

ADDITIO.

Vide in eam legem vberrima commentaria Andreæ Tiraquelli, qui omnes caſus ad eam legem pertinentes accumulat.

CCXIII.

1 *Matrimonium contrahens cum ea, à cuius adulterio proximitatis prætextu fuit abſolutus, de primo adulterio ob id poterit condemnari.*

1 SI abſolutus † ab adulterio proximitatis prætextu, poſtea cum ea matrimonium contrahat, ex hoc iuris & de iure videtur naſci præſumptio, ex qua de primo adulterio, de quo fuit abſolutus, poterit condemnari. Hoc dicit lex ſingularis, & menti tenenda in l. ſi ij, qui adulterij. C. de adulterijs.

ADDITIO.

Adde quòd Lud. Rom. dicit in ea lege eſſe caſum, quòd ſententia ex præſumptione prolata nunquam tranſit in rem iudicatã, imo cõtinue retractari poteſt, de qua, & de iſtis ſimilib. ſentẽtijs, vide quę habes ibi per Cinum. Et aduerte, q̃ præſumptio violenta, quę ſecundum ius dicitur habere vim plenę probationis in cauſa ciuili, non ſufficit ad plenã probationem in cauſa criminali, vt not. doct. in capit. afferte, & in cap. quia veriſimile. extra de præſum. videlicet de nudo cum nuda, ſolo cum ſola. de quo in capitu. literis. de præſumpt. quia quæ habet vim plenæ probationis in cauſa ciuili ſeparationis matrimonij, non ſufficeret ſola in criminali ad condemnandum de ſtupro. facit l. ſi autem. C. de proba. & quod no. Bar. in l. fi. C. de iureiur. ſecus quando eſt præſumptio violẽta approbata à iure etiam quo ad criminalem cauſam, quia tunc ſola ſufficit. in auth. ſi quis. cum ibi not. C. de adult. & de probatione adulterij qualiter fiat? Dic quod p præſumptionẽ. ita per Bart. in l. 2. §. fi. in fi. ff. de adul. & nota vnũ q̃ dicit Abb. in d. c. afferre. vbicunq; iudex mouit animũ ſuũ ad ſententiandum ex præſumptione, debet illud exprimere in ſententia, alias iudex appellationis & cui de hoc non conſtat, videlicet, an iuſtè fuerit motus, & non conſtat ex actis, poterit retractare ſententiam. alleg. not. per Inno. in c. quoniam. extrà de probatio. & in cap. in præſentia. eo. tit. & de præſumptione violenta vide gloſſ. in l. fina. C. arbit. tut.

CCXIIII.

1 *Accuſationes criminales regulariter ſpatio 20. an. tolluntur.*

1 ACcuſationes † criminales regulariter viginti annis tolluntur. l. querela. C. de falſis.

ADDITIO.

Vide no. in ca. licet cauſam. de prob. & in c. cum venerabili. de exc. gl. fi. & ibi Io. And. & Spec. in tit. de ſenten. prol. §. q̃m. ver. & not. ſecundum canones, & dum dicitur hic, q̃ actiones criminales 20. ann. tolluntur, hoc videtur procedere quantum ad pœnam imponẽdam, ſed quo ad declarandam iam impoſitam non tolluntur. c. ſi quis exigẽtib. in fi. de præſcr. in 6. ſecundum do. Pet. de Anch. quod bene no. & adde tamẽ quod executiones iſtarũ ſententiarum, quæ ſunt iuris Romani ecclęſiæ, durant centum annis. ſecundum Bal. in l. fi. in pen. col. de ſacroſ. eccl. & ibi, nunquam fiat, contra Ang. no. deciſionem. Adde q̃ in pœnis ſpũalib. nulla currit præſcriptio ſecundum Bal. in d. l. fi. in fi. in pen. col. §. qui accuſ. & Spe. ibi, & ſupra & Ange. in l. diuus. ff. de re iu. Sed quære, quanto tempore durat accuſatio, quo ad effectum publicationis bonorum? Dic q̃ quinquennio tãtum. caſus eſt mirabilis, ſm An. in l. in cognitione ff. ad Syll. quod intellige ſecunda accuſatione finita, nã poteſt agere ſi ſecus contra hęredẽ damnati actione ciuili, petitione hęreditatis. l. 1. ſupra, de his qui, vt indig. & durat per decem ann. l. Caius. ff. ad Syl. & ad d. l. in cognitione, vide gl. hic, & tene menti dictum Spe. in tit. de ſen. §. reſtat. verſi. ſi vero. el. 1. vbi tenet q̃ querela falſi non limitatur 30. an. vt dꝫ hic, ſed durat perpetuo in caſibus ibi no. & per Ang. in l. diuus ff. de re iu. quod not. in c. licet. de prob. Vtrum iuri inquirendi præſcribatur 20. an. adde q̃ Ang. in l. ſi vacantia. in fi. hac gl. reprobat per l. fi. iuſt. §. veterani. de proc. & dicit ita audiuiſſe à Bar. facit l. quos prohibet. ff. de poſtu. adde tex. & gl. in l. falſi. §. e. & vide Ale. in l. ita demũ. ſupra de proc. & vide Bal. in rep. l. cũ mulier. in fi. ſol. matr. Adde an ſublato iure querelãdi

sit sublatum ius inquirendi, Pet. de Anch. consi. 190.

CCXV.

1 Delicta, in quibus ex vtraque parte requiritur probatio, quænam sint?

1 NOta tex. in l. fallaciter. C. de abolitionibus. ibi, sinautem testibus, qui est singularis, & melius ponit delicta, in quibus ex vtraque parte requiritur probatio, quã alius de mundo.

CCXVI.

1 Absens in casu potest condemnari in crimine capitali.

1 CAsus est in quo contra absentem peruenitur ad condemnationem in crimine capitali. in l. ne diu. C. de pœnis, quæ est lex singularis & multum notabilis.

FINIS.

SINGVLARIA

D. BALDI DE VBALDIS DE PERVsio, Iurisconsulti acutissimi.

Additionibus nunc primum illustrata.

I.

a NOTA quòd patrono competit hæreditas liberti, & licet ipse non fecerit inuentarium, non præiudicat sibi, licet secus esset in alijs hæredibus vniuersalibus. hæc tangit text. glos. & Din. in l. quæ dotis. ff. soluto matrimon. & non est alibi.

ADDITIO.

a Patrono competit hæreditas. Ratio quare patronus succedit liberto nullis extantibus agnatis est secundum Bar. in l. quo tutela. ff. de re. iur, quia patronus facit eũ libertũ & sic eum de nihilo facit aliquid, quod secus est in tutore, reprobata glo. in d. l. quo tutela, & nota q̃ patroni dicuntur domini libertorum suorum. l. talem. §. fina. ff. de hæred. instit.

II.

Quæro, aliquis factus miles aliquid promisit contra patriã, vel etiam miles factus ab ecclesia, pugnauit contra ecclesiam, nunquid debeat degradari? gl. est quòd sic, in l. 1. in fin. ff. de obse. & non est alibi.

III.

Quæro, aliquis est stipulatus aliquid sibi dari in iudicio sine solennitate, nunquid in dubio præsumatur solẽnitas? gl. est singularis, quæ dicit, quod omnis solennitas præsumitur a vt. ff. de fideiuss. tut. l. cum ostendimus. §. fin.

ADDITIO.

a Solennitas presumitur. Adde hoc verum, nisi opponatur de eius defectu, vt per Mathes. no. 12. Ludouic. & Ale. in l. sciendum. ff. de verb. obl. Imo. in c. cum dilectus. de consuet. & in c. in præsentia. column. vlti. de proba. Roman. in l. si quis mihi bona. §. in fine. in fin. ff. de acquir. hære. Specul. in titu. de probar. §. quarto versicu. tertio per instrumentum.

IIII.

a Quæro, nunquid ex pacto nudo a facto in iudicio oriatur actio? gl. dicit quod non, sed officiũ iudicis. C. de episcop. & cler. authen. generaliter, & non est alibi.

ADDITIO.

a Pacto nudo. Actio licet non oriatur ex pacto nudo illud non procedit ex pacto nudo super eadem re geminato & ex interuallo facto, q̃d pater quia ex primo pacto nudo inducta est naturalis obligatio. l. 1. ff. de pact. l. in his. §. Imperat. ff. de solu. ex secto vero pacto inducitur actio de constituta pecunia. l. 1. §. debitum. iuncta. l. qui autem. §. fi. & seq. ff. de constit. pecu. Item ex pacto nudo iuramẽto fulcito oritur actio de iure ciuili. l. si quis maior. C. de transact. Item nota q̃ licet actio non procedat ex pacto nudo regulariter, quia tamen procedit secundum præcepta iurisgentium, non debet denegari iustitia si pro illo petatur. ita singul. Ant. in c. quæ in ecclesiarum, de const. quod dictum refert & sequitur Alexand. in l. Quintus. in apostil. ad Barto. ff. mandat. & eundem Alexand. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. circa fin.

V.

Quæro, aliquis petit bonorum possessionem contra tabulas, nunquid sit necessaria bonorum possessio decretalis? glossa singularis dicit quòd non, in l. fin. C. de bonor. possess. secund. tab. qui alibi non est. ibi, secundum nuncupationem, &c.

V.II.

Quæro, nunquid suspenso petitorio possit intentari possessorium? a dic quòd sic, vt notatur in l. prima. C. de Carbon. edicto. & non est alibi secundum Baldum.

ADDITIO.

a Possessorium. Adde quod licet intentans possessorium non possit suspendere petitorium aduersarij, sed potius sit locus regulæ, qui prior appellat &c. l. qui prior. ff. de iudic. tamen fallit nisi possessorium intentaretur post petitorium in odium spoliantis, & in fauorem beneficiorum ecclesiasticorum per viam appellationis, quo casu possessorium habet vim exceptionis, adeo quod suspendit petitorium. clemen. vnic. de caus. poss. & proprie. Item petitorium & possessorium retinendæ possunt simul intentari & cumulari diuersis respectibus. l. naturaliter. §. nihil commune. cum ibi not. ff. de acquir. possess.

VIII.

Quæro, si pupillus decessit habens tutorem, & decessit nullo relicto hærede, nunquid tutor succedet, an fiscus? glo.

a a quæ non est alibi secundum Dinum dicit, quod tutor succedit, in l. quo tutela. ff. de reg. iuris. Bart. reprehendit, eam per l. nuntiatorib. C. cõia. de succes. sed salua reuerentia sua, dic quod aliud in nutritore, & aliud in tutore.

ADDITIO.

a Gl. Adde quod hanc glos. sequitur Idem Bald. in l. si quis filio. §. eius. ff. de iniust. rupt. testa. & dicit quod l. nutritoribus. C. comm. de succes. potest intelligi in simplici nutritore, secus vero in nutritore qui fuit tutor, & vide eundem Bald. in l. fina. column. 5. C. vnde legit. & in l. si qua. C. ad Orficia. & in l. nutritoribus.

IX.

IX.

Quæro, si statuto cauetur quod allibratus libra patris potest habere officium, nunquid dicatur allibratus libra patris emancipatus? dic quod non, secus si est in potestate. hoc ponit glossa, quæ non est alibi, in l. secunda. C. qui ætate. libro 10.

X.

Quæro, pater maritauit filiam, & pro ea dedit dotem, & stipulatus est reddi sibi & hæredibus suis, decessit pater, filia ista vult venire ad successionem patris vna cum fratribus, nunquid teneatur conferre dotem? veritas est, q̃ non, nisi fratres hãc stipulationem remittant ei, vt l. 1. §. 1. de collat. dot.

XI.

a Quæro, nunquid actio de dote sit communis patris & filiæ constante matrimonio, sicut soluto? dic quod nõ, sed solum datur filiæ. casus est in authentica, q̃ locum. C. de collationibus, & in corpore, vnde sumitur. quod nota, quia alibi non reperitur.

ADDITIO.

a Actio de dote. Nota quod actionem de dote constante matrimonio potest mulier cedere. l. 2. §. nec cogitur. ff. ff. lolut. matrimo. & ibi Dinus. Nota tamen quod dos cõstante matrimonio potest repeti, quando maritus vergit ad inopiam. l. si constante. & ibi omnes. ff. solut. matrim. quod ius negat Bald. mulierem posse cedere, in l. vnica. colunin. penul. C. de priuileg. dot. & sequitur Curticonsi. 5. & Bald. nouell. tracta. de dot. quæst. 7. vlt. partis, vbi limitat non procedere, vbi de indubitato commodo mulieris tractaretur, vel quando actio esset inanis propter inopiam debitoris.

XII.

Quæro, propter delictum maritl ablata sunt sibi omnia bona nũquid mulier poterit petere dotem ex illis bonis detrahendam? casus est quod sic, in ca. literis. extra de pignoribus. & non est alibi.

XIII.

Nota quod istud, quod statuitur in relicto ad pias causas, dicitur statutum in omni relicto, quod potest adaptari animæ, vt l. si quis Titio. ff. de legatis 2. & non est alibi.

XIIII.

Quæro, Titius Sempronio mille reliquit, si vsque ad annum ædificaret ecclesiam in honorem sancti Ioannis Baptiste, impeditus per aliquos, nõ edificauit, nunquid curat sibi tempus interim? text. est cum glo. in. C. de epis. & cler. l. nulli licere.

XV.

a Nota quod legata conditionalia non transmittuntur a, nisi testator disposuerit conferri post mortem, vt l. 1. C. vt actio, ab hæred. & contra hæredes.

ADDITIO.

a Legata conditionalia non transmittuntur. Adde quod idem est & si duæ res alternatiuè relinquantur, vna purè & alia sub conditione, quia nec res quidem pure relicta transmittitur. l. cum illud. in princip. ff. quando, dies leged. quod sequitur Nicol. Euerard. in suis locis legalib. in loco alternatiuæ. limit. 5.

XVI.

a Nota quod à sententia interlocutoria alata super iurisdictione potest appellari hoc ponit glossa fina. ibi, item apud si iudex, &c. in auth. habita. C. ne filius pro patre, & non est alibi in iure ciuili, sed in iure canonico sic.

ADDITIO.

a A sententia interlocutoria. Nota quod à sententia interlocutoria de iure ciuili non appellatur. l. ante sententiæ. C. quorum appellat. non recip. secus de iure canonicõ. vt est glos. in l. 2. C. de episcop. audient. nisi in casibus no. in l. 2. de appellat. recip. & vide per Bar. in l. 1. §. quoniam ff. de appellat. Item nota quod à sententia qua quis pronuntiat se iudicem, nõn appellatur, quando discordia est inter duos iudices ordinarios vel delegatos, & superior vel arbitri electi ad finiendam controuersiam pronuntiare alterum eorum competentem, quia tunc à tali sententia non appellatur. ita dicit Innoc. in c. super literis de rescript. quem sequitur Ange. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocat. non ierit.

XVII.

Quæro, statuto cauetur, & quod excõmunicato de iniusta causa vel sine causa non possit opponi, nunquid tale statutum valeat? dic quod sic, glossa est in l. receptitia. C. de non nume. pecu.

XVIII

Nota quod quis de peritia deponens non iurat de veritate, glos. est in l. 1. §. 1. ff. de ventre inspic. quod nota.

XIX.

Quæro, dico possessiones oẽs, quas tu possides, fore meas dicis aliquas in emphyteusim à me tenere, quasdam esse tuas, dico, ostendas iura quæ habes, ad hoc vt possim videre quid tunc habeo facere tecum, nunquid possim? & an superior possit dicere inferiori, vt ostendat iura sua? glo. dicit quod sic, in l. si item agat aliquis. ff. de rei vendicat. & forte non reperies alibi in iure ciuili, &c.

XX.

Quæro, nũquid testis possit producere testes ad legitimãdum personam suam? dic quod sic. tex. in authen. si dicatur. C. de testibus. & in corpore vnde sumitur.

XXI.

a Quæro, & nota quod mulieres gaudent a morte maritorum. glossa hoc ponit in l. pater. Seuerinam. §. socius. ff. de conditionibus & demonstrationib. &c.

ADDITIO.

a Gaudent. Adde Guliel. de Ludo. fin. 244.

XXII.

Nota quod vbi apparet promissio vsurarum, præsumitur dotis promissio præcessisse, vt l. pro dote. C. de dot. promis. & non reperitur alibi.

XXIII.

Nota q̃ ille, qui decessit in vsu, amplius nõ redit ad vsum quia tacite videtur consentire instrumẽtum, quod videbatur, fore falsum, vt l. si aduersarius. C. de fide instru.

XXIIII.

Nota quod licet testes sponte se offerentes suspecti reddantur, non tamen dico quod non valeat testimonium eorum. gl. in l. post legatum. §. his, ff. de his quib. vt indig. quæ non reperitur alibi. Bald.

XXV.

Nota quod ex contractu liberi hominis eius contemplatione celebrato, alius, cuius ille erat administrator, non tenetur, nisi sit in rem versum vel ratum habitum, vt l. eo qui seruo. ver. alioquin. C. quod cum eo.

XXVI.

Nota q̃ pater potest compelli per iudicem, vt emat libros filio euntí ad scholas de voluntate patris. hoc ponit gl. in l. Macedoniani. C. ad Maced. quæ non est alibi.

XXVII.

Nota quod mulier renuntians iuri hypothecarum in vno contractu, vel quo ad vnam personam, quo ad alium cõtractum, vel quo ad aliam personam sibi non præiudicat. vt l. iubemus. C. ad Velleianum.

XXVIII.

Quæro, aliquis accepit pecuniam mutuo ab aliquo, tempore,

pore,& loco cõgruo debitor portauit ſtatim pecuniam creditori,quam creditor noluit recipere,depoſuit in ecclesia ſecũdum formam l.acceptam.C.de vſuris.nũquid ipſi creditori immediate quæratur dominium vtile?dicit tex.quod ſic,in d.l.acceptam.in fi.C.de vſuris.quam tenementi.

XXIX

Quæro,Titius accepit mutuo ſub vſuris 10.& tempore & loco congruo dictus Titius dicto Seio obtulit,quæ recipere noluit,depoſuit dictam pecuniã,ſecundum formã. l acceptam,poſtea eam reaccepit,nũquid incidat in priſtinam obligationem?dic quod ſic,per tex.in l.acceptam .C.de vſuris.quem tenementi.

XXX.

a Nota quod ſi tutor dat fideiuſſorem idoneum,a ſi ex poſt facto efficitur non idoneus,non tamẽ vitiatur tutela, vt datus fideiuſſor idoneus,quia principalis erat diues.

ADDITIO.

a Fideiuſſorem idoneum. Adde quod fideiubẽs pro alio, dicitur male vti ſubſtantia ſua,& præſumitur pauper.ita Angel.in l.in perſonam. §. 1 ff.de pact. vbi per hoc dicit cauendum à fideiuſſoribus. Multos enim ſi deiubendo ad inopiam peruenisſe non eſt in obſcuro. & eſt ſingul. modus & memoria dignus ad probandum paupertatem alicuius,teſte Alex.in l.ſi conſtante.ff.ſolut.matri.Quod tamen vltimum puto limitandum procedere in eo qui ſolitus eſt intercedere pro magna ſumma,ſecus ſi pro parua,quia paruum æs alienum debitoris ſuſpicionem non generat.Bald.in auth.ſed iam neceſſe.in 1.quæſtione.C. de donat.ante nupt.

XXXI.

Quæro,aliquis debens dare fideiuſſorem,præſtat fideiuſſorem non idoneum,nunquid videatur ſatisfeciſſe iuri? dic quod ſic.cum principalis eſt multum diues, vt l.mulier.C.de iur.do.quod alibi reperitur.

XXXII.

Nota gl.quæ non eſt alibi,in auth.de armis, in §. oportet ergo,quid importent verba iſta in ære & perſona, & vide Cin.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc. & cleri.

XXXIII.

Nota glo.ſi.in.fi.quæ non eſt alibi,in l.vtrinque.ſi cert.peta.quod vbi non requiritur libellus,nec etiam inquireretur eius aptitudo,ſed qualitercunq; ſit petitum,iudex debet facere iuſtitiam,& non obſtante ineptitudine libelli.contrarium facit in extrauaganti ad reprimendũ, in verbo accuſatus.

XXXIIII.

Nota ſingulare,quod ſi mulus vel ſomerius portat merces vltra terminum contra deuetum,quod merces nõ ſunt publicatæ niſi probetur dominum duxiſſe, vt Bart.in l. ſi.§.ſerui qui in fuga.ff.de publica.

XXXV.

Nota ſingulare,quod publicanus non tenetur dicere tranſeunti,ſolue,vt not.in d.l.ſi.§.diui quoque publican.

XXXVI.

Nota id,quod fortè non eſt alibi,niſi mulier interdũ dormit cum marito,interdum cum alijs,natus ex ea legitimus præſumitur.a l.miles.§.defuncto.ff.de adult.

ADDITIO.

a Legitimus præſumitur.Limita illud verum,niſi filius natus ſit claudus,cæcus,luſcus,vel aliter corpore vitiatus, quia tali caſu potius præſumitur filius adulteri,quam filius mariti,quia peccatum arguit vitium,& corpore vitiatus præſupponit conceptionem & natiuitatem ſuam fuiſſe in peccato.ita notabil.dixit Barbat.in ca.in præſentia.colum.70.de probat.& eſt notabilis limitatio ad §.defuncto.in l.miles.ff.de adulter.de quo tex.vide Alex.conſil.157.col.1.lib.5.& conſi.88.incip omiſſis.col.3.volu.7. Dec.conſi.272.& conſi.288.Paul.Caſt.conſ.175.& Barb. conſi.67.volum.3.Adde Hippol.de Marſi.ſing.630. propter peccata.& in l.1.§.ad quæſtionem.colum.6.in fin. ff.de quæſtionib.

XXXVII.

Nota quod forte non eſt alibi,quod vbi in venditione rei minoris neceſſaria eſt authoritas iudicis,ſi pater vendidit, quod non eſt neceſſaria authoritas iudicis, vt Azo tenet in ſumma.C.de bonis quæ liberis.quod non eſt alibi.

XXXVIII.

Nota quod in caſibus in quibus nõ eſt neceſſaria litis cõteſtatio,tantum operatur mora in litẽ contestando, quãtum litis contestatio.l.eum qui.§.quibusdam,in fine .ff.ſi quis cautionibus quod non eſt alibi.

XXXIX.

Nota quod eſt alibi,quod quando tabellio ſtipulatur mihi,non quæritur mihi per ipſum ſed per legem,vt Bald. in l.1.ff.de his qui ſunt ſui.& dicit quæri mihi vtilem, non quaſi.in prin.ff.rem pupil.ſal.fore.

ADDITIO.

Adde infrà ſing.96.vbi eſt duplicatum.

XL.

Nota quod in dote quæ ab extraneo eſt promiſſa per lapſum biennij,extraneus conſtituitur in mora, poſtquam maritus ſuſtinet onera matrimonij,vt teneat extraneus de fructibus & vſuris,nihilominus tamẽ maritus poteſt agere ad dotem,vt l.cum quidam.§.pen.C.de iure dotiũ, quod alibi non reperitur.

XLI.

Quæro,Titius portauit de ciuitate Peruſii ad ciuitatem Florẽtiæ vinum vt venderet, cum ibi foret,mota eſt ſibi lis de iſto vino à Seio,quod vinum depoſuit apud ſequeſtrum ſub conditione,vt traderet vincenti,modo Seius non curat amplius ſibi mouere litem.Titius petit vinum à ſequeſtro tanquam vincens,quæritur,an poſſit? ſex dicit quod præfixo termino Seio ad agendũ,ſi non agit,debet Titio deponenti reſtitui vinum,vt l.ſi oleum,in principio.ff.de dolo.quod eſt alibi.

LXII.

Nota quod ſi aliquis ſuam ratam à depoſitario recepit,licet poſtea depoſitarius fiat non ſoluendo,tamen non tenetur communicare cum cæteris,vt l. ſuperuacuam .C. depoſiti.quod alibi non reperitur.

XLIII.

Nota quod ſi obligatio tibi bona mea, ex ipſa obligatione oritur actio præſcriptis verbis,vt l.cũ ex cauſa.C.mãda.quod alibi non reperitur.

XXXIIII.

Nota quod actio hypothecaria habet aliquid perſonalitatis.a h.d.gl.quæ alibi non reperitur,in l.ſi tibi decem. §.de pignore.ff.de pact.

ADDITIO.

a Perſonalitatis.Nota quod actio perſonalis & hypothecaria poſſunt ſimul in eodem libello intentari contra debitorem principalem.de hoc eſt tex.in authent.de fideiuſſo.§.ſed neque.collat.1.& aduerte quod agens hypothecaria mittitur in poſſeſſionem omnium bonorum ſi contra debitorem agat.l.eum qui de procur,ſecus ſi contra extraneum.l.1.C.commu.de leg.& ibi gl.in verb.legatarium.not.in l.3.§.genera.ff.de acqui.poſſeſſ.& in authen.de exhib.reis.§.ſi vno.

XLV.

Quæro,nunquid fideiuſſor ſine mandato habeat priuilegium.l.ſi pro ea.C.mand.vide gl.quæ alibi nõ reperitur in l.videamus.ff.de neg.geſt.

XLVI.

Quero,teſtator præcepit hæredi vt fideiubeat pro me,nũquid ſi ſoluit habeat regreſſum cõtra me? Tex.eſt formaliter quod non in l.tribus.ff.de vſufruct.ea. rerum quæ vſu conſu. & non reperitur alibi.

XLVII.

Quæro,petebatur à reo inſtrumẽtum indemnitatis, reus nõ comparet,in quot bonis ſit miſſio?vide gl.in l. ſi quis mandato.ff.de negot.geſtis.Bald.

XLVIII.

Nota quod vbi eſt numeratio pecuniæ,ibi præſumitur cõdictio pecuniæ.de hoc eſt tex.in l.ſi.C.de prædiis curialium,libr.10.

XLIX.

a Nota quod ſocius ceſſionarius ſecundo præfertur,text. eſt ſingularis in l.non quocunque.§.qui Gaium.de leg.j.

ADDITIO.

a Præfertur. Adde quod in emptione rei cõmunis de æquitate ſocius debet præferri. l.officium commu. diuid. l.ſi nemo.in princ.ff.de teſta. tutel. dummodo tantum det quantum ab alijs reperitur.dd.ll.& arg.l.ſi in emptione. ff.de minoribus & l.neceſſe,cum ibi nota. ff.de in diem adiect.ſecus de rigore iuris.l.dudum.C. de contrahend. emptio.niſi in licitatione alios ſuperaret.l.3.C.de uecti. & commiſſ.

L.

Quæro,tutor non poteſt celebrare contractum pro ſe iure pupilli,emit rem à patre pupilli,ſed ſibi non fuit tradita,mortuo patre pupilli iſte tutor vult in ſe transferre hanc rem prius emptam,an poſſit? dic quod ſic, etiam immobilem.caſus eſt in l.hiſtulas.§.qui fundum.ff.de cõtrahend.empt.

ADDITIO.

Adde caſum ſingularẽ in quo ſolus tutor poteſt indiſtincte emere rem pupilli,quando ſcilicet pupillus vẽdidit rem ſuam vni tertio,cum authoritate tutoris & decreto iudicis,& ſic res pupilli fuit ſolenniter alienata,tunc ſi ille tertius non ſoluit pretium poteſt ſolus tutor talem rẽ emere,ex quo ſemel facta eſt alienabilis.tex.ſing.in l.tutor rerum.ff.de adminiſt.tutor.

LI.

Nota quod res tantum valet quantum vendi poteſt,vt ff. de condict.fur.l.ſi ſeruus.& de furt.l.ſi vendidero.§.1.& l.ſi quis vxorem.§.ſi.eo.tit.& ad Treb.l.1.§.ſi hæres.hoc verum quando emunt illi qui ſciunt vitia,ſecus ſi ignorant,vt ff.de donatio.cauſa mort.l.mortis cauſa.§.fin.q forte non reperies alibi.

LII.

Nota quod pactum nudum de non petendo non parit exceptionem.quam vide,& nota ſingulariter iſtam gloſſam in l.1.C.quan.lic.ab empt.diſced.

LIII.

Nota quod quando fiſcus vendit bona alicuius propter tributa non ſoluta,poteſt incipi à quacũque re mobili, nec tenetur ſeruare ordinem,quem dat l.à diuo Pio. ff. de re iudic.& C.ſi prop.publ.penſit.l.ſi fundum,quod alibi nõ reperitur.

LIIII.

Nota quod habens mandatum in forma procuratoris nihil agit.vt C.ſi quis alt.vel ſibi.l.multu.ver.ſi vero. quod alibi non reperitur.

LV.

Nota quod quando contractus nominatus tranſit in vim contractus innominati.tunc etiam in contractu nominato habet locum condictio ob cauſam,vt l.cum tex. C. de pact.inter empt.& vendi.quod non reperitur alibi.

LVI.

Nota quod licet verbum vendo, ponatur in contractu locationis & conductionis,non tamen mutat naturam contractus,quia verbum generaliſſimum eſt,vt l.ſtatuliber à cæteris.§.Quintus.ff.de ſtatulib.q alibi non eſt.

LVII.

Nota quod permutatio facta cum re venali habet inſtar emptionis,ſed cum re non venali habet inſtar permutationis,vt l.1.C.de rerum permut.quæ diſtinctio, & primus caſus alibi non reperitur.

LVIII.

Nota quod propter guerram nunquam fit remiſſio penſionis.hoc ponit gloſſ.a quæ alibi non reperitur,in l.damnum.C.de locat.

ADDITIO.

a Glo.Hanc glo.in contrarium citat Guid.Pap.ſin. 63.

LIX.

Quæro,quidam ſcholaris ſocius ſe obligauit pro alio ſocio ſcholari,& ſoluit,quæ actio dabitur contra ſocium, pro quo ſoluit?dicit gloſſ.ſuper verbo, transfertur, quæ alibi non reperitur,quod actio vtilis pro ſocio,in l. damnum.C.de loc.& conduc.

LX.

Quæro,quidam ſcriptor incepit mihi ſcribere quoddam opus,demum non vult complere,nunquid teneatur cõplere?glo.quæ alibi non reperitur,dicit quod ſic,in l.ſtipulatio.§.ſiue autem.de operis noui nuntiat.

ADDITIO.

Adde eundem Bald.infra ſingu.135.

LXI.

Quæro,Titius accuſatus eſt quod adulterauit Bertam, Titius & Berta confitentur matrimonium eſſe inter ſe, & hoc coram iudice ſeculari,nunquid probationes ſuper matrimonio coram iudice ſeculari recipi poſſint? Spec. tenet quod ſic,in tit.de conuent.& reconuent. quod dictum eſt valde notabile,& non alibi.

LXII.

Nota quòd contumacia reſpectu vnius cauſæ poteſt mouere iudicem ad denegandam iuriſdictionem contumaci in alia cauſa,niſi purgata contumacia. hoc ponit gl.notabilis,in l.ſed & ſi per prætorem.§. ſed & cũ decreto.ff. ex quibus cauſis maiores. quæ non eſt alibi.Bald.

ADDITIO.

Adde quod contumax in iudicio non auditur niſi primo refectis expenſis.l.ſancimus.C.de iudic.ca.finem litibus & c.cum dilecti.de dol.& contumac.ca.pia.de excep.in 6.& licet refectis expenſis audiatur, tamen etiam tunc non auditur opponendo exceptiones peremptorias.ita not.dixit Inno.in c.præterea.de dilat.Ange.in l. peremptorias.C.ſentent.reſcind.non poſſ.poſſet tamen limitari non habere locum in minore,ruſtico,& muliere, per doctrinam no.Philip.de peruſ.in c.Nicolao.de appellat. vbi dicit,quod licet citatus perſonaliter ſit verus contumax,& excludatur ab appellando,vt in l.ex conſenſu.§. fi.ff.de appel.& l.1.C.quando appel.ſit.tamen hoc fallit in minore,muliere,& ruſtico,cum non cenſeantur in dolo.alleg.Ang.& Bal.in l.vbi exigitur.ff.de edend.

LXIII.

a Nota quod poſthumus à matre præteritus,a quæ teſta-

meti mutandi non habuit facultatem, videtur viriliter institutus cum fratribus institutis, sed si extranei instituti essent, per querelam rescinditur testamentum, vt l. si mater. C. de inoffic. resta, quod alibi non reperitur.

ADDITIO.

a Posthumus à matre præteritus. Adde Barto. in d. l. si mater. C. de inoffic. testam. Per. Rauen. singular. 388. Guliel. de lud. singu. 67. Barto. in l. 1. columna 6. ff. de vulg. & pupilla. substitut. l. neque enim. §. cum miles. ff. de testa. milit. per illum text. Item adde ad materiam illius. l. si mater, quod si pater vel mater institueret filios suos hæredes, & ignoraret aliquem habere, & de eo nullam faceret mentionem, quod talis filius ignoranter præteritus haberetur æqualiter institutus. vide Iason. in l. sicut certi. C. de testa. milit.

LXIIII.

Nota quod præscriptio magis obstat ratihabitioni, quam eam inducat, vt l. si. ff. rem rat. hab. quæ non est alibi.

LXV.

Nota quod vsusfructus quæritur patri per filiũ, nec morte filius patris, nec morte filius filii finitur, sed de vno in alium reuertitur, vt l. fina. C. de vsufruct. quod non est alibi.

ADDITIO.

Adde quod si vsusfructus relinquitur filio, acquiritur patri commoditas, ipse autem filius habet ius. Barto. in l. si. C. de vsufruct. gl. in l. 3. §. si filio. ff. commod. Item de bonis aduentitijs filij patri quæritur vsusfructus. l. fin. C. de bon. quæ lib. fallit in bonis aduentitijs ex illicita causa quæsitis secundum Alex. in l. quod seruus. ff. de acquir. possess. qui adducit Ioan. And. Item fallit in bonis in quibus instituitur vna cum ipso patre. l. cum oportet. §. exceptis. cum auth. ibi posita, C. de bon. quæ liber. & ita dicit gl. in l. 3. C. de vsufruct. & glo. in §. si vero cum ascendentibus. in verb. vsum. in auth. de hæredit. quæ ab intest. & gl. Inst. per quas perso. nob. acquir. circa princip. & gl. in authe. vt lic. mat. & auiæ. in verb. parentibus. circa princ. vbi vide quando patri non quæritur vsusfructus.

LXVI.

Nota quod verba æquipollentia institutioni habetur pro institutione, quantum ad filium. gl. est in l. quoties. C. fa mil. erciscun.

LXVII.

Nota quod ex longa rei possessione præsumitur diuisionẽ fuisse factam pro diuiso. glo. est not. in l. si maior. C. commu. diuidun. & non reperitur alibi.

LXVIII.

Nota quod patroni dicuntur domini libertorum suorum textus est singularis in l. talem §. fi. ff. de hæred. instit.

LXIX.

Nota ꝙ accusatus ab vno nõ potest ab alio de eodem crimine deferri, sed de alio crimine ex eodem facto bene potest deferri coram eodem iudice, & antequam de altero pronuntiet, de vtroque cognouisse debet, vt l. qui de crimine. C. de accusation. quod alibi non reperitur.

ADDITIO.

Adde ad materiam quod si quis delinquit, & in pluribus legibus potest diuersis pœnis puniri, faciat vt habeat iudicem amicabilem, qui inquirat minori lege, vel quod accusetur coram illo iudice vbi imponitur mitior pœna pro suo delicto, nam tũc nulla alia poterit puniri. d. l. qui de crimine. C. de accus. & l. senatus. ff. eode. ita nota. dixit Ange. in d. l. qui de crimine. in glo. in verb. plurima. in lectu. quain fecit Perusii. & in d. l. senatus. idem tenet Sali. quem omnino vide in d. l. qui de crimine. Nota tamen quod hæc cautela non poterit patrocinari delinquenti si ipse procurasset se accusari, vel inquiri contra eum in curia, in qua mitior pœna veniret pro delicto imponenda, ad hoc vt maiorem pœnam euitaret. nam tunc talis præuentio minoris pœnæ nihil operaretur. Idem, si quis procuret accusari, vt non inquiratur. ita dixit Ange. in l. si seruus plurium. §. penult. ff. de leg. 1.

LXX.

Quæro, quis modus est seruandus ad hoc, vt quis dicatur perseuerasse in cõfessione criminis? dic quod postquam fuit confessus semel in tormentis, debet duci ad banchũ, vt reaffirmet dictum, quo facto dicetur perseuerasse in confessione. Iste modus traditur. in l. secunda. C. de custodia reorum. ad hoc vt iudex non possit nimium sæuire in eum, qui debet confiteri. quod no. assessor & iudex maleficiorum.

LXXI.

Quæro, quare quis ducitur ad confitẽdum delictũ apud acta? dicit l. 2. C. de cust. reor. ad hoc vt iudex non possit nimium sæuire in eum, quod debet confiteri delictum, & non alibi reperitur.

LXXII.

Quæro, nũquid vir possit accusare vxorem de adulterio & vxor virum? dic quod vir bene potest accusare vxorẽ, sed vxor virum non potest, vt l. 1. C. ad leg. Iul. de adult.

ADDITIO.

Adde ad materiam adulterii, quod licet propter adulterium mulier priuetur dote, & actione ad eam repetendam, l. viro atque vxore. ff. solut. mat. l. consensu. C. de repud. & l. cum mulier. solu. mat. cum vulgarib. illud tamẽ non procedit, si maritus suus tenebat concubinas, & similiter adulterium committebat. ita sing. Pau. de Cas. cõsil. 128. incip. hæc mulier non debet excludi. & mouetur per d. iura, & per regulam, quod paria delicta mutua cõpensatione tolluntur. vide Hippol. Marsi. sing. 234. paria delicta. Pau. de Castro. consi. 147. incip. reuocatur in dubium. per totum. vol. 2. Gerard. de petra sanct. singul. 48. scias quod si mulier.

LXXIII.

Quæro, nunquid admissio procuratoris in causa capitali reddat iudicium nullum? Respondeo non, nec potest opponi post sententiam, vt l. quamuis. C. de adult. & non est alibi.

ADDITIO.

Procurator in criminalibus regulariter non admittitur, l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. quod habet locũ etiam si in eo concurrant duæ qualitates, s. quia procurator, item & coniuncta persona, ita not. Ias. in l. cum rem. per illum text. C. de procurat. si tamen non fuerit repulsus, valebit processus in fauorem inquisiti, vt hic per Bal. & per Ange. de Aret. in tract. malefi. in verb. qui iudex videns quod inquisiti &c. in fi. alleg. glo. in c. 1. de iudic. lib. 6. in verb. criminales. excep. io enim repulsionis procuratoris est dilatoria, & ante litem contestatam debuit opponi. glo. in d. l. quamuis. hic alleg. vide Guid. pap. singu. 705. §. 2. & Guiliel. de ludo singu. 92. Gerard. de pet. sanc. singu. 63. num. 1.

LXXIIII.

Nota ꝙ replicatio emergens præiudicialis exceptionis debet ante exceptionem discuti, vt l. quoniam Alexandrum. C. de adul. quod alibi non reperitur. In qua lege est etiam vnum mirabile, videlicet quod disceptatio litis incipit à replicatione. quod alibi non reperitur.

LXXV.

Nota ꝙ contra inuentarium non admittitur probatio, vt l. veteris. C. arbitr. tute. quod alibi non reperitur.

ADDITIO.

Adde Paul. Castr. sing. 17.

LXXVI.

LXXVI.

Donatione facta per Constantinum ecclesiæ, vide glos. de officio præfec. vrb. l. 1. §. cum vrbem. & in c. pastoralis. de re iudic. in clem.

LXXVII.

An doctor insignis præferendus sit militi? vide l. sed reprobari. §. valde tamen. de excus. tut. ff.

ADDITIO.

Adde quod nobilis scientia præfertur nobili genere, vt per Cin. in l. si quis. C. de postul. refert & sequitur Roma. singu. 650. nobilitas. & ibi in addit. & in addit. Roma. sing. 491. heri fui interrogatus,

LXXVIII.

An respublica & fiscus sint idem? vide l. sed ambigendum. ff. de bonorum possess.

LXXIX.

An testis iuratus videatur iurasse secundum formam iramenti? dic vt l. Theopompus. de dote præleg.

LXXX.

Ad habendam notitiam causati requiritur cognitio suæ causæ.

LXXXI.

Quæro an sacerdos qui non est tabellio, possit conficere instrumentum? dic quod non excepto instrumento matrimonii, vt in auth. quib. mod. nat. effic. leg. §. sed quoq; & non est alibi.

ADDITIO.

Adde quod licet sacerdos non possit esse tabellio, si tamen conficiat instrumenta, valent. cap. sicut. an cleric. vel monac. Barto. in l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. Sed quid si adscribat legatum suæ ecclesiæ, vt notarius, an valeat, & talis scriptura faciat probationem, & sacerdos tanquam falsarius non puniatur? vide in c. cum inter vos. & ibi Io. And. de re iudic. Iason. in l. 1. §. huius studii. verb. 3. limit. ff. de iustit. & iur. Mathes. not. 87. Alexand. in dict. l. vniuersos. Bald. in Margarita, in verb. prælatus. 2. Alexandr. in l. impuberem. §. 2. ff. de fall. Hppolyt. Marsi. sing. 174. ille qui.

LXXXII.

Quæro, quod si potestas fecit dolosè quem occidi, debet puniri similitudine supplicij, vt l. lege. §. fi. ad leg. Iul. repetund.

ADDITIO.

Adde quod si concessum est arbitrium potestati quod non teneatur stare ad syndicatum, quod hoc casu remissa sibi videtur leuis & leuissima culpa. non autem lata, aut dolus. Bal. in l. si seruus vetitus. ff. de leg. 1. refert & sequitur Hippo. Marsi. sing. 595.

LXXXIII.

Nota quod si testis deponens dicit ego vidi Titium numerare mille libras Sempronio insolidis & carlinis die tali, & tali loco, nisi fallor, non habet attestationi aliquid derogare, nec facere, quin deponẽs fuerit assertiuè locutus, vt notat Baldus in l. 1. ff. de iustitia & iure. & per text. ibi, dum dicit verbum nisi fallere Philosophiam, &c.

LXXXIIII.

Vide Dyn. in cap. vltim. de regu. iur. ad id quod dicitur de ratione legis.

LXXXV.

Nota quod colonus debet seminare de semine suo, vt extra de deci. cap. tua. Baldus de Perusio.

LXXXVI.

Nota quod lex mortua non est lex, vt l. 1. in fin. C. de Latina liber. tol. sic nec homo mortuus est homo, vt l. Proculus de verbor. signific. sic nec falsus procurator est procurator. l. fallus. ff. de furt. sic nec falsus denarius, vt dict. l. Proculus, alias Paulus. & l. 1. ff. de contrahen. empt. nec arida manus dicitur esse manus, vt not. in l. de quibus. ff. de legibus & not. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fug.

LXXXVII.

Nota ꝙ talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. vt l. fideiussor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. actio.

LXXXVIII.

Nota quod lex noua trahitur ad veterem, circa quod vide l. nihil. de coniug. cum emancip. lib.

ADDITIO.

Et si lex noua imponat pœnam pro delicto, non tollitur pœna antiqua, secũdum Doctor. in l. si quis sepulchrum. C. de sepulc. viol. & l. quoties. de actio. & obliga. facit l. in eũ C. de furt.

LXXXIX.

Nota clausulam appositam in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque iur.

XC.

Qualiter impetrantur rescripta principis? vide l. 2. C. de exstren. & minist. libro 12. Baldus.

ADDITIO.

Adde quod rescriptum à principe obtentum, non habet effectum, donec iudici seu commissario fuerit intimatum l. 1. & ibi Cin. C. de litigios. item non valet rescriptum per quod quis impetrauit iudicem lite pendente non facta de ipsa lite mentione. c. cæterum. & cap. super literis. versic. si vero. de rescrip.

XCI.

Not. quod in matrimonijs debemus sequi ius canonicum, vt est gl. Instit. de nupt. in princip. Baldus.

XCII.

Nota quod illud quod datur nomine dotis non est dos, vt illud quod datur propter matrimonium illicitum, vt l. serua seruo. ff. de iure dot.

XCIII.

Nota quod vbi deficit forma, ibi deficit esse rei, vt l. non sunt liberi. ff. de statu homin. Baldus.

XCIIII.

Nota ꝙ sententia super ingenuitate ritè lata facit ius apud omnes, in c. ratum. de reg. iur. in 6.

XCV.

Nota quod de conclusione conclusionis non est quærendum, vt. ff. de præuar. l. præuaricationis.

XCVI.

Quando tabellio stipulatur mihi non videtur quæri per ipsum, sed per legem, vt tenuit Baldus in l. 2. ff. de his qui sunt sui. & dicit quod quæritur mihi vtilis. l. non quasi. ff. rem pupil. sal. fo.

ADDITIO.

Adde quod est duplicatum supra sing. 39.

XCVII.

Nota quod si existens in peccato mortali efficitur furiosus. non sunt sibi danda sacramenta ecclesiæ, quia peccatum secum retinet, circa quod vide l. si is qui. de acq. pos. & in l. qui furere. de statu ho.

XCVIII.

Nota quod mortuo arrogatore, & deinde imputetur arrogato, bona quæ venerunt ad arrogatorem sunt restituenda, & propterea quarta pars arrogatoris, in qua potest

test arrogator directo substituere vsque ad tempora pubertatis, vt l.si arrogator.ff.de adoptionibus.Baldus.

XCIX.

Nota glos.in l.1.§.exigit.ff.de bon.poss.secund.tab.quia non est alibi,in qua dicitur,quod si testamentum meum rumpitur,quod amota causa ex qua rumpitur, conuale scit testamentum.

C.

Vide glossa.in l.1.in fin.de tut.& cur. dat.ab his. quæ non est alibi,

CI.

Nota quod si imploratum est iudicis officium mercenarij & processum sit ad sententiã pro petente,sententia est ipso iure nulla,vt l.si in iudicio.ff.de excep.rei iudic.quod alibi non reperitur,

CII.

Nota quod id quod dicitur,quod qui non est soluendo in
a pecunia,debet luere in corpus,a habet locum in obligato ex delicto vel quasi,secus si ex contractu vel quasi,vt l.1.qui bon.ced.poss.ita tenuit Bald.in l.si quis id quod de iurisdict.omn.iudi.de hoc per Cinum in l.si non conuitij.C. de iniur.

ADDITIO.

a Luere in corpus.Sed si post luitionem corporis peruenerit ad pinguiorem fortunam,non tenetur soluere,secundum Bal.in l.fi.ff.de in ius vocand.ex eo quod luitio corporalis cedit loco solutionis pecuniariæ.allegat tex.quẽ dicit meliorem qui sit in mundo, l.sed si vnius.§.sed si ante.ff.de iniur.ad idem est glo.ordin.idem decidens,in c.sicut dignum.de homicid.

CIII.

An iudex possit compellere quem ad consulendum?glossa est quod sic,in l.2.C.de prox.sacro.scrin.& non est alibi.

CIIII.

Nota quod actori pro quo est lata sententia, est quæsitum sibi duplex ius. s. actio in factum & officium iudicis,vt l.si prætor.in fi.ff.de iudic.qui tex.non est alibi.

CV.

Nota quod appellatione sententiæ diffinitiua continetur, vt not.per glos.in l.1.§.biduum.ff.quand.appe.sit.& non est alibi.

ADDITIO.

Adde Anto.Corset.sing.190.in verb.notorium.num.2.versicu.& si aliquis mihi diceret,vbi vltra Bal.hic alleg.gl.in in cle.1.de re iudic.& not.in ca.cum olim.de testib.& c. eum olim.de casu poss.& proprie.& not.in rub.ff.de re iudic.& gl.fi.in l.quod iussit.ff.eod.Mathes.sing.93. & ibi in addit.eundem Mathes.in l.2.versi.2.notate ex ista glo.C.quom.& quando iud.& in l.ante sententiæ.nu.2. C.quor.appel.non recip.

CVI.

Quæro,qualiter debeat fieri captura persoꝛnæ?vide l.3.§.tutor.ff.de suspect.tut.& vide 10.collat.de vas.mil.qui contu.est.

CVII.

Nota quod vbi aduersatiua ponitur cum copula,ibi potest ad vniuersitatem iuris,licet diuersitatem facti,vt colligitur ex glossa post medium.l.1.ff.si quis ius dic.

CVIII.

Vide glos.in l.apud eum.ff.de manumis.ad hoc.s.de maioritate & minoritate.

CIX.

Nota quod quando aliquid habet duo extrema, quorum alterum est fauorabile,alterum est odiosum,fauorabile recipit interpretationem extensiuam,odiosum restricti uam,vt colligitur ex gl.l.2.circa fi.glo.super verbo,liberis,vbi allegatur l.cum quidam.de lib.& posthum.quod bene nota.

CX.

Nota quod quando actus fit ad præparationem citationis, ille actus non requirit citationem.Verbi gratia,libertus petit à Prætore veniam,qua conuenire possit patronum suum,sed ista venia non datur,nisi causa cognita liberto, vt l.sed si homo.§.prætor.ff.de in ius vocan.& ad cognoscendum de causa illa,non est necessaria citatio, quia fit ad præparationem citationis, vt tenet Baldus in dicto §.prætor.

CXI.

Dominus Iaco.But.inducit finem l.1.de interdictis,in argumentum,quod statuta recipiant interpretationem extensiuam.

ADDITIO.

Adde q̃ statuta recipiunt interpretationem à iure communi,licet generaliter loquantur,per tex.iuncta glos. super verb.nuntiationem.in l.1.in princ.ff.de no.oper.nuntiat. & ibi hoc not.Ang.facit l.fi.§.in computatione.C.de iure deliber.& l.vt gradatim.ff.de muner.& honor.vide Iacob.de But.in l.1.C.de condit.insert.

CXII.

Vide casum l.miles.§.mulier.ff.de adulter.l.si vicinis.C.de nuptij.quia alibi non reperitur.

CXIII.

Nota quod per instrumenta possunt probari matrimonia, vt in authentica,vt fratrum filij.in prin.collat.9.

ADDITIO.

Matrimonium q̃ non probetur per instrumentum,tenent Inno.Host.Io.And.Imo.Bal.& Alb.in c.illud.de præsumpti.Vide Alex.in addit.ad Bar.in l.ex hac scriptura.in addit.magna circa medium.ff.de donatio.Roma.sing.451. Mathes.sing.79.& ibi in addit.Guid.Pap.sing.468.§. matrimonium.

CXIIII.

Nota quod suspecti non habent vocem circa rem, in qua sunt suspecti,vt l.viduæ.C.de nupt.

CXV.

Nota quod in connexis permissum trahit ad se prohibitũ, vt l.li is qui duos.ff.de liber.cau.

CXVI.

Vide glossam in verb.postea.in l.cum fundum.ff.de vi & vi arma. quæ est singularis.

ADDITIO.

Hanc glos.reputat Bolog.ad hoc singularem,quod facultas capiendi propria authoritate vel faciendi vindictam de offensa potest exerceri per alium non solum per nosmetipsos quibus competit ista facultas,quod tamen verum intellige in concessione legali,secus in vindicta permissa alicui à statuto, quia nõ potest alteri committi, & per alium explicari.

CXVII.

Nota quod illud,quod lex non vult,facere non teneor,vt in l.Cerdonem.de operis libert.

CXVIII.

Nota quod iusta causa reuocãdi,pro iusta reuocatione habetur.l.si cum Cornelius.de solut.

ADDITIO.

Adde quod d.l.si cum Cornelius.ad hoc propositum dicitur singularis,quod adiectus solutioni,licet nõ possit agere suo nomine proprio,tamen potest agere nomine ꝓcuratorio domini.de quo per Alex.in l.stipulationibus. col.vlt.ff.de verb.oblgat.

CXIX.

CXIX.

Nota quod missus in possessionem de consuetudine lucratur fructus,vt notatur in authen.de exhibend.rei s.in §.si vero quidam.collat.5.& non est alibi.

CXX.

Nota quod confessio facta coram notario absente iudice, nemini præiudicat, vt est glos.in l.iubemus.C.de lib.cau.

ADDITIO.

Adde Guid.Pap.sing.73.& Pe.de Rauen.sing.94.

CVXI.

Nota quod ille qui habuit tempus ad deliberãdum,& post tempus elapsum dicit,credo,non potest postea excipere de errore,vt no.in cap.ex literis.extra de diuor.

CXXII.

Nota quod donatio facta pauperibus nemine stipulante pro eis,non valet,vt no.glo.in l.illud.C.de sacrosanct.ecclesi. tamen quis potest pro his stipulari etiam dirigendo verba in ipsos absentes. glos.est ordinaria,quæ alibi non reperitur.1.q.7.cap.quoties cordis oculus.& dicit etiam Bald.de hoc in d.l.illud.

CXX III.

Nota quod summaria cognitio est illa quæ litis contestationem præcedit,vt tenet Inn.& Ioan. And.in cap.pastoralis.de officio del.in clem.

CXXIIII.

Nota quod monachus non habet velle nec nolle.12.q.1.ca. non dicatis.Baldus.

CXXV.

Nota quod tot modis appellatur ab excessu sententiæ, quot modis dicitur plus,vt ait Inn.in c.super quæstionum.de offi.deleg.

CXXVI.

Nota quod si quis confitetur circa tormenta, ipse videtur cõfiteri metu tormẽtorum,vt l.quod nouissime.ff.quod falso tuto.& ibi casus.

ADDITIO.

Adde quod confessio rei constituti in fortijs iudicis, dicitur metu tormentorum facta,cum iudex semper habeat potestatem & potentiam in actu torquendi ipsum reum secundum Din.in d.l.quod nouissime,& nota quod licet confessio torti nõn præcedentibus indicijs sit inualida,tamen confessio territi,& etiam confitentis apud chordam valet & tenet;quoniam licet non præcedentibus indicijs quis non torqueatur, terreri tamẽ potest,& duci ad chordam,& valet confessio secundum Bald.in l.2.C.quor.appell.non recip.

CXXVII.

Nota quod in summaria cognitione, vel officio iudicis iuratur de calumnia, vt l. thesaurus.ff.ad exibendum.

CXXVIII.

Nota quod si quis confitetur occidisse Petrum, dato quod confessio non sit funditus vera,tamen si est vero proxima,confitẽs ex confessione tenetur,quod est no.dignissimum, vt l.si is cum quo.ff.de confe.nec est alibi.

CXXIX.

Nota quod testamentum semper in dubio præsumitur verũ & solenne, nisi contra doceatur.hoc not.in l.si post.C.de iuris & fact.igno.& ibi glos.

CXXX.

Nota quod sicut militi non auferuntur arma,ita nec scholaribus libri,vt not.glo.in l.nepos Proculo.de verb.signi.

ADDITIO.

Tu adde quod si scholaris cedat bonis,deinde emat libros, creditores non poterunt eos auferre secundum eundem Bal.in rubric.C.qui bon.ceder.poss.no.Sal.in l.si non fortem.§.si centum.colum.fi.ff.de cõdict.indeb.libri enim quibus quotidie vtuntur scolares & doctores,non veniũt in obligatione generali,sicut nec vestes propriæ personę nec quæ in vtu quotidiano habentur, nisi de eis specialis facta sit mentio.l.obligatione generali.cũ seq.ff.de pign.

CXXXI.

Quæro an sententia appellationis sit interlocutoria vel diffinitiua? vide glos.in cap.fin.de appella.in clement.

CXXXII.

Nota quod alternatiua posita inter duos, quibus æqualiter insolidum potest acquiri, vitiat stipulationem, vt l.1.§.si fructuarius.ff.de stip.seruorum. Baldus.

CXXXIII.

Quæro,an iudex teneatur expectare illum, cui dedit terminum ad craſtinam diem ad audiendam sententiam? vide glos. magnam in tit.de verb.obli.in §.omnis stipulatio. in glos.quæ incipit,hic not.quæst.de facto,quæ finaliter concludit quod non.

CXXXIIII.

Nota quod spolians non habet exceptionem dominij, vt no.ꝑ Di.in c.qui ad agendum.extra de regulis iuris.in 6.

ADDITIO.

Si tamen spoliatus confiteatur spoliantem esse dominum, non debet restitui.ita notabiliter Angel.in l.Paulus.§.1. ff.quib.mod.pign.vel hypoth.soluit. qui adducit vnum dictum Innoc.quod dicit singularissimum.

CXXXV.

Nota quod scriptor qui inchoauit scribere scholari tenetur opus perficere,& potest poni in compedibus,& est in electione scholaris, vtrum velit quod opus incœptum cõpleatur,vel sibi interesse soluatur,hoc probatur ꝑ gl.magnã in l.stipulatio.§.siue.ff.de ope.noui nũtia.sed casus est in cõtrariũ ꝑm quosdã,in l.in stipulatio.§.fi.ff.de ver.obl.

ADDITIO.

Adde eundem Bald.supra sing.60.

CXXXVI.

Quæro,an socius qui vult recedere,possit ponere alium loco sui inuito socio,qui remanet in domo?respondetur quod sic, inspecto iure conductionis,sed quia ius societatis ꝑualet conductioni,ideo prohiberi potest.de hoc vide gl.singularẽ insti.loca.§.fin.quę non reperitur alibi.

CXXXVII.

Quę differentia est inter actionem directam & vtilem, & cui datur directa,& cui vtilis?vide gl.glos.notabilem in l. consensu.ff.de actio.& obliga.& l.2.de actio.& oblig.

CXXXVIII.

Qui addit aliquid alicui rei,nouam rem facit, vt ff.de iustit. & iure.l.ius ciuile.Bald.de Perusio,&c.

CXXXIX.

Nota quod vno & eodem actu possum approbare & reprobare,si appello à sententia lata contra falsum procuratorem,qui nomine meo egit,vt l.3.§.falsus.ff.rem rat.hab.

CXL.

Quæro,an legatarius sua authoritate possit capere legatum uide glo.in l.Titia cum testamento.§.Lutius.1.de leg.2.

ADDITIO.

Adde quod legatarius tenetur cauere hæredi de parendo cõditioni vel modo à teſtatore iniuncto, alias hæres non tenetur ſibi legatum præſtare. l. ſi tibi legatum. cum ſimili. de leg. 3. Et contra legatarium per hæredem præſcribitur iuri præſtandę, cautionis per ſpacium 30. vel. 40. annorũ ſecundum Bal. ſing. in c. cum non liceat. de præſcrip. & in pulchra quæſtione conſuluit idem Bald. conſi. 342. ſuper eo quod quæritur. lib. 1. & conſ. 137. quędã vidua. & cõſi. 168. proponitur quod quædam. lib. 5. & illud dictũ Bal. d. ind. cap. cum non liceat. pro ſing. refert & citat laſ. in l. huiuſmodi. in prin. in 1. notab. circa fin. ff. de leg. 1. Adde ad materiam tex. iuncta gl. in verb. petendo. in ca. Rainaldus de teſta. l. eam quam. C. de fideicommiſ. limita tamen niſi teſtator dederit licentiam legatario capiendi rem legatã propria authoritate. d. l. Titia cum teſtamento. §. 1. hic al leg. & ibi Bar. & alij & Baldus in l. non dubium. C. de leg.

CXLI.

Nota quod ſi riſi, vel etiam luſi, vel comedi, vel bibi cum eo qui iniuriam intulit mihi, videor ſibi remiſiſſe iniuriam, vt eſt gloſ. inſtitu. de iuurijs. §. fi. in contrarium facit ca. ſi aliquando. de ſen. excommu.

CXLII.

Nota quod intentans ius commune tenetur cauere de rato conſortis, vt l. non ſolum. §. ſi de dote agat pater. ff. de procurato.

CXLIII.

Nota quod pro alienis negotijs quis non tenetur ſe ponere in neceſsitate, vt l. Thais. §. 1. ff. de fidei. libe. & l. ſi nautem. ff. de negotijs geſtis.

CXLIIII.

Nota quod cum teſtis deponendo dicit, omnes dicunt, iſta infinitas debet diſcrete intelligi, ſcilicet, omnes qui ſimiliter dicunt habere cognitionem huius rei, vt not. in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquiren. hæredi. & ibi gloſ. notabilis ſuper verbo, dicere. & ff. qui ſatiſd. cogan. l. inter omnes. & vide bonum tex. in l. ſi arbiter. ibi, ſed cum omnium hęc eſt opinio. ff. de probat. & ibi doct.

CXLV.

Nota quod omnia iura quæ ſtatuta ſunt in minoribus, ſtatuta ſunt in quibuſcunque curatorem habentibus, vt no. glo. in l. 1. de cura. furio. quæ gl. non reperitur alibi.

CXLVI.

Nota quod ratio reddita bona fide ſemper dicitur reddita bene. vt l. quamuis. ff. de cond. & demonſt.

CXLVII.

Nota quod aduerſus vnum parum cuſtodia poteſt, vt l. ſi ea res. in principio. ff. de actio. emp.

CXLVIII.

Nota quod non tenetur ad probandum quod probabiliter ignorat. l. ſi cum exceptione. §. in hac. coniuncta gloſ. ff. quod met. cau.

CXLIX.

Nota quod ſi iudex dat fiduciam bannito, non tenetur eã ſeruare ſibi. vt in authen. de mand. princip. §. ne autem. ſecus ſi fiat à principe, vel à duce belli, vt l. conuentionum. ff. de pact. & ibi not. & eſt gloſ. in §. non. fuit. in l. 1. ff. de dolo. & plene per Bartol. in l. 1. ff. ad leg. Iuliam maieſt. & vide per eum in l. is qui reus. de public. iud. in pen. quæſti.

CL.

Nota quod aliud eſt modificata promiſsio, & aliud eſt expreſſa, vel tacita pro habitis. hoc dixit Baldus in l. ſi cum mihi permiſiſſes. ff. de dolo malo.

CLI.

Nota quod ex leui preſumptione non defertur ſacramentũ. de hoc habes gloſſam notabilem in l. 1. §. vnde illud. ſuper verbo, leuior. ff. de minor.

CLII.

Quæro, an fiat litis conteſtatio per verbum, credo, vel non credo? vide extra de reſtitut. ſpoliatorum. capit. cum ad ſedem. hoc notat Baldus in princi. legis. iuſiurandum. & ad pecunias. ff. de iureiurando.

CLIII.

Quæro, an valeat teſtimonium excommunicati, qui communiter non habetur pro excommunicato? dic quod ſic, vt in capitul. ad probandum. extra de re iudic. & in authẽ. de tabel. §. 1.

CLIIII.

Nota quod ſcriptura, quæ nihil continet, nihil operatur, vt l. ſi binę tabulæ. ff. de iniuſto rup. irritoque teſt.

CLV.

Quæro, an tabellio conficiens inſtrumentum debeat eſſe rogatus à partibus? & dic, vt no. per. gl. in authentica de tabel. §. nos autem. collatio. 3. ſed quid ſi in inſtrumento nõ appareat quod fuerit rogatus, & dicit ibi quod ſic.

CLVI.

Vide gl. ordin. 7. q. 1. cap. quam periculoſum. de tranſmiſsione Regnorum, quę gl. non reperitur alibi, ſecundum Baldum. hoc ponit ipſe in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.

CLVII.

Nota gl. in l. 2. C. qui ętate. libro. 10. de æſtimo patris & filij, nam ſufficit patrem ſubire, quia iuris fictione preſumitur eſſe vna & eadem perſona, vt C. de impub. & alijs ſubſtit. l. fin. in fi. quæ glo. non reperitur alibi.

CLVIII.

An frater teneatur dotare ſororem? vide gloſ. in l. cum plures. §. pen. ff. de adminiſt. tutor.

ADDITIO.

Adde quod gl. in dict. l. cum plures. §. cum tutor. tenet quod frater tenetur dotare ſororem ſuam ex eodem patre in opem, ſecus ſi ex alio patre exiſtat, vt ibi eſt textus. item tenetur eam alere. l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. debeat.

CLIX.

Quæro, nunquid filius tacendo per annum poſsit poſt annũ teſtamentum dicere nullum, in quo eſt præteritus? dic ꝙ non, glo. eſt in l. ſi impubes. §. quæſitum. ff. ad Carbonian. quod non reperitur alibi.

CLX.

Nota l. legata inutiliter. ff. de adimend. legatis. quæ non eſt alibi, & l. captatorias. ff. de teſt. mil.

CLXI.

Vide gloſſam vnicam in l. illa inſtitutio. de hæred. inſtituẽ. de cõſilio ſapientis. idem vide in l. item quia. ff. de pactis. de conſenſu & diſſenſu. & eſt valde notabilis lex.

CLXII.

Vide c. 1. de vſur. in cle. & ibi habes no. gl. de editionibus.

CLXIII.

An acta facta coram vno iudice poſſunt produci coram alio? vide l. quoties. §. fi. ff. de proba. in glo. 10.

CLXIIII.

Vide glo. quæ non eſt alibi de duabus ſcripturis, in l. ne caſu C. de diſcuſſor. lib. 10.

CLXV.

Vide l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. 2.

CLXVI.

Vide cap. in noſtra. extra de iureiur. vbi eſt caſus, quod vniuerſitas poteſt in ſingulos de vniuerſitate legem imponere, qui non reperitur alibi.

CLXVII.

Vide gl. l. 1. ff. de impen. de dote, vel circa dotem.

CLXVIII.

Vide gloſſam ordinariam in l. inter cauſas. §. abeſſe. ff. mandati. de fideiuſſore non idoneo. & aliam gl. in l. ſi mulier. C. de iure dot. vbi dicit gl. quod non curatur, vbi principalis ſit diues, ſi fideiuſſor ſit non ſoluendo, & non eſt alibi illa gloſ.

CLXIX.

Vide gloſſam ordinariam in l. cum hęres. ff. de libe. lega. de ignorantia facti proprij, & aliam, quæ non eſt alibi.

CLXX.

Quero, an in ſubſtitutione veniant prælegata? vide l. Sextã. de leg. 3. quæ dicit quod non.

CLXXI.

Vide l. quicunque. C. de apochis public. libro 10. de prima præſtatione ad quæſtionem formatam in l. 1. C. de fideicommiſ.

CLXXII.

Nota quod quãdo citatio eſt incongrua, proceſſus qui ſequitur ex ipſa citatione eſt nullus, vt in cap. paſtoralis. extra de re iudicata. in clemen.

CLXXIII.

Nota quod dubius de iuriſdictione ſua, eſt certus de iuriſdictione ſua, vt l. 2. in princi. ff. ſi quis in ius voc, non ierit, vt puta, lex facit quem iudicem, vbi non apparet de iuriſdictione, ſed certa eſt iuriſdictio legis, ergo non dubitatur, vt dicta l. 2.

CLXXIIII.

Nota quod aliquis eſt citatus pro vna die, & à caſu dies illa ſit feriata, quod citatus tenetur cõparere prima die ſequenti, nõ feriata, vt l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut.

CLXXV.

Vide l. hæres meus. §. fin. ff. de conditionib. & demonſtrat. quod illud quod non poteſt ſtatui contra clericum ratione ſui delicti propter ſtatuta terrarum, ſtatuitur cõtra patrem clerici, vel attinentes ratione ſanguinis, poteſt etiam iſtud colligi in l. 1. ff. in ius voca. vt eant.

CLXXVI.

Ad veritatem copulatiuæ requiritur veritas vtriuſque partis, vt l. ſi. ff. in ius voc. vt eant. & eſt tex. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit x. ff. de verborum oblig.

CLXXVII.

Nota quod ratione maioris delicti minus delictum remanet impunitum. per l. 2. qui ſatid. cog.

CLXXVIII.

Vide gloſ. in l. ſi homo mortuus. ff. de verbor. obligat. quia ibi debet eſſe gl. cõtinua magne, l. ſi deceſſerit. qui ſat. cog. in illa quæſtione, Quid ſi promiſi Stichum.

CLXXIX.

Nota quod in c. paſtoralis. de re iudic. in cle. dicitur, Ponamus quod aliquis deliquit Padue, & aufugit Triuiſium, ſi iudex. Paduæ petit ſibi remitti delinquẽtem, quod iudex Triuiſij tenetur mittere ipſum de iure, & ſi delinquens vult ſe excuſare ibi, ſcilicet, Triuiſij, dicens quod non deliquit, vult dicere ſe deliquiſſe in bannitum. Et dic quod delinquens non debet audiri, niſi in loco, in quo deliquit. Bar. querit de iſta queſtione in l. 1. ff. de public. iudiciis. ibi cauſa ſtatus. quod eſt no. dignum.

CLXXX.

Secundus creditor non agit hypothecaria re per primum creditorem vendita,ſed primo creditori per debitorē adiudicata,agere poteſt hypothecaria contra primū creditorem obligata tamen debitore.vt l.ſi antiquior creditor.qui potior.in pignor.habean.

CLVI.

Qualiter fiat miſſio in nominibus, C.de præto.pig.non eſt alibi.

CLVII.

Verbum promitto,adiectum in epiſtola intelligitur de ſtipulatione.l.1.de contrahen.& commit.ſtip.

CLVIII.

Quando committatur pœna adiecta ſuper cōpromiſſo per pactum nudum.l.nuda.eo.titu.

CLIX.

Dies interpellat pro homine. l.magnam. C. de contrab.& committ.ſtipul.

CLX.

Obligatio dandi,vel faciendi vel mixta tranſit ad hęredem & contra hæredem,licet hæredis mentio non ſit facta.l. veteris.eo.

CLXI.

De probatione indirecta hominis in l.optimam.& melius in l.1.§.ait prætor.de iti.actuque priua.In ea.l.habes tedum dicit,quod non poteſt obiici quod non ſit ſeruus. non eſt alibi.& facit quod contra factam confeſſionem in contractu non poteſt conueniri.

CLXII.

Promiſſio facta in tempus mortis promiſſoris collata incipit in perſona promiſſoris & executio in perſona hæredis.l.fin. eo.

CLXIII.

Duo rei dandi non poſſunt adinuicem fideiubere niſi ſint ſocij.C.de duo.re.l.1.Contra no.in l.vir vxori.in fi.ff. ad Velleia.prima vera.

CLXIIII.

Agnitio facta vni ex creditoribus vel ab vno ex creditoribus prodeſt & nocet alijs.de duo.reis.l.fi.

CLXV.

Per exceptionem liberatur debitor cuius bona publicata ſunt.l.1.de fideiuſſoribus.aliter not.ff.eod.l.vbicunque.& l.ſi debitori.

CLXVI.

Qui promittit inuenire tenetur præſentare.C.de fideiuſſo. l.Barſatoram.No.tres conſtit.in d.tit.ſ.l.antepenul.& ſi quæ ſunt ſingulares.

CLXVII.

Procurator datus ad exigendum,non poteſt liberare niſi quis ſibi ſoluerit.de nouat.l.3.Quando inducatur nouatio.l.ſi.de noua.

CLXVIII.

De obligato ex pluribus cauſis ſimpliciter facta ſolutione in quam cauſam ſoluiſſe videatur.de ſolu.l.1.

CLXIX.

Creditor non cogitur cedere extraneo offerenti pro debitore.de ſolut.l.nulla.

CLXX.

Obligatus ſoluere in vno loco an poſſit cogi ſoluere in alio,vt l.vſuras.eo.titu.

CLXXI.

Tertia perſona offerens & conſignans liberat debitorem, l.obſignatione.eod.titu.l.cum poſtliminii.de poſtlimi. reuer.facit ff.de ſolut.l.qui decem.§.1.

CLXXII.

Marito non poteſt ſolui à debitore,vt l.cum maritum vxore.eod.titu.

CLXXIII

Fideiubendo non videtur quis remittere ius quod habet in re pro euictione cuius fideiubet.de euict.l.ſi.

CLXXIIII.

Filius præſcribit aduerſus patriam poteſtatē.l.1.de pa. por. ſibidem habes quis debet probare emancipationem nō iure factam.facit l.ab ea parte.de probat.

CLXXV.

Fertur ſententia quandoque ſecundum partis voluntatem vt l.3.eo.

CLXXVI.

Dari poteſt curator bonis cuiuſlibet abſentis.de poſtli.reuer.l.cum cognatos facit l.ab hoſtibus ex quib.cau.mai.

CLXXVII.

Deſcriptio rei alienæ facta in publicum domino ſciente præiudicat domino.de donat.l.cenſualis.

CLXXVIII.

Donatio facta filio in poteſtate poſito confirmatur p emancipationem patre durante in eadem voluntate & traditione ſequuta.vt l.ſiue emancipatus.e.tit.Ad q l.2.ſupra ſi quis alte.vel ſib.& l.parum.de donat.inter vir.& vxor.

CLXXIX.

Inſinuatio donationis debet fieri in loco contractus celebrati licet res alibi ſit, vt l.data.& l.in hac.de donation.

CLXXX.

Per retentionem vſusfru.tranſit poſſeſſio,vt l.quiſquis.& l. ſi quis argentum.§.ſed ſi quidem.eo.tit.non eſt alibi.

CLXXXI.

Procurator in rem ſuam conſtituit procuratorem ante litis conteſtationem,vt l.illam.eo.titu.

CLXXXII.

Acta iudicij non requirunt teſtium inſcriptionem,vt l.in donationibus.eo.titu.

CLXXXIII.

Non fit donationum cumulatio quo ad inſinuationem ſi neutra per ſe legitimum modum excedit,vt l.ſancimus. eo.titu.& ibi habes quando donatur quid annuum.

CLXXXIIII.

Qui tenetur ad certum redditum frumenti & alterius rei annuatim præſtādæ poteſt rem tradere ex qua id annuatim percipiatur.l.ſi quis argentum.eo.titu.

CLXXXV.

Fideicommiſſarii iurant.vt l.ſi quis pro redemptione.eod. tit. Et in ea.l.habes de iuramento quod præſtat,qui dicit ſe in domo expēdiſſe.& ibidem not.caſus qui nō requirunt inſinuationem.

CLXXXVI.

Quæ actio competat donatori si modus non seruetur à donatario. vt l.1.de donat.quæ sub modo.

CLXXXVII.

Donando quis potest alteri stipulari.l.quotiens.eo.titu.

CLXXXVIII.

Quod est dare casum in quo res empta de pecunia alterius cedit loco pecuniæ.l.1.de reuo.dona.

CLXXXIX.

Vniuersalis donatio reuocatur, si donator liberos post donationem suscipiat.l.si vnquam.eo.titu.

CXC.

Donatarius tenetur alere donatorē.l.fi.eo.tit.Contra alias. licet gl.not.in l.in condemnatione.de reg.iur.dicat id nō reperiri in iure.

CXCI.

Donatio causa mortis habet communem effectum quem habent legata, vt l.fi.de don.caus.mor.facit l.2.ff.de pub.

CXCII.

Prosequens suam vel suorum iniuriam potest accusare reū de crimine absolutum si docet se ignorasse, licet de præuaricatione non doceat.C. de accusat.l. qui de crimine. facit de præuaricator.l.præuaricator.& de accus. l. sicut. §.hisdem.vbi not.contra dic vt l.2.in fi.de adulter.& l.si maritus.in princ.prima vera.& vide l.3.§.si tamen.de liber.hom.exi.

CXCIII.

Maritus non potest occidere adulterum quem inuenit cū vxore in domo aliena.l.Gracchus.C.de adult.

CXCIIII.

Si filius occidit mandato patris eum quem pater impunè potest occidere non tenetur,& occidit impunè.d.l.Gracchos.Pe.de pisis.

CXCV.

In criminali contra procuratorem non potest obiici exceptio post lit.contest.de adul.l.quanuis.non est alibi.vide ca.1.de iudic.lib.6.

CXCVI.

Vulneratus decedens post triduum non præsumitur mortuus ex vulneribus.l.1.C.de emen.seruo.non est alibi.

ADDITIO.

Adde Pet.de Rauen.singulari 795.

CXCVII.

Pater qui occidit filium presumitur ex improuiso occidisse. l.1.de sicar.non est alibi.

CXCVIII.

Triginta annis præscribitur officio iudicis.l.querela. C. de fal.sic in l.sicut.de præscrip.30.ann. Alibi pscribitur triennio vt l.sequitur.§.fructus.ff.de vsucap.prima vera in immobili,secunda in mobili.

CXCIX.

Celans instrumentum committit falsum, vt l.cum qui.ff.de fal.& de dolo.l.si quis armauerit.§.fin. Contra nota.ff.de fal.l.Paulus.dic si occultata veritas nō appareat, tunc procedit prima glo.si vero animo lucrandi, tunc committit furtum,non autem falsum,si dubitatur,præsumitur animo lucrandi.

CC.

Sentētia lata in ciuili præiudicat in criminali, vt l.si quis ad se fundum.C.ad leg.Iul.de vi. Contra not.de fide instru. l.fi. Dic quod absolutoria præiudicat non condemnatoria ipsi reo sed actori, vt l.prætor edixit. §. 1. ff.de iniur. Quos dicimus contineri appellatione suorum.C.ad turpi. l.si fœmina.non est alibi.

CCI.

Vbi plura crimina oriuntur ex eodem facto accusatus ab vno de vno crimine,non potest ab eodem de alio crimine accusari.ita no.gl.in l.qui de crimine.C.de accus.à cōtrario sensu.non est alibi.Pet.de Pisis.

CCII.

Constante matrimonio potest mulier cedere actionem de dote.l.2.§.nec cogitur.solut.matrim.

CCIII.

Soluto matrimonio cogitur mulier stare colono fundi dotalis,cui vir locauerat.vt l.diuortio.in prin.in gl.ibi tres aurei.contra not.in l.2.in fi.de dot.præleg.Prima vera in colono qui nummis colit.Secunda in partiario , nam cū sit ibi quædam societas non trāsit in singularem successorem,licet hoc casu tranieat in vniuersalem.vt l.empto rem.C.locati.

CCIIII.

Tutus exceptione doli,& soluens ante sententiam repetit. solut.mat.l.ex diuerso.in fi.contra not.de cond.ob cau.l. qui se debere.& l.qui exceptionem.de condictio.ind.& ista vltima vera.

CCV.

Soluto matrimonio non transit dominium rei dotalis in vxorem ipso iure.firmat.amot.l.ob res.contra nota.ff.de public.l.cum sponsus.vltima verior.

CCVI.

Obstetricibus creditur sine iuramento.ff.de vent.inspic.l. 1.§.1.cui concordat quod not.in l.iurisiurandi.C.de testibus.cōtra no.in l.hac edictali.C.de secun.nu.& de fid. inst.l.comparationes.Dic aut gerit officium publicum, tunc de eo ad quod illud officium extenditur,ei creditur sine iuramento.vt patet in tabellione,quia iam iurauit exercere officium suum legaliter,sed de eo ad quod non extenditur,& si non est officialis publicus non creditur sine sacramento.

CCVII.

Tutor datus à matre filio,quem instituit,confirmatur cum inquisitione.de confirm.tutor.l.mulier.contra no.& male de tutel.l.pater facit.l.si mater.de confirman.tuto.

CCVIII.

Nullus curator est legitimus,nisi furiosi,vt l.ventri.in fi.de tut.& cur.da.ab his,& inst.de cur.§.item furiosi . contra not.de excu.tut.l.amicissimos.in fi.prima vera Bal. imo dic,quod vltima vera per eā quæ not.in l.item eorum, in fi.de poltu.& quod ibi scripsi,& per tex. optimum in l.generaliter.de epis.& cler.& ibi etiam scripsi.& per tex. §.& hoc dicimus,vt hi qui obliga.Ex quibus iuribus patet,quod non solum prodigus,& furiosus habent curatorem legitimum,sed etiam surdus & mutus.

CCIX.

Potest pater authorari filio donanti fratri suo. de auth. tuto.l.1.non est alibi.

CCX.

Minores maiore prouocante ad diuisionem diuidunt non solum cum maiore,sed etiam inter se.de auth.tut.l.inter pupillos.non est alibi.

CCXI.

Authen.sacramenta.habet locum in distractibus,sicut in contractibus,l.3.§.contra de contra.iudic.tute. non est alibi.

CCXII.

Duæ præsumptiones non faciunt plenam probationem, nisi concurrant in idem.l.2.§.1.de exc.tut.vbi glossa.quæ non est alibi.

CCXIII.

Minor pro vtilitate sua non potest cum decreto. alienare. de rebus eo.l.pen.contra not.in l.2.ff.de offi.eius.l.fi. de iur.dot.Prima vera,per l.nisi finita.de tut.& ra.distr.

CCXIIII.

Notorie prodigo lex non interdicit administrationem de cur.

fur.l.1.& l.Iulianus.de vsuca.l.si ab eo.pro empt. l.si quis cum sciret.de verb.oblig.l.is cui.contra not.de testa.l.is cui.prima vera. Nec obst.quod notorium æquiparatur sententia,quia verum est in declarando,non in inducendo.de nouo,vnde æquiparatur sententiæ declaratoriæ.ille vero debet esse inductiua noui status,vnde necessaria est sententia,sicut & ī simili inducitur cētesima distinctione,ca.tamen non notorium.facit ff. si cert. pet.l. certi condictio. §. sed si ei.Si tamen esset enormiter læsus restitueretur ex clausula generali.l.1.ex quib.cau.maio.sed ibi, non sequitur in contractibus.facit de condic. inde.l.interdum.& quod not.in c.grandi.de suppl.negli. prælat.lib.6.

CCXV.

Non valet substitutio vulgaris facta filio non instituto. de liber.& posth.l.Gallus.in princ.contra no.de vulg.& pupi.si quis eum.in fi.secunda vera.dic aut testamentū incipit ab institutione,quia habet substitutio præce.insti. altero filio præterito,& tunc non valet.de le.3.l. ex filio. aut à substitutione,& tunc valet.& vide de hære.inst.l.si quis ita hæres.10.colla.§.similiter.in gl.de pace tenēda.

CCXVI.

Mulier potest portare partu per 10.menses,& paucos dies post.delibe.& posthu.l.Gallus.in prin.fi.in auth.de restit.& ea quæ parit.§.mulier.contra not.de stat. homin. l.septimo mense.

CCXVII.

Aliquando verbū instituo,importat substitutionem vulgarem.de libitu & post.l.Gallus.§.1.in gl.nō dicit.ver.nam in his omnibus.

CCXVIII.

Restitutio non operatur post ius alteri quæsitū.vt l.Gallus. §.& quid si tantum.in gl.non soluit.in fi.non est alibi.

CCXIX.

Quare pro non scripturn sine onere redijt,sed non caducū nec quasi.no.in l.2.de hæred.instituendo.non est alibi.

CCXX.

In voluntate testij non potest cōferri id quod est facti, sed id quod est iuris sic,vt l.illa.de hæred.instī.non est alibi.

CCXXI.

Legata repetita ab intestato non debentur, nisi sit adita hæreditas ab intestato.de hæred.institu.l.qui filio.§. seruus. non est alibi.Ray. vide l.2.de fideicom.libert.& §.fi.inst. de eo cui lib.caus.& l.2.de manum.testam.

CCXXII.

Substitutio compendiosa fit à milite tātum.vt in rub.ff.de vul.& pup.cōtra no.inst.de pup.subst.§.qua ratione, vbi compendiosa potest fieri à milite & pagano , sed facta à milite,valet omni tempore iure directo , nisi maneat in medio,sed facta à pagano non valet iure directo, nisi vsque ad tempora pubertatis.Prima vera,quando habet naturam distinctam à pupillari,& fideicommissaria.

CCXXIII.

Directa substitutio dubia recipit interpretationē directæ. vt l.verbis.eo.tit.non est alibi.

CCXXIIII.

Reciproca & breuiloqua substitutio continet in se expressas vulgares,& pupillares,contra not.e.tit.l.iam hoc iure. vbi sunt tacitæ,& hoc verum,quod patet , quia si essent expressæ non continerentur in breuiloqua.eo.titu.l. ex facto.§.itē quero.& l.si cum ex filio.§.filio.Dic,q̄ sunt tacitę secundum quod,nō simpliciter,cum significatio verborum ad ipsas porrigatur.l.fi.C.de instit.& substitutionib.sub condit.fact.

CCXXV.

Si maritus legat fundum dotalem,quod non debetur æstimatio.de fund.dot.l.si fundus,imo debetur,quia res est in cōmercio,licet difficultas sit ī executione, vñ debebitur æstimatio.de leg.3.l.non dubium.in fi.& adde.ff.de fideiussor.l.cum lex.

CCXXVI.

Non valet sententia lata ex falsa causa,licet idem potuisset iudicari ex vera.ff.de arquit.hære.l.si is ad quem,in vlti. gl.nec est alibi.hoc verum si est error expressus, quia tūc nulla est sententia,si autem non est expressus,tūc aut est appellatum,aut non.Si est appellatum,& tunc aut noua causa non includitur sub processu veteri,& idem de pac. dot.l.Bebius.in fi.aut includitur,tūc secus,vt l. Titianus .ff.quod cum.eidem dico si est petita restitutio,quia denegari potest ex noua causa dummodo cōprehēdi potest sub processu.& vide Inno.de no.ope.nunt.in cap.significantibus.

CCXXVII.

Si alicui est statutus terminus ad adeundum,& non adiit, videtur repudiare,si vero ad repudiandum,& non repudiat,videtur adire.de acquir.hæred.l.quandiu.in vltim. glo.non est alibi.

CCXXVIII.

Si lego fundum Cornelianum,cum in eo partem tantum habeam,totus fundus cedit legato.de le.1.l.serui electione.in l.fi.contra not.de leg.3.Iulianus.in prin.glo,secus si simpliciter.

CCXXIX.

Fideicommissarius vniuersalis non transmittit actionem, sed ius deliberandi.de leg.1.l.cum filio.in glo.ante quod est fallum.de fideicom.l.si in personam.& not.ad treb.l. apud Iulianum.§.verum.

CCXXX.

a Fideicommissarius vniuersalis habet ius deliberandi.de lega.1.l.cum filio.& in antep.glo.non est alibi.

ADDITIO.

a Habet ius deliberandi. Adde tu quod fideicommissarius vniuersalis non habet ius adeundi,nec venit per remedium additionis, sed per restitutionem.l. restituta. ff. ad Trebel.l.& si non lex.§.1.in verb.restituatur.ff.de hære. institu.

CCXXXI.

Non valet legatum, cum quis legat fundum in genere leg. 1.l.legato.generaliter.contra nota,eo.titu.si domus.prima vera.

CCXXXII.

Si fertur sententia contra testamentum,& legatarij velint petere legatum,quod contra hæredem agant.de lega. 1. l.si seruus plurium.§.1.contra notat.in l.qui repudiatis. ff.de inofficioso testamentis.

CCXXXIII.

Si lego Titio decem præter 20.quæ sibi legauit,non videor per talia verba sibi legare 20.de leg.1.l.si ita legatum sit. contra not.de leg.2.Titia.in prin.

CCXXXIIII.

Si hæres seruum generaliter dare iussus det furem legatario, seruus ei furtum faciat,si hæres det aliam speciem pro noxa legatario volenti,quod liberabitur per exceptionem.de leg.1.l.si hæres.alij dicunt quod liberatur ipso iure de bo.pos.l.fi.in fi.

CCXXXV.

Relictum pro anima dicitur relictum ad pias causas,de le. 2.l.si quis Titio.non est alibi.

CCXXXVI.

Error testatoris debet probari per sufficiētem numerum testium.de leg.2.l.cum proponetur.non est alibi.

CCXXXVII.

Testator potest dare licentiam legatario occupandi legatū sua authoritate.de leg.2.l.Titia.in princ.non est alibi.

CCXXXVIII.

Si plus est onus quam fuerit emolumentum,necesse habet

legatarius totum subijcere.de leg.2.l. cum pater.§.1.contra no.in l.Plautius.de condit.& demon.secunda verba.

CCXXXIX.

Donatio causa mortis perficitur hodie nudo pacto.de leg. 2.l.c.cum pater.§.Mæuio.nono est alibi.

CCXL.

Prohibitus alienare potest in mille annos locare.de le. 2. codicillis.§.instituto.non est alibi.Din.reprobat ipsam.

CCXLI.

Si tabellio de mandato testatoris scripsit testamentum nō valet,si scriptum coram testibus non legit.de lega.3.l.si fideicommissa.non est alibi.

CCXLII.

Maritus qui donauit vxori eo casu quo donatio confirmatur per mortem,non potest ab ea fideicommissum relinquere.de leg.3.si mulier.in princ.quod est falsum.de leg. 2.l.sequens quæstio.

CCXLIII.

Donatio causa mortis habet vim contractus.de dot.præl.l. 2.in princ.contra no.de dona.cau.mor.l.tam his.§.1.vbi habet vim vltimæ voluntatis,quod est versū quo ad ius accrescendi.de regula Cato.l.1.§.quod si medio.itē quo ad acquisitionem dominii quæ fit ipso iure sicut in legato.de public.l.2.& adde quod not.C.de dona.caus.mor. l.final.

CCXLIIII.

In legato vniuersali inspicitur tempus mortis,in legato autem singulari tempus testamenti.de fundo instruct.l.Lucius.non est alibi.

CCXLV.

Quæ tempora inspiciantur an legatarius sit capax.not.de reb.dub.l.si cognatis.aliter not.de leg.3.si deportati.aliter de condit.& demonst.l.in eruentu.

CCXLVI.

Filius præteritus si decedat viuo testatore, cōfirmatur patris testamentum per legem Velleiam.de reg. Cato.l. si. contra not.de testa.tut.l.si hæreditas.§.qui filium.

CCXLVII.

In l.qui quadringenta.§.qui ducentas.ad l.Falc.est glo.cui est alia contraria ad Trebe.l.in fideicommissaria.in princip.vltima vera.

CCXLVIII.

Donatio vestimentorum facta a viro vxori tenet,vt l.sed vsusfruct.ad leg.Falc.non est alibi.

CCXLIX.

In prætoria stipulatione est addenda pœna etiam inuito promissore,vt l.nihil.§.quamuis.ff.si cui plus quam per lege.Falc.contra nō.de præto.stipul.l.fi.Et adde leg.3.qui satisda.cog.& l.3. de alien.iu.mu.

CCL.

Adultus potest alienare pecuniam, licet secus sit in aliis rebus quæ seruando seruari possunt.ad Treb.l.1.§.fuit quæstum,non est alibi.

CCLI.

Ad Trebe.l.Marcellus.§.idem Pompo.est gloss.cui est alia contraria in authent.de restit.& ea quæ parit.§.ad Trebel.l.si legatus.in gl.3.cui est gl.contraria in l. & si fine scriptura.C.eo.titu.

CCLII.

Sententia lata per errorem retractatur beneficio restitutionis, vt l.seruo inuito.§.cum prætor.eodem.titu.non est alibi

CCLIII.

Si relinquitur monacho hac conditione adiecta,ne abbas eum molestet, & si molestauerit q̄ perueniat ad tertiū quia extat conditio abbate mouente controuersiam.ad Trebel.l.Lucius.§.si.hæredes.quæ glo.reprobatur,quia turpis est conditio.

CCLIIII.

Quicquid potest pendente lite innouari,potest pendente appellatione innouari.l.postquam.vt in poss.leg.de bo. poss.l.2.est gloss.est alia contraria.institu.de bono.posse. §.septima.

CCLV.

Filius naturalis tantum,si prætereatur eo casu quo ab intestato succederet,non potest venire contra testamentum rumpendo ipso per contratabu.vt l.1.§.1.de contratab.

CCLVI.

Filius præteritus tacendo per annum videtur approbare testamentum.ff.ad Carb.l.si impubes.§.quæsitum.non est alibi.

CCLVII.

Filius debet habere totam tertiam iure institutionis.vt. ff. de iure patro.l.siue patronus.alibi q̄ sufficit partem tertiam habere iure institutionis,& in residuo agi ad supplementum.vt in §.aliud quoque.in authent.vt cum de appel.cogn.

CCLVIII.

Si aduersus aditionem restituitur hæres q̄ad sequētem in gradu venit hæreditas.de succes.edic.l.fi.contra nor. in l.ex contractu.ff.de re iudic.vide l.1.§.si quis adita. ff. ad Tertul.

CCLIX.

An ille qui nuntiat nouum opus habeat dicere causam qua re nuntiat.gl.variant.l.1.in prin.& l.non solum.§.si cum iure.eo.tit.Dic si petatur causa à nuntiante,debet nuntians eam dicere,alias non.

CCLX.

Potest nouum opus nuntiari si nondum ædificatur,sed locus purgatur,vt l.de pupillo.§.nuntiationem.de ope.no. nunt.contra not.in l.1.§.potest.eod.titu.

CCLXI.

Qualiter fiat missio interdicto vti possidetis,not.l.si prius. eod.titu.non est alibi.

CCLXII.

Damna ante lit.contest.contingentia veniunt de materia petita in libello,vt l.si quis missum.in fin.eod.titul. non est alibi.

CCLXIII.

Si duo habent communem parietem intra domos eorum, vnus habet peiora ædificia quā alter, q̄ potest sibi facere caueri de damno infecto neutro ædificante in parte communi,vt l.ex damni.§.quoties.contra.no.c.ti.l.damni infecti quidam.§.cum parietes.

CCLXIIII.

In contractibus est differentia inter verba directa & obliqua.ff.de donat.l.1.in fi.magnæ gl.non est alibi.

CCLXV.

Post lit.contest.tenetur donator ad fructus. de dona.l.in ædibus.§.ex rebus.contra not.eo tit.l.cum qui.

CCLXVI.

Si iudicatum quis deducit in stipulationem non animo nouandi & acceptam fert stipulationem, remanet adhuc iudicati actio,vt dicit gl.in l.si stipulationem.eo.ti.quod Din.non placet,vtranque tollit secundum eum.

CCLXVII.

Donatio facta bene merito non indiget insinuatione,vt l. Aquilius.& l.si pater.eo.tit.non est alibi.

CCLXVIII.

Quilibet iudex in suo territorio est maior alio.de manu.l. apud diem.non est alibi.

CCLXIX.

Actus est nullus,& non potest dici nullus.de man.testamēto.d.l.qui habebat.in fi.non est alibi.

CCLXX.

L.si ex noxali.ff.de pecul.gl.ibi quando relinquitur aliquid pro dote.

CCLXXI.

Glo.in l.iubere cauere.ff.de iurisd.omn.iud.quod in dubio loquendo de iudice intelligitur de ordinario.

CCLXXII.

L.si filium.in fi.ad Treb.ff.quod vltima opinio in dubio videtur approbata.

CCXXIII.

Do.Ioan.dicit per text.in l.in ciuile.ff.de legi. quod si aliqua pars statuti producitur sub rubrica, vtrum probet, vide do.Bart.de Salic.in l.1.ff.quod cuiusq.vni.no. Quid si aliqua particula instrumenti reperitur cācellata, quid probet,quomodo & quando.

CCXXIIII.

L.seruitutes.ff.de serui.glo.not. quando dictiones donec, quoad,quemadmodum faciant modum vel conditionem,de quo vide l.quamuis.C.de legat.in l. pater Seuerinam.ff.de condition.& demon.& ff.de leg.3.l. concubinam.§.vxori.

CCXXV.

Quæ dicantur coniunctæ personæ,vide per Guil. de Cun. in l.sed & hæ.ff.de procurator.ibidem.vide de dictis,sed quid operetur.

FINIS.

SINGVLARIA

DO. PETRI DE RAVENNA,

vtriusque Iuris Interpretis acutissimi.

Additionibus nunc primum illustrata.

I.

Endo tibi hoc pacto,ne exeat de manu tua,tu locasti alteri,vtrum videatur recedi à pacto?& Bart.quod nō, in l.manumissiones.ff.de institut. & iur.quia locatio non mutat dominium.l.non solet.ff.locat. & sic non dicitur alienatio.& addo quod voluit Bald.in l.fin.C.de re.alien. non alien.& quod manus exponatur pro dominio, voluit Bald.consilio 333.in 1.libro quod si testator nullo alio hærede instituto dicat, pono omnia bona mea in manibus Titi, quod pp hoc cēsetur institutus hæres Titius.

II.

Si est prohibita alienatio,an sit per damnum ex aqua pluuia opere manu facto?secus si naturaliter noceat. l. 1.§. hæc autem.ff.eo.potest tamen quilibet facere quicquid vult in suo,dummodo non faciat animo alteri nocendi. text.est not.in l.1.§.denique.ff.eo.tit.& ibi glo.dicit, qđ non est licitum facere quod alteri nocet,& sibi non proderit.& in dubio non videtur facere animo nocendi.glo. not.in l.fluminum.§.fi.ff.de damno infec.Et hæc actio. ita demum locum habet,si noceat aliquis rusticis ædificiis, secus si vrbanis, quia tunc recurritur ad actionem negatoriam.l.1.§.item sciendum. ff. eo. licet sit secus in cautione damni infecti.l.eorum.ff.de dam. infect.

III.

Leges dicunt,quod monumentum potest legari. l. monumenta.C.de leg.Quæro quid hoc est dicere?Dicas quod non transit nisi cum vniuersitate text.singula.in l.quædam.ff.de acq.rerum do.& limita istam legem,vt singulariter per Bar. in l.si mercedem.§.1.ff.de actio.emp.vbi dicit, quod vendito fundo in quo est capella,videtur vēdita capella,nisi aditum habeat ex publico.& adde Bar. in l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.qui allegat istum text. in l. Aufidius.ff.de priuile.credi.

IIII.

Est te.in l.si epistolā.§.Paulus ff.de acq.re.do.quem Bar.ibi facit singularem,& not.in l.fluminum.in princ.ff.de dā. infect.quod sicut insula nata in flumine, est eorum qui possident prædia prope ipsum,ita clausa propria,est eorum qui possident prope eam.

V.

Non potest quis animo perdere dominiū possessionę retē ta,secus in possessione.tex.est sing.qui quotidie alleg.secundum Bar.in l.si quis vi.§.differentia.ff.de acqui.pos. & intellige quando non recedit de possessione,secus vbi recessit,vt in tit.ff.pro derelicto.

VI.

Intraui possessionem fundi credens mihi illam rectè tradi tam,acquiramne possessionem?glo.sin.secundum Bart. in l.3.in prin.ff.eo.dicit quod non,quia non animo acquirendi intraui, sed animo acquisitum retinendi. sed ista gloss.communiter non tenetur,quia quod quis facit ad conseruandum,operatur ad inducendum per deducta per Bar.contra gloss.

VII.

Glo.in l.& an eadem.§.actiones.ff.de except.rei iudi.dicit quod non in prosecutis non obstat exceptio rei iudicatæ in effectu.verum est,quando quis non est persecutus ignoranter,secus si ex certa scientia & malitiosè. Iste est casus sing.in l.de rebus.ff.de arbit.quem ita allegat Bar. in d.§.actiones.& in d.l.de rebus.dicit illam l. esse multum not.& dicitur malitiosè factum esse,secundum Bar. in d.l.de rebus,eo ipso quod scienter omisit prosequi,cogitans se prosecuturum alias. & istum tex. allegauit etiā pro singulari Angel.in l.scire debemus in principi. ff.de verbo.obligat.

VIII.

Si lata est sententia,& appellatum est,& pendente appellatione decedat reus,tunc distinguitur, aut in l.3.C.si pendent.appe.mors interue.s.q̄ si reus decessit post latā sententiam intra decem dies,qui dantur ad appellandum, non tamen est interpolita appellatio,& tunc gl.sing. secundum Bar.dicit idem in l.ex iudiciorum. ff. de accus. ita quod si expresse sint adempta bona,hæres debet appellare,alias nō est necessaria appellatio. sed Bar.reprobat istam glo.ibi,quam tamen approbat Bal.in d.l.3. de quo per Bald. Ange.& Imo.in l.qui à latronibus.§.1.ff.de testam.per Bal.in l.1.C.ne ex delictis defunctorū.per Imo. in l.defuncto.ff.de public.iudi.

IX.

Tu scis quod si filius debet adire,requiritur iussus patris.l. si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquiren.hære.Hoc fallit qñ pater est furiosus,quia filius pōt adire,& sibi quærere sine iussu.Casus est sing.m Bar.in l.cum hæres.ff.de acquiren.hæred.& vide Bart.in l.placet.ff.eo.tit.

X.

Minister electus ad distribuendum, satisdare non debet, nisi pauper fiat testatore ignorante. text. est sing. in l. liberto. §. largius. ff. de annu. leg. & sic executor testamentarius non tenetur satisdare. de quo in l. diuus. ff. si cui plusquã per legem Falcidiam & intellige siue viuente testatore, siue post mortem, secundum glo.

XI.

Fructus pendentes dicuntur esse pars rei, & rẽ faciunt pretiosiorem. secus est in partu existente in ventre. text. est singu. secundum Bar. to. in l. in lege Falcidia placuit. ff. ad lege Falcid.

XII.

Prælegata non veniunt in fideicommisso, quando quis primo rogat secundo prælegat. Item quando quis detrahit trebellianicam de volũtate testatoris, tunc quartam hæreditariam aut contra, vel præter volũtatem, & tunc hæreditariam totam computat. iste est tex. sing. secundum Bar. in l. Titia. ff. ad le. Falc. & de materia in l. Marcellus. §. quidam. in l. in fideicommissariam. §. fi. ff. ad Trebel. in l. in quartam. in prin. ff. ad leg. Falc.

XIII.

Quomodo detrahatur falcidia delegato alimẽtorum, & delegato vsus fructus, est tex. sing. in l. hæreditatum. ff. ad lege. Falc. secundum Bart. & si tu vis scire quòt sint ætates vide per glo. in hac lege, & per Cinum in l. si infanti. C. de iure deliberan.

XIIII.

Filius qui dixit se nolle adire, potest pœnitentia parata adire hereditatem maternam vsque ad annum. tex. est singu. in l. filij mater. §. 1. ff. ad Tertullia. Et no. quod Barto. videtur hic velle, quod per ista verba videatur repudiare, sed fit speciale in hæreditate materna, sed contrariũ tenet Barto. in l. si quis suus. ff. de iure deliberandi. De quo per Barto. in l. qui se patris, C. vnde libe. & vide tex. singularem, cum sua gloss. in l. Titius cum decederet. ff. de actio. empti.

XV.

Ius accrescendi transit ad hæredem, & si est vnirum cum pupillari substitutione trahitur ad eam, vt habeat locum post aditam hæreditatem, & trahitur ad bona impuberis. text. est singul. secundum Barto. in l. qui patri. ff. de acquiren. hæred. & istum tex. dicit mirabilem & singularissimum Barto. in l. 1. §. sinautem. C. de cadu. tollen, q ratio est, quia ius substitutionis erat ortum cum iure accrescendi.

XVI.

Actor in quem facta est alienatio causa mutandi iudicij exceptione repellitur, & primus cedẽs agere compellitur. textus est singu. in l. cum miles. ff. eo. tit. Et sic nota singulariter, quod iste cedens cogitur agere, nec poterit constituere procuratorem. quod est pulchrum, ad hoc pœnam illius alienauit in potentiorem, non ratione officij. Et not. secundum Barto. ibi, quod quando quis est potẽtior ratione officii perditur actio, non solum si sibi cedatur, sed etiam si in patrocinium aduocatur. Vnde putat Bart. quod de iure si actor iret ad priores seu proconsules, & faceret quod ipsi intercederẽt pro eo apud iudicẽ, ius suum perderet. l. 1. C. ne liceat potentio. quod est notabile secundum Bart. quia sæpissimè occurrit, & vide q not. scribunt Bald. & Salicet. in l. qui stipendia. C. de procul. Si aliquis alienat partem suam pro indiuiso causa mutandi iudicij, in pœnam negatur ne possit petere diuisionem, nec ipse qui alienauit, nec ipse in quẽ facta est alienatio. iste est text. singu. in l. fina. ff. eod. titu. & intellige in potentiorem non ratione officii.

XVII.

Si agatur contra ignorantem, interesse impensarum non potest excedere duplum pretii conuenti, vel communis. tex. est singularis secundum Bart. in l. Titius. in fi. cum l. seq. ff. de actio. empt. quem tex. dicit singularem Bart. in l. 1. C. de sen. quæ pro eo quod interest profe. in ver. item opponitur de lege Titius. & loquitur textu. ille quando res fuit euicta.

XVIII.

Hærede rogato decedente ante aditam hæreditatem post tussum fideicommissum, petit potest tanquam ab eo adita fuisset hæreditas. text. est singularis secundum Barto. in l. non iustam. C. ad Trebel. Licet ergo dicamus, quod quando institutus decedit ante aditam hæreditatem, fideicommissum non potest deberi ab eo. l. ille à quo. §. si de testamento. ff. ad Treb. Illud est verum ante aditam hæreditatem & ante iussum de adeundo, secus si post iussum & ante aditam hæreditatem, vt in hac l. singulari. & vide quod notat Bartol. in l. eam quam. C. de fideicommiss.

XIX.

Quando filij rogantur de hæreditate restituenda fratribus vel eorum filiis fructus non computantur in quartam Trebellianicam, sed eam debent habere de substantia defuncti. & hoc procedit solum in liberis primi gradus. text. est singularis secundum Bar. in l. iubemus. C. ad Trebel. Et adde Barto. in l. quod. de bonis. §. quod auus. ff. ad legem Falcid. in l. filiusfamilias. eo. titulo. vbi dicit, quod secus in parentibus primi gradus, quia illi imputant fructus. ad idẽ Cald. in suo consi. 12. in rubri. de testa. Et pulchram limitationem ad istam legem posuit gloss. in capitu. Raynutius. de testamen. in verbo, contestata. quod ista lex procedit in fructibus perceptis ante litem contestatam, secus si post. Procedit etiam lex ista, si filius fuerit in mora restituendi, vt est gloss. notabilis. not. in l. fideicommissaria. in princip. ff. ad Trebel. Sed hæc gloss. videtur contrariari glossæ supra allegatæ in dicto capitu. Raynutius. vide ibi per doctor. Et scias quod licet dicamus, quod filius rogatus de restituendo sub conditione detrahat duas quartas, vt iam dictum est, illud est verum, nisi filio sit prouisum per patrem de legitima. Ita dicit Bal. in telligenda esse ista iura de hac materia loquentia in suo consi. 188. primo lib.

XX.

Si absolutus ab adulterio proximitatis prætextu postea cũ ea matrimonium contrahat, ex hoc iuris, & de iure videtur nasci præsumptio, ex qua de primo adulterio de quo fuit absolutus poterit condemnari. Iste est tex. singularis secundum Barto. in l. si qui adulterii. C. de adult. Ex quo collige quod sententia ex præsumptionibus lata nunquam rranstit in rem iudicatam, imo continuo retractari potest. Et aduerte quod præsumptio violenta quæ secundum ius dicitur habere vim plenæ probationis in causa ciuili, non sufficit ad plenam probationem in causa criminali, vt notant doct. in ca. afferte, & in c. quia verisimile. de præsump. vt est præsumptio de nudo cũ nuda, de solo cum sola. de quo in capitu. literis. de præsumpti. habet vim plenæ probationis in causa ciuili separationis matrimonij, non tamen sufficit sola ad condemnandum de stupro, secus quando esset præsumptio violenta approbata à iure etiam quo ad causam criminalem, quia illa sola sufficeret vt hic. & in authen. si quis. cum ibi notatis, hoc eodem titulo.

XXI.

Si tu vis scire delicta, in quibus requiritur probatio ex vtraque parte, vide text. qui est melior quam sit in mundo, secundum Bartolum in l. fallaciter. C. de abolitio. Et not. istum textum secundum Bald. qui est melior de iure, quod licet partes renuntient ferijs, durant tamen feriæ quo ad testes, quia in præiudicium testium & in eorum iniuriam non tenet consensus partium. Nota etiam Bald. illud tene. contra venientes cum vexillis eleuatis contra ciuitatem hostiliter. Item contra proditores populi incidunt in crimen læsæ maiestatis. & vide ibi gloss. notab.

XXII.

Qui ostendit se tribus proximis annis soluisse, retro soluisse præ-

sse præsumitur, nisi contrarium probetur. text. est mirabilis & singularis in l. quicunque. secundum Bar. de apoch. public. libr. 10. Limitatur tamen lex ista nisi solutio trina esset facta vna, semel pro tribus annis secũdum Cinum, & Bald. in l. secunda. C. de dotis promissio, & Alex. in d. l. quicunq;. Nota ergo istum textum nec tradas obliuioni.

ADDITIO.

Adde Francis. Cremens. sing. 79.

XXIII.

Si pro certa portione tritici locatio est facta, tenetur colonus ad ipsam non ad præstationem pecuniæ, nisi consuetudo sit, vt non obstante pacto pecunia soluatur. text. est quem dicit Bart. singulariter notandum, in l. domini prædiorum. C. eod. titu. probat etiam iste text. quod colonus qui conduxit prædium pro quo tenetur dare omni anno decem corbes tritici, tenetur dare de illo quod nascitur in illo prædio.

XXIIII.

Generalis petitio sufficit ad interrumpendam præscriptionem in omnibus qui sub illa generalitate comprehẽdun tur. text. est sing. in l. fin. C. de anna. exceptio. Et licet talis libellus non debeat procedere antequam declaretur, tamen quantum ad interrumpendam præscriptionem sufficit. Et scias quod ista lex ponit tres quæstiones. Prima est cum mihi debentur similes quantitates ex pluribus causis, & vnam quantitatem sine causæ mentione expressi, quæritur, an omnes actiones pro simili quantitate perpetuasse videar? an nullam, an vetustiorem? Secũda si fiat de personali actione libellus tãtum vel de hypothecaria tantum, an super vtraque fieri interruptio videatur? Tertia si nec causa nec quantitas sit expressa, sed tantum dicatur obnoxius an omnes sint perpetuatæ. Et omnibus respondet quod sic.

XXV.

Lex, in l. Aquilia si deletum est singularissima secundũ Bar. & habet tres lecturas, quarum secunda non tenetur. Sed not. secundum tertiam, quod testes ex parte actoris possunt recipi lite non contestata, quando statim non potest agere & suspicatur de morte testium. Et de materia istius legis vide Bal. in authent. sed & si quis. C. de testib. Barto. in l. 4. §. prætor. ff. de damno infect. vbi tangit an requiratur latitatio quando examinãtur testes ad æternã rei memoriam? Et quæ sint iustæ causæ vt examinentur testes ex parte actoris, per Barto. in l. mortis causæ. ff. de donati. causa mortis, & quod tales testes possint recipi parte absente, est gl. not. in l. laudabilem. C. de aduo. diuer. iud. & dicit ibi Bal. quòd quando testes recipiuntur parte absente, tunc parti reseruantur omnes exceptiones contra testes, & vide etiam Bald. in materia, in l. fin. C. de vsu. pup. & Barto. in l. cum hi. §. transactione. ff. de transact. qui dicit, quòd si reus vult petere examinari testes ad æternam rei memoriam, quod debent examinari coram iudice, coram quo verteretur causa. Et adde etiam Barto. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio, & adde hic quod not. etiam Bald. in l. acceptam. in 13. quæstione. C. de vsu. dum queritur in casu illius l. coram quo iudice debeat fieri depositio, & quod not. Bald. in l. 2. in princip. C. de testament. & vide Bald. in dicta authentic. sed & si quis, quia multa bona dicit, & in materia vide etiam Bald. consilio 52. 1. lib. & in consi. 142. vbi etiam quærit an possint recipi diebus feriatis.

XXVI.

Si officialis qui de aliquo inculpatur aufugiat, pro confesso habetur. text. est singularis secundum Barto. in l. consilarios. C. de assesso. & de materia fuge plenè per Bartolum in l. Cornelia. ff. ad Sylleia.

XXVII.

Ex sententia arbitri pacto nudo & sine pœna assumpti homologata tacite vel expresse oritur actio, & contestatio facta coram arbitris, inducit perpetuationem & interruptionem præscriptionis, sicut facta coram iudice, & probationes factæ coram arbitro faciunt fidem coram iudice. text. est singularis secundum Bar. in l. cum antea. C. de Arbitr. Et scias quod laudum Iudeorum absque homologatione expresa vel tacita in continenti mandatur executioni. text. est not. secundum vnam lecturam, in l. Iudæi. C. de Iudæ. & ibi Guido de Suza.

XXVIII.

Alimenta pater potest denegare filio robusto & sano qui potest laborare sine dedecore suorum natalium. Bart. in l. prima. C. de mendican. vali. lib. vndecimo. in l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de libe. agnoscendis.

XXIX.

Alimenta repetuntur pro bursali dispendio non pro labore personæ. text. est not. quem ibi ponderat Bal. in l. si patrem. C. de nuptijs.

XXX.

Alere qui tenetur alium, si procurat quod maneat in hospitali sufficit. tex. habes not. & ibi per Bald. in l. 1. §. sed scimus. C. de lati. liber. tol. quòd procedit, quando non est verecundia illi manere in hospitali. Alexan. in l. alimenta. C. de nego. gestis.

XXXI.

Appellandi terminus non potest prorogari per pactum. gl. habes singul. in l. præscriptione. C. si contra ius, secũdum Angel. in authent. hodie. C. de appellatio.

XXXII.

Appellare non potest Officialis, si est condemnatus de delicto commisso in officio ab eo iudice, cuius erat officialis. textus est singular. in l. nulli. C. quorum appellatio. non recipi.

XXXIII.

Apellatio an sit recipienda vel non, plenè debet examinari. & sic causa cognita. gloss. est not. & ibi Barto. in l. 1. C. quorum appel. & ideo si iudex reijciat appellationem incontinenti ab ista reiectione potest appellari, quod est notabile.

XXXIIII.

Si aliquis destitit ab actione ciuili, non potest super eodem delicto criminaliter accusare. text. est singular. & ibi per Bart. in l. qui destitit. ff. ad turpil.

XXXV.

Ambasiator qui dicitur legatus, si decedat & essent duo, salarium eius non accrescit alteri implenti officium. Dictum est notabile Barto. in l. prima. C. de leg. lib. 10.

XXXVI.

Fui semel requisitus, si in iure cautum erat, quod arbiter deberet habere salarium à partib. & respondi quòd sic. allegaui text. & Barto. in l. multis. C. de princip. agend. in re. lib. 12.

XXXVII.

Adultus potest in testamento suo dare tutorem filio, casus est sing. in l. 3. §. quamuis. ff. de administr. tuto.

XXXVIII.

Arbitrio tuo si concedo rem tibi, non teneris de leuissima culpa, si parem diligentiam adhibuisti in re illa, quam adhibes in tua. dictum est sing. Bart. in l. 1. ff. de solutio.

XXXIX

Actor si timet potentiam rei, & ideo non audet eum conuenire, possunt testes de quorum morte dubitatur, vel absentia, recipi in priuato, & facient fidem de tempore quo lis poterit inchoari. Dictum est sing. Holt. & Io. in c. quoniã

quoniam frequenter in prin.vt lit.non conteſt.approbat Abbas in c.præterea,de ſpon.in c.in nomine domini.de teſti.in 4.column.

XL.

Abſolutoria ſi debet ferri pro reo capto qui fecit probationem ad ſui defenſiorem, captus etiam ante ſententiam debet relaxari. Dictum eſt Ro.in ſingula.ſuis quod incipit,accuſatus de crimini capitali.

XLI.

Si iudex delulit appellationi, in caſibus in quibus in cauſa criminali non poteſt appellari.talis appellatio deuoluit, quia per talem delationem ſibi iuriſdictio eſt abdicata. Dictum eſt ſingul. Ange. in l.conſtitutiones.ff.de appel. Rom.in l.Pantonius.§.rei.ff.de acquir.hæred.

XLII.

In caſibus exceptis vbi quis admittitur ad accuſandum,vbi alias non admitteretur,puta læſę maieſtatis,tamen capitalis inimicus nunquam admittitur,vt ſing.voluit Ange. ex intentione Specu.in l.qui accuſare.ff.de accuſa.

XLIII.

Dubitatum eſt ſemel vtrum de iure canonico temerè appellans puniatur.multi multa dicebant, & ego allegaui glo.in l.1.§.fi.à qui.app.non licet,quod non.quam gloſſ. mihi reuelauit Bal.in l.2.C.de epiſ.audi.

XLIIII.

Appellans ſolet dicere,appello à ſententia ſi nomen ſententiæ habere meretur pro hoc allego tibi tex.not.vbi hæc verba in ſimili habentur in l.fi.in princ.C.de natur.libe.

XLV.

Alimenta non denegantur filio,licet dilapidauerit partem aſſignatam ſibi per patrem.Dictum eſt not. Bal. per illũ tex.in authen.ſi captiui.C.de epiſ.& cleric.

XLVI.

Qui promittit annuũ redditum tritici, intelligitur promittere purum,liberum & mundum ab omni impenſa.glo. eſt not.vbi per Bal.in l.ſi quis argentum C.de dona.

XLVII.

Vide ſemel dubitari quid erat bladum,& ego adduxi Bald. in l.1.§.de eo.ff.de aqua pluuia arcen. qui allegat gl. in l. triticum.ff.de ver.ob.quod bladum eſt omne id quod in terra ſeritur.Et non omitto quod dicit Bar.in l. interdũ. §.licet.in fin.ff.de publi. quod cum generaliter ſint ſtatuta per Italiam de blado ſeu frumento non extrahendo, ſeu de armis non portandis, forenſes non excuſantur.& tu potes hoc adducere ad multa alia,de quo per Bar.in l. cunctos populos.C.de ſum.trin.& fide catho.

XLVIII.

Quæro,an ſit aliqua differentia inter blaſphemare,& male dicere.Bart. in l.item apud Labeonem.§.ait prætor.ff.de iniur.dicit quod prout iſta verba referuntur ad Deum & ad ſanctos,omne maledictum eſt blaſphemia.Sed prout iſta verba referuntur ad homines in communi vſu, maledicere eſt dicere aliquid mali de præſenti vel præterito. Blaſphemare eſt optare aliquid mali in futuro. Blaſphemia tamen ſecundum Bar,hoc modo dicitur verbũ iniurioſum.Et aliqua verba ponuntur iniurioſa per tex. & Bar.in l.3.ff.de lib.& poſthu.vbi dicendo,tu es fur,vel latro,etiam ſi non contineant certam ſpeciem maleficij, verba iniurioſa ſunt,& ſic facit ſecundum Bar.pro ſtatuto puniente verba iniurioſa.Ad idem quod habetur in l. turpia.in prin.ff.de leg.1.& hoc procedit etiam ſi verum dicatur,ſecundum Bar.in l.eum qui nocẽtem.ff.de iniu. & egregiè per Old.conſi.54.quod incipit, conſueuit dubitari.Et an iniuria quæ fit per ſcripturam dicatur verbalis,Rom.in conſi.378. Et an inculpans aliquem de eo qđ non eſt verum.ſ. ꝙ portauit aliquas merces non bonas, & non,eſt verum.teneatur actione iniuriarum,per eundẽ Rom.conſi.97.& ibi notabiliter loquitur.Et ſi aliquis facit alium citari tanquam fugitiuum cum non ſit, an teneatur actione iniuriarum,per eundem in conſi.253.& declarat Bar.in d.§.ait prætor,quod dicatur verbum iniurioſum,& ibi dicit dicendo tu mentiris,etiam ſi dicere tur ſaluo honore tuo.de quo per Barto.in l.ſi quis extraneus.ff.de acquiren. hered. Hoc tamen limitatur per ea quæ dixit Bar.in l.quę omnia ff. de procur.niſi dixerit tu mẽtiris,quia prius dixeras ꝙ eram homicida. Limitatur etiam niſi aliquis dixiſſet, tu mentiris ad defenſionem innocentiæ ſuæ.Ita Bal.in conſ.45.3.lib.Et quod no.Bal. in l.ignorantia.in fi.C.de cri.ſtel.vbi refert Bal.conſulentem,quod ſi ſtatutum dicit ꝙ pœnę maleficiorum dupli cantur in palatio,quod ſi aliquis maledixit Deum in palatio,non duplicatur pœna,quia illud nõ erat malefactum ſed maledictum,& ſtatutum debet intelligi ſtrictè. Sed Bal.ibi tenuit contrarium.Adde etiam Bart.idem volentem in l.aut facta.ff.de pœn.Sed videtur quod opinio cõmunis ſit contra Bart.& eſt gl.not.inſti.de oblig. quæ ex delic.naſc.in prin.in gl.inci.ſed nonne, in l.ex malefitijs in prin.ff.de act.& oblig.tex,in auth.vt non luxu, contra natur,poſt prin.Et adde text. in c.2.§. cæterum.de offic. ordi.in 6.vbi punitur grauiter ille qui proijcit in terram imaginem crucis aut beatæ virginis.

XLIX.

In bonis maternis filijs emancipatis delatis, pater ſuccedit in virilẽ vſusfructus,ſi ſunt in poteſtate in totum.idem in nepotibus,text.eſt ſing.ſecundum Bar.in l.ſi vitia matrẽ. C.de bonis mater.Et dicit Bal.quod vnum mirabile continet iſta lex, quod per filium emancipatum ſuccedentẽ matri,pater acquirit vtilem vſumfructum.Et not, ſecundum Bal.hic vnam glo.not.quæ quærit,nunquid emancipator habeat virilem vſumfructum.ſi filius fuit inſtitutus ab extraneo?& dicit quòd non, fallit in bonis vxoris, quia vnum corpus erat cum bonis viri,& eius fruebatur bonis ea viuente.Iſta ſunt verba not.gl.ſecundum Bal.& videtur concludere notabiliter Bal.ꝙ licet Bar,conſuluerit ꝙ vir teneatur,ad reſtitutionem fructuum bonorum parafernalium heredibus vxoris, hoc eſt verum ſecundum Bal,quatenus excedunt vſum.nam cum vir & vxor ſint vna caro,promiſcuus vſus eſſe debet,quod dicit memoriæ eſſe commendandum, & quando maritus teneatur ad reſtitutionẽ fructuum bonorũ, quæ ſunt extra dotem,vide per Bar.in l.ſi.ff.ad leg.Falcid.

L.

Lex,quod ſcitis.C.de bo.quæ lib.habet duas partes,& ſecũda pars eſt multum ſingularis ſecundum Bart.nec ſcit eã alibi filio decedente ſuccedunt liberi, nec poteſt pater eius occupare bona iure peculij,& dicit Bar. commẽda memoriæ iſtam legem,quia ſecundũ iura Codicis filiusf. habet heredem,& hunc tex.dicit etiam ſingularem Bar. in l.poſt dotem.in fin.ff. ſolut. matr. quærit enim Barto. ibi,pater dedit dotem filiæ, & ſtipulatus eſt pro filia, & mortua eſt ſine liberis,ſuccedet ſolus pater, qui dedit dotem,vel pater & mater cum fratribus & ſororibus, & dicit ꝙ fuit nuper interrogatus de hoc, & caſus eſt in l.qđ ſcitis.2.reſponſo.C.de bo.quę liber.& reſpondit ꝙ pater ſolus,& hanc opin.ſequitur Rom.conſi.40. reiecta opinione Bald.in auth.defuncto.C.ad Tertulia.& adde not. per Barto.in l.pater qui caſtrenſe.ff.de caſtren.pecu.

LI.

In rebus in quibus patri non quæritur vſusfructus, quia non vult,cogitur pater filio conſentire in iudicio.Iſta eſt lect.Bart.in l.fi.§. neceſſitatem.C.de bon.quæ liber.qui tex.eſt ſingularis ſecundum eum, vel ſecũdum lecturam communem, ibi eſt caſus quòd filius non poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris. Et hunc text.limita ſingulariter non habere locum, quando filius habito conſenſu patris in iudicio fuit demum condemnatus, & actio in factum intentatur contra eum pro exequẽda ſententia, quo caſu nullus erit neceſſarius conſenſus in hoc iudicio.gl.eſt ſingul.in l.3.§.ſed vtrum.ff.de mino.in gl.inci.ſciente hoc olim,& idem videtur ſentire gl.in hoc.§.neceſſitatem,quam allegat Ale.in d.§. ſed vtrum & ibi allegat Bal.in l.inuitus. C. de procu.an filius qui habuit conſenſum patris in agendo poſſit appellare ſine nouo cõſenſu.Limira etiam iſtum textum,ſecundum gl.notabilem, & ibi per Bar.in vlt.col.in l.1.C.qui admit.quando filius iure extraordinario ageret,& ſic non in forma iudicij.Limita etiam per ea quæ habentur in c.ſi.de iud.in 6.& ibi vide gloſſ.verbor.regulariter,& Ioan. Andr. in nouel.& in hoc caſu ſufficit conſenſus generalis. Bald. conſilio 153.primo libro.Ange.conſi.300.& vide Paulum de Caſtro in conſi.54.

LII.

Si ſtatutum dicit, quòd ſi quis blaſphemauerit puniatur certa pœna,& cum non ſit certa & determinata perſona quę poſſit accuſare, quilibet poterit accuſare tanquam de crimine publico,pulchra eſt doctrina Bar.in l.1.ff.de public. iudic. Et idem ſi ſtatutum diceret, ſi quis iuerit de nocte.

LIII.

Bannito non debet dari ſecuritas ad veniendum, ſi poteſt comparere per procuratorem.tex.eſt not.vbi per Bar.& Bal.in l.Papinianus exuli.ff.de mino.

LIIII.

Vbicunque aliquid prohibetur, quia eſt contra bonos mores ſimpliciter,non ex eo quod cadat in ſpeciem delicti, tunc quod non accipit indignus non capit fiſcus.text. eſt not.ſecundum Bal.in l.1.C.de ſecundis nuptijs.

LV.

Qui eſt bonæ,famæ meretur majorem dotem.vnde in nuptijs,eligendis,& conſtituendis dotibus eſt multum conſideranda bona fama.tex.habes not.vbi per Bald.in l.ſi furioſi.C.de nuptijs.

LVI.

Statutum quoddam dicebat, quod ſi quis poſſederit rẽ per decem annos non poſſit inquietari. Quærebatur an ſufficiat poſſediſſe bona fide & ſine titulo? Et reſponſum eſt quod ſic,per tex.glo.& Bal.in l.2.C.de preſcriptio. long. tempor.decem,vel quæ pro libertate.

LVII.

Bannitus debet conſtituere procuratorem, alias tanquam contumax patitur pœnas contumacię.glo.eſt ſingularis in l.ad cognitionẽ.ff.ex quibus cauſis in poſſeſſ.eatur ſecundum Bal.in c.accedens.2.vt lite non conteſtata.

LVIII.

Bannitus ſi habet neceſſe pro alia cauſa ſe præſentare perſonaliter,debet ſibi dari ſaluũſconductus.gl.eſt ſingul.in l.is qui reus.in gl.fin.ff.de public.iudi.ſecundum Bald.in dicto cap.accedens.

LIX.

Bona fide nihil melius.gl. habes not.in l.à procuratore C. mandati,& ibi dicit Bal.not.pro mercatoribus bonis cõtra mercatores falſos qui fugam arripiunt.

LX.

Si ſtatutum dicit,quod pro qualibet vice blaſphemans puniatur tali pœna,hoc ſtatutum intelligitur ex interuallo dictum eſt ſing.Bar.in ſuo conſilio incipiente, In queſtione vertente,quod not.quia vidi in facto. Quidam enim blaſphemauerat tres ſanctos vno verbo.

LXI.

Pater habebat bona aduentitia filij,& pro ipſo fecit expenſas in ſtudio, ex illis videtur in dubio facta expenſa. doctrina eſt Bart.in l.filius à fratre.ff.de peti.hæredi.

LXII.

Quidam expoſuit pro conſulibus,quòd Titius erat bannitus,& propter hoc impetrauit licentiam vt caperetur,& re uera ille non erat illud corpus, ſi conſtat quod fecit falſo,debet decapitari.tex.habes no.quem ibi Bal. ponderat in l.& ſi legibus.C.ſi contra ius.

LXIII.

Bannitus ſeu exul à patria, poteſt vbi reperit debitorem conuenire.gloſſ.habes ſing.in l.vſuras.C.de ſolu.

LXIIII.

Bona alicuius ſunt cõfiſcata,ille cuius erant poteſt illa emere tex.habes not.in l.ſi mandauero.§. is cuius ff. manda. ſecundum Bal.in l.cum proponas.C.de nauti.fœno.

LXV.

Buxellari,Si tu vis ſcire qui ſint,vide glo.ſing.in l.fina.C.ad legem ſuliam de vi publi.nam ſunt illi qui ponunt in ore captorum lignum vt non poſſint clamare.

LXVI.

Bona perſonæ expulſæ non debet habere expellens.tex. eſt not.in l.vnica.§.ſed ſcimus.C.de lati.lib.tol.

LXVII.

Bannito eſt pœna capitis,ſi acceptat officium publicum authoritate & vtilitate.Bal.in l.Caſſius longinus.ff.de ſena. alleg. tex. quem dicit ſingular.in l.qui cum vno.§.intulã ff.de re mili.

LXVIII.

Ponamus miles eſt conductus à quodam principe,qui indixit bellum pro certo ſalario in menſe, ille miles capitur & ſtetit certo tempore captuus,& tandem reuerſus eſt, quæritur an debeat habere pro illo tempore ſtipendiũ? & dicitur quod non.text. eſt,vbi per Barto.in l.prima.C. de re mili.libr.12.

LXIX.

Bona legantis vt ſcis ſunt hypothecata pro legato,tamen legatum non valet,quando debitor legat creditori.glo. habes ſingular.in ſi ex contrario.inſtit.de leg.poteſt tamen teſtator prohibere,ne bona ſint tacitè obligata pro legatis.gl.eſt reputata ſinguin l.2.C.vt in poſſeſſ.leg. Ale.in l. nemo poteſt.ff.de legatis primo.

LXX.

Bona quandoque confiſcantur ipſo iure, quandoque per ſententiam, quæritur quæ differentia ſit? Reſpondetur quod quando confiſcatio bonorum fit per ſententiam, veniunt fructus à tempore latæ ſententiæ,ſecus ſi ipſo iure,quia à tempore delicti commiſſi.citra.glo.habes ſing. in authen.de inceſt.nupt.in princip.

LXXI.

Tu ſcis quòd caulæ meri imperij non delegantur. l. imperium.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.hoc non procedit in duce belli criminaliter cognoſcente inter ſuos milites.tex.eſt notabil.vbi per Bart. in l. tam collatores. C.de re mili.lib.12.

LXXII.

Bona conductoris inuecta ſunt tacitè obligata.l. certi. C. locati. Et ſcias quod etiam bona illius qui tantum vna nocte manſit in hoſpitio.pulchrum eſt dictum Bal. in d. l.certi. Alexand.in l.diuortio.ſ. ob donationes.ff.ſoluto. matrim.

LXXIII.

LXXIII.

Dos vel donatio ante nuptias ad patrem reuersa, debet esse præcipua filiæ pro qua data fuit extraneis institutis. si vero alij filij fuerunt instituti, debet ad eum pro quo data fuerat reuerti eatenus, quatenus apud eos & alios ex his causis datum perseuerat. tex. est sing. secundum Bartol. in l. illud. C. commu. vtriusque iudic. Et de ista le. dicit Barto. quod facit magnum festum, in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. Et pro intellectu l. vide Bald. in l. prima. §. videamus. C. de rei vxo. actio. & Bar. in l. emancipati. in fi. C. de collatio. vbi dicit, quod quando aliquis de descendentis succedit cum extraneo non est locus collationi, per hanc l. fin. Et vt intelligas nota, quòd collatio fit quandoque communicando, quandoque minus capiendo, quandoque liberando vel cauendo. Ita Barto. in dict. l. si emancipati, in fine. Et quia quandoque succedentes cõferunt bona adinuicem fuit factus iste titu. de collation.

LXXIIII.

Si relinquitur res eligenda, per tertium, illo non eligente, vel negligente per annum, transfertur electio in legatarium, dummodo eligat rem mediocrem. text. est singu. secundum Barto. in l. 2. §. sed & si quis. C. communia de legatis. Et sic in legatis receditur à persona, secus in contractibus, de quo in fin. C. de contrahend. emptio. per Bart. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. Et intellige istum textum quando relinquitur electio certæ rei consistentis in specie secundum Bartolum. Et adde quod notat Bart. in l. si legatario. §. 1. ff. de fideicommissa. liberta. quod si duo possunt eligere, & vnus negligat vel latitet, alius poterit eligere, & hâc l. si legatario. §. 1. allegat Bal. in l. 1. C. quâdo non perem. partes. in 12. quæstio. Quod si rector scholarium videt quod duæ partes nolunt congregari priuet contumaces, & tunc voces eorum erunt penes alios, id est potestas vocum, & sic rector vniuersitatis facta expedit.

LXXV.

In legatis portio deficiens accrescit coniunctis cum onere suo, sed si legatarij sint disiuncti verbis, & coniuncti re omnes acceptant, sibi partes faciunt per concursum, nisi testator aliud expresse disposuit. Et si vnius portio deficit apud alios remanet per ius decrescendi sine onere. text. est sing. in l. 1. §. vbi autem. C. de caducis tollendis. & ibi habes quod illi dicuntur re coniuncti, quibus expressa dispositione testatoris tota res assignatur cuiliber. Et no. pro intelligentia post quam sumus in litera. C. vt intelligatur breuiter materia tituli. C. de caducis tollẽdis, quod vltimæ voluntates quæ deficiunt ex parte honorati, quandoque sunt pro non scriptæ, videlicet, quando relinquitur iam mortuo. Quandoque sunt quasi caducæ, vt quandó legatarius decessit post testamentum ante confirmationem per mortem testatoris. Quædam sunt caducæ, vt quæ post mortem testatoris deficiunt vel repudiantur, l. 1. §. sed cum triplici. C. de cad. tol. Et sic pro non scripto est illud quod non habet formam neque originẽ, nec alicuius essentiæ significationem, & per consequens non trahitur ad consequentiam, vt notatur in l. penult. ff. de donatio. in l. 2. ff. de hered. instit. Et quædam habent esse ordinationis, sed nõ habent esse confirmationis per mortem testatoris, & ista vocantur quasi caduca. Quædam habẽt esse ordinationis & esse confirmationis per mortem testatoris, tamen post ea euanescũt, & ista caduca vocantur. Et hæc membra per ordinem exequitur imperator in dicta l. prima.

LXXVI.

In exigendo aliquem inquantum facere potest, inspicitur quantum ex eius patrimonij fructibus potest redigi, non quantum ex venditione rerum redigeretur. casus est singularis & mirabilis secundum Bart. in l. qui bonis. ff. de cessio. bon. & addè Barto. in l. imperator. in fin. ff. ad Trebel. & Rom. consi. 189.

LXXVII.

Si relicta sunt centum patri, si filia non nupserit, talis conditio remittitur, ac si essent relicta patri, si vxorem non duceret, vel filiæ non nupserit. text. est sing. secundum Bart. in l. hæres meus. §. fin. ff. de condit. & demonstr. Et adde quod notabiliter voluit Barto. allegando hunc text. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in versi. Nono quæro. ff. de ope. nou. nuntia. & Bald. in l. si quam. in fin. C. de oper. liber. allegat hunc text. per quem dicit, quod ego dicor grauari, si consanguineus meus grauatur, & quod voluit Bald. in l. interpositas. C. de transl. & Bart. in l. si stipulatus fuero. ff. de verb. oblig. vbi videtur velle quod hoc procedat etiam in amico, & dicit ibi Bart. si ego habeo tecum domum communem possum ducere amicum meum in domum etiam te prohibente. Quid enim mihi prodesset habitare, si non possem ducere amicum? & elegan ter loquitur Barto. in l. si plagij. ff. de verbo. obligat. & ibi allegat hunc text. æquiparans consanguineum & amicum magnum.

LXXVIII.

Qui admittitur ad legatum de iure speciali contra voluntatem defuncti, non habet ius accrescendi. text. est singu. in l. mulieri. ff. de condi. & demon. Et dicit Bart. quod de ista l. facit magnum festum, in l. re coniuncti. ff. de lega. 3. & de ratione istius l. vide Bal. in l. 1. in princi. C. de indic. viduitat. tollend. in l. 1. §. vbi autem. C. de cadu. tol.

LXXIX.

Captus ratione suspitionis fugæ non potest dicere captiuam nullam, si fuit captus authoritate iudicis incompetentis. pulchrum est dictum Ro. anl. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. nou. nuntia. in l. 2. ff. de iurisdi. om. iud. quia sicut capi potuit per priuatum, multo magis per habentem iurisdictionem.

LXXX.

Confessio facta in vno iudicio nocet in alio inter easdem personas. hoc verum, nisi contra illam cõfessionem fuisset pronuntiatum in primo iudicio. glo. est not. in authẽ. item si possessor. C. qui po. in pig. hab. de quo per Bart. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. testa. per Bal. in authen. nouo iure. C. de pœ. iud. qui malè iudi. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleric.

LXXXI.

Si nuncius dicat se citasse Titium, qui dicit contrarium, cui magis credatur est in arbitrio iudicis considerata qualitate facti, & conditione personæ, vt in lib. malefic. Ange. in ver. Petro publico & iurato nuncio.

LXXXII.

Contumax haberi debet pro confesso ex forma statuti, tamen quando iudici constaret ipsum non esse culpabile[a] debet absoluere non condemnare. Barto. notabiliter in consi. 96. incipiente, à domino Cyno de Bononia. & habetur in addi. in l. maleficio verb. qui iudex.

ADDITIO.

a Culpabilem. Adde Hyppolyt. de Marsil. singular. 72. numero. 3.

LXXXIII.

Confiteatur aliquis occidisse ad sui defensionem, potest condemnari de homicidio. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæsijt. ff. de liber. lega. tamen non debet decapitari, sed mitius agendum est cum eo, cum talis condemnatio procedat ex præsumptione quam habet occidens contra se dictum est sing. Abb. in c. auditis de præscrip.

ADDITIO.

Adde Hippolyt. sing. 185. incip. confessio inquisiti.

LXXXIIII.

Condemnatus fuit aliquis, quod sibi deberet amputari manus

manus dextra, & executor errauit, quia amputauit sinistram, an iudex pro executione suę sententiæ debeat facere truncari dextram? dictum est Barto. quod non, in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio.

LXXXV.

Quæritur an contractus emptionis dicatur perfectus quando diceretur, vendo tibi pro iusto pretio? & Bald. not. in l. contractus. C. de fide instrum. dicit quod non valet in vim venditionis, sed in vim contractus innominati. Et si deditrem emptori, poterit agere contra ipsum ad prætium declarandum. & istud fuit dictum singu. Azonis secundum Bald. similiter si dixi vendo pro pretio quo erimus in concordia. Bald. in l. si. C. de contrahen. emp. per Alexand. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

LXXXVI.

Capitulum malè fecit recipere in prælatũ illum, quem papa pronuntiauit episcopum, si non ostendat literas, licet de pronũtiatione constet, quia ad effectum probationis gratiæ requiritur scriptura, & ideo Ioan. Calde. in cap. quisquis. de elect. refert se obtinuisse quod illud fiat, quod ponit papa in supplicatione, intelligitur pro tunc, id est de præsenti, sed non de futuro, quod est singulare. Referunt moderni in rub. de constitu. & secundum styl um ad illum diem conficiuntur literæ.

LXXXVII.

Cessio actionis ex causa donationis si excedit summam, requirit insinuationem. glossa est notabilis in l. donatio. C. de donatio.

LXXXVIII.

Castrum non probat neque dominium neque possessionem. hoc probat textus vbi per Bald. in l. si pater. C. de actio. empti.

LXXXIX.

Licet res incidat in commissum, debitor non tenetur de casu fortuito, nec culpa leui vel leuissima. Et ideo si portans fricum vetitum incidit in latrones, non tenetur fisco ad æstimationem. tex. est sing. in l. neque. C. de vectig. & commiss. & ibi per Bald. quod est pulchrum.

XC.

Citatio quando fit ad domum vna voce, debet interuenire vocitatio, id est alta voce locutio, vt quilibet adstans possit audire. text. est not. secundum Bald. in l. diffamari. C. de inge. manumis.

XCI.

Tu scis quod curator debet augere inuentarium crescentibus bonis adulti, tamen aliter non satisfiat. glo. habes multum not. in l. mulier. C. de iure dotium.

XCII.

Clausula in cõpromissis apposita, quod possit de iure vnius alteri dare, intelligitur arbitrio boni viri, hoc notabiliter probat text. in l. si cum ea. C. de dot. promis. quem ibi ponderat Bald.

XCIII.

Habens duas concubinas est infamis. gl. est not. in auth. quibus modis naturales efficiũtur. §. fi. secundũ Bal. in l. 2. C. de incest. nup. & ideo repellitur à testimonio. & idem secundum Bald. si habet vxorem & concubinam.

XCIIII.

Confessio rei potest diuidi per actorem, & acceptare quod pro se facit, & repellere quod contra se facit. glo. est not. ibi per Bald. in l. si præsidi. C. de do. ante nup. de quo etiã per gl. & doct. in l. si quidem. C. de excep.

XCV.

Confessio facta coram notario maleficiorum absque iudice vel coram iudice, non in figura iudicij, non facit plenam probationem, sed indicium. glo. est sing. secundum Bald. in l. iubemus. C. de liber. causa.

XCVI.

Ille qui habet curam seu custodiam rei potest agere, & ideo vsufructuarius potest agere rei vendic. nomine proprietatis, cum habeat tacitum mandatum. l. 1. §. fin. ff. vsufru. quemadmodum caue. & expensis ipsius proprietatis, quia habet vsum fructum ex dispositione hominis. gloss. est not. in l. fina. §. vbi autem. C. de bon. quæ lib. secundũ Bald. in dict. §. fin.

XCVII.

Confiteri non potest aliquis crimen capitale per procuratorem, textus est, & ibi per Bal. in l. 2. in verfic. voce propria C. quorum appella. non recipi.

ADDITIO.

Adde infra singulas. 554.

XCVIII.

Conductoribus reddituum principum seu ciuitatum debentur omnia emolumenta etiam pœnalia ex lege, etiam si in locatione nihil sit dictum. text. est sing. in l. si quis. C. de vect. & commiss. secundum Bal. in l. 2. C. eo. tit.

XCIX.

Iudex potest eligere consultorem inuitis partibus. gloss. habes not. secundum Ange. in l. hac lege. in verb. deliberatione. C. de sent. ex peri. reci.

C.

Caupo tradidit mihi semel claues cameræ, dixi quòd tamẽ propter hoc non erat liberatus à custodia, allegaui doctrinam Bart. in l. fin. in fin. ff. nautæ caupo. stabularij.

CI.

Si debitor est captus propter debitum, debet ali expensis ipsius debitoris. Bartol. in l. sanctum. ff. de rerum diuisione. si tamen debitor non habet vnde se alat, debet ali expensis creditorum. gloss. est singul. in l. fina. in princ. C. de erogatione militaris annonæ. libro duodecimo, quam dicit singul. Bartol. in dict. sanctum. alias si creditor eum non alat, iudex potest eum relaxare.

CII.

Cautio Mutiana vt habet communis opinio, non habet locum in contractibus, sed solum in vltimis voluntatibus. fallit tamen singulariter, nisi esset talis contractus qui de sui natura non transmitteretur ad hæredes, vt quia promitto tibi vsum fructum, si nunquam ascenderis capitolium, quia tunc cautio Mutiana habet vim impletæ conditionis, sicut in vltimis voluntatibus. dictum est singu. Bald. in authentic. qui relictum. ad finem. C. de indicta viduitate tollenda. in l. ex his verbis. C. quando dies legati cedat.

CIII.

Confessio extrajudicialis post sententiam non impedit appellationem. gloss. habes ordinariam in l. non tantum. ff. de appellatio. secundum Baldum in l. addictos. C. de episcop. audient. in l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clericis.

CIIII.

Aliquis redemit captum ab hostibus, & propter hoc volebat sibi imponere aliqua onera, quærebatur vtrum posset? & respondi quod non. allegaui gloss. not. in l. 1. C. de episcop. audient. & ibi per Bald. quia non potest imponere sibi aliud onus nisi pretij soluti.

ADDITIO.

Idem tenet Cremens. singular. 167.

CV.

Colonus quidam volebat vendere partem suam fructũ, quos

quos perceperat in poſſeſſione domini pro parte tangente ipſum pro ſua cultura, dominus volebat habere, quia ibi erat optimum vinum, colonus volebat vẽdere alteri amico, fuit concluſum quod cogeretur vendere domino pro iuſto pretio, vt not. probatur in l. 1. & ibi per Bartol. C. de metallarijs. libro 11.

CVI.

Caſtellanus caſtri non poteſt impedire cuſtodem ſcribere librum ſi non impeditur cuſtodia. text. eſt ſingularis in l. duorum libertus. ff. de operis libertorum.

CVII.

Citatio ad hoc vt interrumpat præſcriptionem in caſibus in quibus poteſt, oportet quod de ipſa citatione appareat relationem eſſe factam iudici per nuntium. dictum eſt elegans Lapi, & doct. in clem. 2. vt lite pendẽ. refert Alexand. in l. fin. ff. de eo per quem factum erit.

CVIII.

Cõfiteor à te accepiſſe centum, & plus & minus, prout continetur in tuo libro, talis confeſſio probat de centum, quia illa clauſula non habet vitiare. text. eſt ſingularis, vbi per Barto. in l. Publia. §. fi. ff. depoſiti.

CIX.

Contractus ſimulatus non firmatur iuramento. gl. eſt ſingular in l. 3. C. plus va. quod agitur.

ADDITIO.

Adde Guido. Pap. ſingular. 937. §. ſecundo. Hippol. Marſi. ſingular. 474.

CX.

Cerei debent remanere fratribus ſepelientibus quaſi ſequela cadaueris. dictum eſt Bald. per illum text. in l. vnica. §. ſed qui domini, C. de latina libertate tollenda.

CXI.

Ceſſio conſenſus non inducit iurium ceſſionem, niſi interueniat ceſſio. gloſſ. eſt not. vbi per Bald. in l. eius. C. de compenſatio.

CXII.

Quidam eſt de vno collegio, & non poteſt intrare aliud collegium, niſi cum licentia eius ſub quo eſt. gloſſ. eſt in l. quæ ſub prætextu. C. de ſacroſanctis eccleſijs.

CXIII.

Contumacia illa proprie dicitur quando quis fuit citatus perſonaliter, ſi autem alia citatione dicitur ceſſatio. gloſ. habes ſingularem in l. ſi acculationibus. C. de accu. quam adducit Alexand. in l. contumacia. ff. de re iudica.

CXIIII.

Ceſſio actionis non habetur pro ſolutione. gloſſ. habes notabil. in l. legaui. in gloſſ. magna. ff. de liberatio. legata. quam allegat Bald. in cap. primo de benefic. fratris.

CXV.

Condemnari ad mortem non ex forma iuris communis, ſed ex diſpoſitione ſtatuti non publicantur bona, nec habet locum diſpoſitio authent. bona damnatorum. C. de bonis proſcriptorum. imo ſuccedunt ab inteſtato omnes ſuccedentes vſque ad 10. gradum. dictum eſt ſingul. Bal. in l. ſecunda. C. qui teſtamenta facere poſſunt.

CXVI.

Citatio verbalis ſi non tenet nec realis. gloſſ. eſt ſingular. in l. qui neque. ff. de verborum ſignificationibus. ſecundum Bald. in cap. tuæ. vt lite non conteſtata.

CXVII.

Captus fuit aliquis ſine ordine iudiciario per iudicem & ſoluit, non poteſt repetere. text. eſt ſingula. in l. ſi. ff. quod metus cauſa. ſecundum Bald. in dicto capitu. tuæ. vt lit. non conteſtat.

CXVIII.

Tu ſcis quod in tribus caſibus poſitis in l. 3. C. de nouat. ceſſionarius ſi præfertur domino, non habet locum, ſi ceſſio ſit facta ob cauſam, & cauſa nõ ſit impleta. hoc ſingulariter probatur in l. pacto ſucceſſorum. vbi per Salic. C. de pactis.

CXIX.

Si ſtatutum dicit, quod nobilis non poſſit recipere ceſſionem contra ignobilem, & aliquis nobilis ſuccedat iure hæreditario, non incidit in pœnam. text. habes not. & ibi per Barto. in l. prima. §. penultimo. ff. de fal.

CXX.

Adſcribitur culpæ tenere in domo vbi ſit ignis, ea quæ condita teneri debent in horreis. text. eſt not. vbi per Salicet. in l. ſi res. C. de periculo tutorum.

CXXI.

Corporalis apprehenſio ſi impeditur, ſufficit primum vel ſecundum decretum interponi verbotenus. caſus eſt mirabilis de hoc in l. quamuis. ff. de bonis authoritate iudicis poſſidendis, quem ita alleg. Bald. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito, & ſic ſallit regula poſita in l. non eſt nouum. ff. de pign. actio. vbi ſine poſſeſſione non conſtituitur pignus iudiciale.

CXXII.

Confiſcatis bonis alicuius vniuerſaliter tranſeunt in fiſcum bona, in quibus alius habet ius à domino, puta ſi vendidi domum & non tradidi. caſus eſt ſingularis, in l. ſi fundus quem mihi locaueras. ff. locati. Nec tranſit cum onere.

CXXIII.

Si aliquis facit aliquem capi, qui poſtea apparet innocens, debet puniri ad ſimilitudinem ſupplicij, vt ſingulariter probatur in l. 2. C. de his qui latrones, vbi vt ſingulariter probatur in l. 2. C. de his qui latrones, vbi per Bald. qui dicit, quod quidam propter hoc fuit decapitatus Peruſij, quod dicit eſſe notab. & hoc facit contra illum maritum Coloniæ, vt mihi fuit relatum, qui fecit capi vxorem tanquam adulteram, & poſtea fuit reperta innocens & relaxata.

CXXIIII.

Commiſſio de capiendo delinquentem poteſt fieri quocunque die feriato: dictum eſt not. Bald. in l. fin. C. de exhibendis reis, quod dictum pro notab. allegat Alexand. in l. primo. §. nuntiatio. ff. de operis noui nuntiatione.

LXXV.

Si poteſt debitor capi ad inſtantiam creditoris ex forma ſtatuti, poterit capi ad inſtantiam ceſſionarij, vt voluit Bal. in l. per diuerſas. in vndecima quæſtione, & in l. ab Anaſtaſio. not. C. mandat. in 1. 1. in vltim. columna. C. de actio. & obligat. Alexand. in l. ſi ſic. ff. de legatis primo.

CXXVI.

Si ſtatutum dicit quod colonus nõ debeat deſerere agrum intra quinquennium. limita hoc notabiliter vt non procedat, ſi ager eſſet effectus ſterilis. dictum eſt not. Bar. in l. ſi quis. C. de agricolis & cenſitis, libro vndecimo.

CXXVII.

In compromiſſis quandoque ponitur clauſula cum poteſtate procedendi in ſcriptis, & ſine ſcriptis, quæ importat, quod credatur ſimplici relationi ſeu informationi eius. dictum eſt ſingul. Bart. in authentic. niſi breuiores. C. de ſentent. ex pericu. recitand. quòd not. allegat Anton. de Butr. in cap. cum ad ſedem. de reſtitutione ſpoliatorum.

CXXVIII.

Obligationi operarum poteſt accedere fideiuſſor, & in ea actiue

actiue & paſsiue poſſunt duo rei conſtituti. text. eſt ſingu. in l. nemo eſt qui neſciat. & Bartol. hic inducit ad quæſtionẽ, de qua iã dixi, an doctor q promiſit legere poſsit legere per ſubſtitutũ, ſed addo Bal. in authe. niſi. C. ad Tre. quod vaſallus poteſt alterum ſubinfeudare pari vel meliori. de quo in cap. primo, §. præterea. de capitulis Corradi. & Bald. in rubric. qui feudum dare poſſunt. Et quando iniunctũ eſt alicui quod perſonaliter exequatur, nõ poteſt alij committere, etiam de partium voluntate. Speculat. titul. de iudice delegato, §. excipitur. verſicul. quod eſt iniũctũ. & de materia per Ioannem Andream in regula contractus. & in regula qui facit per alium, in mercurialibus. Et addo textum ſingularem, in l. ſciendum. §. legati. ff. de legation. vbi dicitur quod legati non poſſunt dare alios vicarios niſi filios ſuos. Et ad illam quæſtionem, an vaſallus poſsit alium ſubinfeudare? adde Bal. in conſilio 70. 1. libr. quod de aliquo honorifico caſtro fuerunt inueſtiti nobiles, quod ad ignobiles tranſire non poterit.

CXXIX.

Depoſitarius ſine dilatione compellendus eſt ad reſtitutionem, nec poteſt obijcere compenſationem vel dicere ſibi in contrarium factam proteſtationem. Textus eſt ſingu. in l. ſi quis cum authen. ibi poſita. C. depoſi.

Et per illum text. dicit Bar. quod actio depoſiti eſt de his quæ requirunt ſummariam cognitionem ab ordine iudicij nõ à probatione. Dicit etiam quod inſtrumentum depoſiti habet executionem paratam.

Et not. quod dicit inſtrumentum, ſecus ſecundum doctores, ſi eſſet opus probatione per teſtes, cum teſtes non poſſint recipi, niſi lite conteſtata. intelligit etiam de vero depoſito non confeſsionato. per ea quæ voluit Bal. conſilio 181. 3. lib. Et vide Paulum de Caſtro in d. l. ſi quis.

Et nota ſingulariter text. iſtum in fin. de quo Bart. multum exultat, quod de denunciatione vel proteſtatione ſibi facta poteſt facere quis probationem per proprium iuramentum. & hunc tex. alle. pro ſingulari Roma. in ſingul. ſuis. & vide quod not. Bartol. & moderni in l. hæres. ff. ad Treb. & late per Bart. de proteſtatione in l. non ſolum. §. morte. ff. de ope. noui nunc. per gloſſ. & doct. in capi. cum M. extra, de conſti.

CXXX.

Quod inducitur preſtatione vſurarum longi temporis illud inducitur vna promiſsione. text. eſt quem Bar. neſcit alibi in l. ſi pro dote. C. de dotis promiſ. Et ſecundum glo. & doct. verba enunciatiua pro dote plene probant. de quo in l. ex hac ſcriptura. ff. de donat.

CXXXI.

Iudex debet dare dilationes moderatas ſecundum diuerſitates locorum, & non facile amplius quam ſemel. text. eſt ſingul. ſecundum Bar. in l. 1. C. de dila.

Et nota per hanc legem, quod non ſit neceſſe quod in dilationibus apponatur & peremptorie, quia quælibet dilatio eſt peremptoria, quia non datur niſi vna de facili. l. ſi. ff. de feriis. q eſt verũ in dilationibus quę dãtur ad probandum.

Probat etiam tex. iſte, quod dilatio non datur niſi petẽti, poteſt tamen iudex ex officio ſuo ſi viderit expedire, dare dilationem non petenti, prout declarat Bartol. in hac l. & dicitur hic non facile niſi vna, quia aliæ non dantur, niſi cauſa cognita. l. oratione. & l. ſi. ff. de fer.

CXXXII.

Licet quis ſuum alterius nomine deponat, donare non videtur, vt quia dicatur depono apud te hæc bona quæ ſunt Titij, vel eius nomine depono vel ſimilia verba. te. eſt ſingular. iuncta gloſſa. in l. etiam. C. de don. inter vi. & vxor. & vide Pau. de Caſt. in l. publia. in prin. ff. depoſiti. qui videtur aliter loqui.

Dicit etiam te. iſte, qui ſemper allegatur, quod quærit vxor in dubio præſumitur quæſiuiſſe de bonis mariti. Et adde nota. per Bald. in l. ſi vxorem. C. de condictio. inſertis. vbi quærit, quicquid acquirit vxor conſtante matrimonio, an acquirat viro? & concludit quod non, quia ſolum debet præſtare viro obſequialia ſeruitia in domo ſecundum qualitatem perſonarum, ſed ſi vxor faceret aliquam artẽ vel mercantiam, vel eſſet chirurga vel obſtetrix, quæ quidem non ſunt operę domeſticę & familiares, id quod acquirit ex iſtis operibus non acquireret viro, quia nec ad præceptum viri tenetur negotiari. Et adde Bal. in l. ſi. C. de exhiben. libe. Cuius dictum intellige ſecundum ea quæ ſunt dicta ſupra per eum. & dicit ibi Bald. per iſtum text. tu habes in vxorem puellam quæ altercata tecum rediit ad patrem, pater non vult reſtituere, tu potes agere interdicto de vxore exhibenda & reſtituenda. & idẽ vult Bart. ibi in concubina. Addo etiam Bald. in l. 1. C. de bonis quæ libe. vbi dicit quicquid acquirit vxor, acquirit patri non viro quo ad vſumfructum, niſi acquirat ex maritalibus obſequiis ſicut ſunt omnia diurna in quibus tenetur operari viro, quia alitur ab eo. l. ſicut. ff. de opere. liber. & ſubdit Bald. in d. l. ſi vxorem. quod poteſt contrahere ſocietatem cũ viro. pro quo eſt te. no. in l. alimen. §. fi. ff. de alimen. le.

Et illud quod dicitur in hac l. etiam de vxore acquirente, q in dubio præſumatur quæſiuiſſe de bonis viri. idem dicas in concubina. ita Bald. per illum tex. in l. 1. C. de notat. hic. hoc tñ limitat Bal. in l. cum oportet. C. de bonis quæ libi. niſi mulier publice negotietur, & ex ipſa licita negotiatione quæſtum faciat, nam tunc nõ præſumitur à viro acquiſiuiſſe, cum probetur contrarium. & idem dicit Bald. ibi, in concubina.

CXXXIII.

Partes poſſunt petere à iudice, vt confirmet contractum ab eis factum, licet eorum cõſenſus ſufficiat, & ad hoc facit dum iudex tenetur. tex. eſt. ſingu. in l. ſi quos. C. de decur. & dicit Bart. ſe nunquam vidiſſe niſi modo. & eſt vtile ſe cũdum eum in omnibus caſibus in quibus quis dubitat, an alius poſsit petere contrarium infringi, quod poteſt pars petere confirmari.

CXXXIIII.

Vbicunque propter delictum patris bona filio acquiruntur, ſtatim filius efficitur ſui iuris, vt notabiliter probatur in authen. inceſtas. C. de inceſt. nup.

CXXXV.

Si prohibitio eſt facta in contractu in caſu quo poteſt impediri tranſlatio dominij, nullo caſu poteſt dicta res indotẽ dari. gloſſ. eſt ſing. l. nulla. C. de iur. do.

CXXXVI.

Do ſi licet non poſsit reſtitui conſtante matrimonio regulariter, poteſt tamẽ minui. l. ſi conſtãte. C. de don. ante nup. quod tamen verum eſt in dote tantum promiſſa, quod poteſt minui. gloſſ. habes ſingul. an d. l. ſi conſtante.

CXXXVII.

Facta reſtitutione dotis per virum vergentem ad inopiam, eſt interdicta alienatio ipſius ipſi mulieri. text. eſt not. in l. vbi adhuc. C. de iur. do.

CXXXVIII.

Si mulier nubat ſecundo viro, videtur tacite tradere dotem primi matrimonij ſecundo. caſus eſt ſingularis in l. dotẽ. ff. de iur. do. ſecundum Bald. in l. nulla. C. eo.

CXXXIX.

Ex cauſa dotis donatio excedens valet ſine inſinuatione. textus eſt not in l. fin. in princ. C. de iur. dot.

CXL.

Si in conſtitutione dotis alter decipiatur, etiam ſi ſit maior ſuccurritur per reſtitutionem in integrum, etiam ſi decipitur re ipſa. te. eſt no. in l. iure ſuccurſu. in fi. ff. de iur. do.

CXLI

Donatio quæ fit vxori præſumitur fieri in ſignũ pudicitiæ.

text.est singularis in l.res vxoris.C.de donatio.inter virum & vxorem.

CXLII.

Ille qui pro se habet opinionem doctoris, dicitur habere iustam causam litigandi.Pet.de Anc.in clem.ne romani. de elect.Bar.in l.in bonorum.ff.de bo.pol.quod tamen intelige notabiliter vt per Bald.in l.iuris ignorantia.C.qui admit.quia non sufficit vnus si duo haberi possunt.

CXLIII.

Contra committentes delictum contra maiestatem diuinã tenet processus sine solennitate.l.liberorum.ff.de accusa. allegatur dictum sing. Angel.in §.fin.in authentic.quomodo oportet epis.

CXLIIII.

In marito & vxore putatiuis donatio non cõfirmatur morte tex.est singular.in l.cum hic status.§.si quis sponsam.ff. de donat.inter virum & vxorem secundum Bald.in l.eam quam.in 9.colum.C.de fideicom.

CXLV.

Per verba generalia facta in codicillis ea quæ relicta sunt in testamento non extenduntur ad ea quæ ibidẽ relicta sunt ad pias causas.textus est singul.in l.libertis.§. posthumis. ff.de alimen.legat.

CXLVI.

Quidam semel voluit scire quæ differẽtia esset inter damnũ & furtum.Et ego respondi, quod damnum est cum corruptione rei.Furtum cum rei amotione.tex.est no.quem ibi ponderat Bal.in l.si seruus seruã.§.oliuã.ff.ad l. Aquil.

CXLVII.

Donatio valet inter virum & vxorem,quando donatur vt filia communis dotetur.textus est singu.in l.siue vxor.ff. de donat.inter virum & vxorem.

CXLVIII.

Dotalis fundus etiam soluto matrimonio non potest alienari.text.est not.in l.etiam.ff.de fun.dot.Quod tamẽ declarat Bal.in l.1.C.sine cen.vel reli.antequam restituatur mulieri.Sed postquam est restitutus,perdit ius & nomen & hoc facit contra Paul.de Castr.in eo quod dictum est supra,in ver.dos.

CXLIX.

Debitor mihi obligauit fundum,reliquit tres hæredes, adiudicauit totum fundum vni,possum agere contra ipsum hypothecaria insolidum absque aliqua excussione aliorum hæredum.casus est singularis & ibi per Bartol.in l. mulier.ff.qui potio.in pigno.habean.

CL.

In decreto iudicis non habet locum argumentum de maiori ad minus.textus est singularis in l.si pupillorum.§.si p̃ tor.ff.de rebus eorum.

CLI.

Per fignaturam fit dominij translatio.textus est singul.in l. quod si neque.§.fin.ff.de peric.& commod.rei vendi.

CLII.

Iudex licet possit coarctare vel augere,tamen non potest in totum tollere dilationem mere legalem.glo.est notab. in l.quod iussit.in gloss.magna.ff.de re iudi.

CLIII.

Quando fit mentio de domicilio,in dubio intelligitur de domicilio,ratione habitationis,non originis.gl.est notab.in cap.statutum.§.cum autem. de rescript.in 6.in versicu. vnam dietam.

CLIIII.

Decretum debet interponi iudice sedente pro tribunali, alias est nullum.textus est notab.vbi per Baldum in l.naturali.in fin.ff.de confir.tut.

ADDITIO.

Bouer.in sing. in verb. decretum. nu.4. intelligit illud verum in secundo decreto,non autem in primo.

CLV.

Si debitor offert debitum creditori,& ille sine causa recusat accipere,extinguitur hypotheca,ita quod debitor potest alienare rem obligatam.gloss.est valde notab.in l.si quidẽ .C.de donatio.inter vir.& vxor.& ibi per Salicet.

CLVI.

Donatio est odiosa gloss.est notab.in l.si maritus.2. C.de donatio.inter vir.& vxor.

CLVII.

Delictum patris nocet filio in barataria, sicut in crimine læsæ maiestatis.glos.habes valde not.in authent.nouo iure. C.de pœna iudi.qui male iudica.quod est memorię commendandum secundum Bal.& vt intelligas terminum tu allemanne,dicitur committi barataria,quando iudex aliquid iniuste facit pecunia corruptus.

CLVIII.

In dote aduentitia filia potest agere sine consensu patris. doctores in l.2.§.quod si in patris.ff.soluto matrimo.Bartolus & Baldus in authẽ.quod locum.C. de collatio. Item dicas in filiofamilias,quia poteris agere ad donationẽ propter nuptias sine consensu patris sicut filia ad dotem.dicit singular.Baldus in l.fina.in princip.C.de iure dot.

CLIX.

Insinuatio donationis potest fieri in ipso contractu, & etiã post ex interuallo. gloss.est notab.in auth. de instru.caut. & fide.§.si vero moriatur.

CLX.

Dies tacita interpellat pro homine sicut expressa.gloss.est notab.in l.si mora.ff.solu.matr.secundum Baldum in l.si pacto quo pœnam.C.de pact.in rubri.C.de constituta pecunia.& ibi dat sociã in.l.si duo.§.fin.ff.de constitut. pecu.

CLXI.

Dos licet sit data socero, & pmittat filio percipere fructus, intelliguntur donati,etiam si socer sustineat onera matrimonij.dictum est notabile Bald.in authentic.ex testamento.in 9.colum.C.de collatio.

CLXII.

Etiam in dote fingitur tacita stipulatio,dato quod coniuges sint muti,quia fingitur interces isse eo modo quo potest, vt mediante tabellione qui alteri stipulari potest. notant doctor.in l.1.ff.solu.matrimo.

CLXIII.

Dotis priuilegia competunt etiam ante contractum matrimonium,& sic competunt etiam sponsæ.gloss. est in l.si sponsalibus.ff.de iure dotium.notant docto.in l.assiduis. C.qui potiores in pigno.habeantur.

CLXIIII.

Pro debito vxoris non fit missio in bonis dotalibus, nisi in casibus qui ponuntur in l.quicunque.ff.de bon.dam.gloss. est notab.in dic.l.quicunque. vbi per Bartol.

CLXV.

Dotans extraneus nisi paciscatur sibi tradi in contractu dotis,non poterit pacisci in traditione.gloss.est notab.in l. vnica.§.

vnicã.§.accedit.C.de rei vxo.actio.

CLXVI.

Si pater emãcipat filium,& ei tradit dotem iussu nurus suæ liberatur à nuru.dictum est no. Bart. in l.2.in 2.colum.ff. soluto matrimonio.

CLXVII.

Quidam emit fundum hoc modo.Ille fundus sit mihi & Titio emptus,quantum ad Titium non valet emptio,sed totus fundus ad me pertinet,si ego solus videor emisse. textus est notabilis,in l.fundus ille.ff.de contrahen. emptio. Et de materia vide per Bart.in l.si mihi & Titio.ff.de verborum obligat.

CLXVIII.

Propter nimiam contumaciam potest prætor decernere, q̃ missus in possessionem lucretur fructus.textus est singularis secundum Bartolum ibi in l.Fulcinius.§. diuus. & de intellectu istius textus quia vario modo intelligitur per Bartol.in l.si finita.§.Iulianus.ff.de damno infecto.in penultima colum.qui vult quod ita demum missus lucretur fructus in casu isto,quando iudex expressit.& gloss.videtur intelligere,quod vbi constat de contumacia, quod lucretur fructus ex dispositione iuris,etiam si iudex nõ exprimat de quo etiam per Bald.in authent.ei qui.in quinta columna.C.de bon.authori.iudic.possiden.in l.consentaneum.C.quomodo & quando iudex.in 9.colum.Et tu potes tenere illam opinionem,quod sit necesse quod iudex interloquatur,& quod inferatur hoc loco cuiusdam multæ licet parti applicetur.de quo per Innocen.in cap.dilecto.de verborum signific.per Anton.de Butr.in cap.contingit.de dolo & contumacia.

CLXIX.

Tu scis quod sententia lata contra ius litigatoris etiam per gratiam non expresso iuris errore tenet.l.seruo inuito.§. cum prætor.ff.ad Trebellianum.hoc non procedit fauore minoris,quia non valet ipso iure.textus est ita singularis, sicut aliquis in mundo in hac materia,vt ibi dicitur in vna lectura Bar.in l.scire oportet.§.cõsequẽs.ff.de excu.tutor.

ADDITIO.

Adde Bart.sing.67.

CLXX.

Si testator reliquit Titio legatum,& illum dedit tutorem filio,si excusat se à tutela,perdit legatum,nisi euidenter exp̃serit vel ex coniecturis saltem sit verisimile,quod testator voluerit illum habere legatum,& si tutelam non administraret.textus est singularis secundum Din.in l. Nesennius.in fi.cum l.sequen.eod.titu.de excusat.tut.Et hoc p̃cedit siue legatum procedat siue subsequatur,vt ibi.

CLXXI.

Tu scis quod habens tres filios Romæ habet executionem à tutela.Instit.de excus.tut.in principio.Dicas quod pater potest vti tali immunitate,etiam contra filium emancipatum,si habet tres filios,quorum vnus sit emancipatus, & petat emancipatus à prætore patrem sibi dari curatorem,erit iusta excusatio, etiam contra ipsum filium.tex. est singularis secundum expositionem glo.& doctor.in l. amicissimos.§.Lucius.ff.de excusa.tutor.& sic filius emãcipatus prodest patri ad excusationem contra seipsum.

CLXXII.

Si aliquis rapit diaconissam,bona ipsius raptoris, & quo ad proprietatem & plenam possessionem ipso iure sine traditione,& sine alicuius facto transferuntur in ecclesiam, cuius erat diaconissa.textus est qui non est alibi in casu isto secundum Bartol.in l.raptores.in versic.sin autem.C. de episcop.& cleric.

CLXXIII.

Lex 1.C.etiam ob chirograph.pecun. est singul. secundum Bar.& inter alia ibi dicitur quod pignus potest retineri ob chirographariam pecuniam contra debitorem principalem,quod nõ procedit in debito vsurario propter odiũ ipsarum.gloss.& Bald.in l.per retentionem.C.de vsur. & Bartol.in dic.l.1.

CLXXIIII.

Fuit semel à me quæsitum.filius minor fuit emancipatus à patre,an possit petere restitutionem in integrum aduersus emancipationem?Respondi quod non adduxi Bald.in l. non omnia.ff.de minoribus.

CLXXV.

Omnes possunt inniti sententiæ super ætate contra eum quẽ iudex pronuntiauit ętatis legitimę.casus est singularis.ẽm Bal.ibi,in l.de ætate.ff.de minor.affert ergo generale præiudicium minori,sed non aduersariis non citatis. Et vide ibi plene per Bartolum.

CLXXVI.

Emptor non potest cogere authorem authoris ad suscipiendum defensionem rei,nisi sibi fuerint cessæ actiones.tex. est singul.in l.si res quam à Titio.ff.de euictio.secundum Bald.in l.1.in fin.C.de iure dot.

CLXXVII.

Exceptio quæ potest opponi post sententiam, potest etiam opponi post quadrimestre tempus.glossa est mirabilis secundum Bartol.ibi,in l.ab executione.C.quorum appellationes non recipiuntur.

CLXXVIII.

Electio executoris non potest committi per testatorẽ. hoc probat text.quem ibi ponderat Bald.in l.nulli.in princip. C.de episcopis & clericis.

CLXXIX.

Exemplum scriptũ ab illo qui scripsit originale,probat. doctor.in authentic.si quis in aliquo.C.de eden.est bonus text.cum gloss.in l. vnum.ff.de test.Et si originale instrumentum est perditum,exemplum facit semiplenam probationem.gloss.est singul.in l.sicut iniquum.C.de fide instrumentorum.& vide ibi per Barto.

CLXXX.

Enuntiatiua verba prolata in aliquo instrumento etiam confecto in alium finem probat confines.gloss.est singularis, in c.cum olim.de censi.secundum Abbat. in capit super eo.de parro.quia in factis antiquis non potest haberi de facili probatio necessario cõcludens,ideo admittitur ista lex.Et de materia in cap.cum causam.de probationibus.

CLXXXI.

Si succumbens est talis persona de qua verisimiliter non dubitatur,quod sit mota ad litigandum nisi iusta ratione,nõ condemnatur in expensis,vt notabiliter dicunt Hostien. & Ioan.Andrę.in capitul.finem litibus.de dolo & contumacia.pro quo allego gloss.no.in capit.de præsentium.de cima sexta quæstione prima.quæ loquitur de monachis, quod præsumuntur bono animo mouisse litem. dicitur etiam habere iustam causam litigandi ille qui probauit p̃ testes,qui fuerunt reprobati ratione personæ,vt quia fuit probatum quod erant infames.Bal.in authentic.generaliter.C.de episcopis & clericis.in l.1.C.de aduocatis diuersorum iudiciorum.& in dic.auth.generaliter.dixit vnum Bal.quod est pulchrum & singulare,quod si pars probauit semiplene,& in defectum iurauit quod succumbens non condemnatur in expensis.argu.l.eum qui.ff.de iureiur.

CCLXXXII.

Emptum de pecunia Ecclesiæ nomine ementis, efficitur

Eccleſię.gloſ.eſt notabilis in l.ſi vt proponis.C.de rei vendicatio.

CLXXXII.

Eccleſia non debet ſoluere gabellam de contractibus ſuis,vt probatur in l.ſancimus.C.de ſacroſanct.eccleſijs.vbi per Baldum.

CLXXXIII.

Emphyteuſis pro canone eſt obligata,ideo poſſeſſor poteſt conueniri hypothecaria.textus eſt no.in §.ſcire.in authẽtic.de non alienan.quem dicit notabilem Bald.in authentic.ſi quas ruinas.C.de ſacroſanctis.eccleſ.

CLXXXV.

Edictum de ædilitio edicto,habet etiam locũ in permutatione ſolum in emptione rei morboſæ.caſus eſt notab.in l.ſciendum.§.ſed ſi quis permutauit.ff.de ædilitio edict.

CLXXXVI.

Exceptio non tollit remedium reſtitutionis in integrum. gloſ.habes ſingularem in l.in cauſæ.in gloſ.2.ff.de mino. ſecundum Imo.in l.diuus.ff.de re iudicat.

CLXXXVII.

Appellatione expenſarum rei pretium non continetur. caſus eſt ſingularis in l.quibus diebus.§.1.ff.de conditio.& demonſtratio.Et ideo ſi teſtator legaret expenſas librorũ vni ex filijs non veniret pretium,niſi illa expenſa non eſſet facta in libris.de quo ibi per Bartolum.

CLXXXVIII.

Si eccleſia conceſsit fundum in emphyteuſim,in quo fundo ſteterat quidam ad laborandum per longum tempus,ſi emphyteuta expellit illum,cum bonus eſſet,debet emphyteuſi priuari, vt notabiliter voluit Bartolus in l.cognouimus. C.de mancip. & colo. libro vndecimo quod eſt pulchrum.

CLXXXIX.

Emphyteuta non tenetur de leuiſsima culpa.gloſſ.habes notabil.in §.ſcire,in authen.de non alienan.ſecundum Bald. in auth.qui rem.C.de ſacroſanct.eccleſ.

CXC.

Eccleſia non habet bona debitorum tacite hypothecata.Baldus in l.fin.C.de ſacroſanct.eccleſ.& in rubrica.C.de priuileg.fiſci.

CXCI.

Licet ſoleat dici,quod ad hoc vt poſsit agi de euictione,requiritur denuntiatio litis motæ,limita ſingulariter hoc verũ, quando emptor vellet contra venditorem fundare intentionem per ſententiam euictionis contra ſe latam abſque eo quod aliter probaret eum incentem eſſe dominum. Sed ſi vellet probare euincentem eſſe dominum obtinet agendo contra venditorem actione ex empto ad intereſſe. Dictum eſt ſingulare Raph.& Alexandri in l.ſi domus §.de euictione.ff.de legatis primo.Imo.in cap.fi.de emptio.& venditio.Et nota hoc,quia eſt pulchrum in practica.

CXCII.

Faciens expenſas in re ſubiecta reſtitutioni,poteſt illas repetere,quia nõ videtur donare,& debet fieri æſtimatio expẽſarum tempore reſtitutionis,non tempore quo fuerunt factæ.caſus eſt ſingularis in l.domos hæreditarias,ff.de legat.1.& ibi per doctos.& tali caſu non computantur expẽſę cum fructibus perceptis.gloſ.eſt ſingu.in l.emptor.in princip.ff.de rei vendicat.quia cum ſit dominus interim lucratur fructus.

CXCIII.

Emptum ex pecunia minoris ita efficitur ſuũ,ſi ſit emptũ per tutorem vel curatorem,ſecus ſi per extraneum,ſi in ſubſidium, vt notabiliter probatur in l.ſi filiæ.cum gloſ ſa ſua.ff.de ſolut.

CXCIIII.

Emptio perficitur conſenſu,& ideo ſufficit nuntius vel epiſtola,dum tamen nuntius ſit deſtinatus ad hoc.duæ ſunt gloſſæ notabiles in l.1.in fi.ff.de cõtrahenda emptio.in l. conſentu.in prin.ff.de actio.& oblig.

CXCV.

Filius non perdit peculium profectium, licet bona patris ſint confiſcata.textus eſt ſingular.in l.3.§.ſed vtrum.ff.de minoribus.

CXCVI.

Filius cuius pater poſt teſtamentum eſt ingreſſus religionẽ, relicta priuſquã ſibi legitima poteſt illam petere non expectata morte naturali.textus eſt ſingular.in cap.cum ſcim⁹ de regula.ſecundum Baldum in authentica,ſi qua mulier C.de ſacroſanctis eccleſ.& eſt gloſſ.in capit.tranſmiſſæ.q fil.ſint legit.quam Abb.ibi dicit ſingularem,quem vide.

CXCVII.

Filius non tenetur dotare matrem.Sali.in l.ſi filius in id.ff.ad Mace.probatur in l.3.vbi per Ang.C.de præſcrip.lon.tẽ. in l.1.§.præterea.vbi per Bal.ff.de tute.& ratio.diſtra.per Bal.in procę.digeſtorum,in l.ſi à matre.C.de iure dotium quia contriſtatur anima defuncti,& fit iniuria filijs primi matrimonij.

CXCVIII.

Filia quæ peccauit in corpus,nec ali nec dotari debet à patre Spec.in tit.qui fil.ſint legit.§.penul.verſi.quid ſi filia.Bal. in l.ſi.C.de do.promiſ.Tamen ſi pœnitentiam egit,debet ali & dotari.Spec.in dict.§.verſi. quid ſi pœnitentiam egerit.Anton.de Butr.in cap.Quintaullis.de iureiur.ſtex.eſt in l.imperialis.C.de nup.Bald.in l.ſi filia.C.de inof.teſt.ex quo infert Alexand.in l.1.ff.ſoluto,matrimonio, quod ſi filius.qui commiſit ingratitudinem in patrem,legit pœnitentiam viuo patre,non poteſt ex hæredari.quod eſt pulchrum.& hanc deciſionem ſingularẽ non intellexit quidã doctor modernus,vt declaraui in meo compendio iuris cano.

CXCIX.

Fideiuſſor reputatur ille,qui paſſus eſt nomen ſuum in actis apponi, licet nihil dicat tex.eſt ſingula.in l.cum oſtendimus.§.fi.ff.de fideiu.tut.de cuius textus intellectu p doc. in l.1.in prin.ff.de verborum obligat.per Bar.in l.cũ quis decedens.ff.de legat.3.in l.ſi.ff.de præto.ſtipula.in l.fin.§. 1.ff.à quibus appellare non licet.per Pau.de Caſtro in l. ſciendum.ff.de verborum obligat.per Bal. in l.tale pactũ. §,qui prouocauit.in 7.colum.ff.de pact.in l.ſtatutis C.de ſenten.ex peri.recitan.in l.ſi fideiuſſor.in prin.ff.qui ſatiſ. cogan.in l.ſiue apud acta.C.de tranſa.in l.filius.§.inuitus. ff.de procur.in l.2.§.voluntatem.ff.ſoluto matrimonio. p Roma.in l.quæ dotis.in 25.columna,ff. ſoluto matrimonio.Ioannem Andream in regula qui tacet.in mercurialibus.per Cinum in l.inuitus.C.de procuratori.& per Abbatem in cap.nonne.de præſum.

CC.

Obligatus ad dandum fideiuſſorem liberatur dando clericũ Bar.in l.qui ſatiſdare.ff.de fideiuſ.quia ſufficit quod poſsit conueniri ſine exceptione.

CCI.

An fideiuſſor qui conſtituit ſe principalem.poſsit prius conueniri quam principalis? Speculator tit.de renun.& concluſio.§.1.verſi.Sed ſi fideiuſſor.quod nõ,quia ſemper certum eſt eum pro alio interuenire. & eſt gloſ.reputata,ſingula.in authenti.de fideiuſ. in princi.per Cin.& Sal.in authen.preſente.C.de fideiuſſo.per Abb. in ca.2.de fideiuſ.

CCII.

Si aliquis promittat facere alium ſecurum,an teneatur dare fideiuſſorem vel ſaltem pignora? gloſſa videtur tenere, quod ſic,in l.1.ff.qui ſatiſd.cogan. In contrarium videtur quod ſola promiſsio ſine fideiuſſore vel pignore ſufficit l.1.§.communes.& ibi per Bartol.ff.de præto.ſtipu.& eſt gloſſ.reputata ſingular.in l.ſi mandato Titij.§.fin.ff.mandati.Bald.in l.ſancimus.C.de verborum ſignific.in 1.executorem.in 5.colum.C.de executio.rei iudic. Quod tamen fallit ſecundum Ang.& alios in l.1.ff.qui ſatiſd.cog. & Roma.in l.prætor.§.deinde.ff.de operis noui nuntia. niſi poſtquam quis ſe obligauerat ad aliquid,promittere creditori eum facere ſecurum. Nam ſi illa promiſsio intelligeretur ſine fideiuſſore vel pignore,nihil operaretur. l.qui bis.ff.de verborum obligat. Secundo fallit quando promittens me facere ſecurum,non poſsidebat immobilia & erat forenſis,& poterat veriſimiliter ſuſpicari de fuga,tunc non ſufficeret nuda cautio,vt colligitur ex notatis Pauli de Caſtro in l.1.ff.qui ſatiſdare cogantur. Tertio fallit,ſi promiſiſſem te facere plene vel idoneè cautum, & ſecurum,per textum cum glo.in dicta l.ſi mandato Titij.§.fi.ff.mandati.& notatur in capit.fin.de pign.in cap. fi.de ſenten.excommu.in 6.in capi.felicis.in verbo,idoneè de pœnis.in 6.in ca.ex publico.in verſ.ſufficienti. de conuer. coniugatorum. de quo etiam per Bartolum in l. prætoriæ.vltima.ff.de præto.ſtipul.per doctores in l.diuortio.§.interdum.ff.ſoluto matrimonio.& ibi Alexan. ponit multas limitationes in materia.

CCIII.

Sed quid ſi in ſupplicatione aliqua narrantur vera,aliqua falſa,an reſcriptum in totum vitietur? per Anto.de Butr.in cap.exhibita.de iudi.vbi allegat textum ſing.in cap.ſi eo tempore.de reſcrip.in 6.

CCIIII.

Teſtis falſus in cauſa homicidij punitur vt homicida.text. eſt ſing.in l.1.in princ.ff.de ſica.

CCV.

Allegans iudici leges correctas punitur pœna falſi.Bartolus in l.fin.ff.de fal.in l.1.ff.de coniungen.cum emancip.lib. eius,in l.de quibus.ff.de legi.Abb.in progmio decretaliũ, & in c.nouit.de iudic.& ſi lex correcta eſt canonizata,poteſt allegari.gloſ.eſt ſingular.in c.cum in primis.2.quæſt. 1.de quo per gloſſ.& doctores in ca.1.de rebus eccleſ.nõ alienan.in 6.in verſi.tractatus.Hoc tamen intellige, quando fuit canonizata per papam ſecundum Imol.in capi.2. de reſcriptis.& de materia etiam per Domini.in cap.frequens.de reſtitut.ſpolia.in cap.authoritate.de conceſ.præben.in 6.in quibus locis habetur,quod poteſt allegari in argumentum ſine pœna ſecus ſi ad deciſionem,& correcta lege non dicitur correcta eius ratio,niſi expreſse dicatur.l.eas.ff.de capitis diminutio.Si tamen lex eſſet poſita extra volumina iuris nullo modo poſſet allegari. Bartol. in dicta l.fin.Baldus in authentic.dos data.C.de donatio. ante nup.in cap.tranſlato.de conſtitut. niſi allegaretur à conditore legis,prout fit in cap.Raynutius.de teſtamen. ſecundum Dominicum in cap.ſi Romanorum.19. dist. & ſi lex non eſt in totum correcta,ſed in parte, in parte non correcta,poteſt allegari.Bal.in l.1.C.de lati.liber.tollen.& dicit Paulus de Caſtro in l.1.C.de Iuſti.Codi. confir.ſi in ſtatutis nouis nõ ſunt annullata antiqua,& occurreret caſus non deciſus à nouis,ſed à veteribus, aliter tamen quam diſponat ius commune, debebit cauſa decidi per ſtatuta vetera,poſtquam non ſunt à nobis reprobata. Poſſumus etiã allegare vt plura ſciamus,ſecundum Ioan. de Anania in rubric.de fortilegijs. Et dum ſupra dictum fuit,quod ratio legis ſtat,licet lex ſit abrogata,hoc volũt Antonius de Butr.Imola in capit.1.de conſtitutionibus. Domi.in dict.cap.ſi romanorum,per dic.l.eas.

CCVI.

Si aliquis eſt inſtitutus hæres & commiſſarius relictus,non poteſt eſſe commiſſarius,ſi non ſit hæres.textus eſt ſingularis ſecundum Bartolum ibi,in l.Lutius.ff. de fideicommiſ.liberta.

CCVII.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti non tenetur poſt ſententiam tex. eſt qui bene non reperitur alibi,ſecundum Bar.in l.græce.§.poſt litem.de fideiuſſ.Quod tamen limita, niſi promiſiſſet preſentare toties quoties videbitur,per ea quę habentur per Bartolum in l.ſi quis reum.ff.de cuſtod.reor. Sed tu potes allegare aliud textum in l.1.in princ.in verbo,iudicium, iuncta gloſſella.ff.ſi ex noxa.cauſa aga.& idem dicas in fideiuſſore de defendendo,quia non tenetur poſt ſententiam.l.cum quęrebatur.vbi per Bartol. in fin.princ.ff.iudic.ſol.

CCVIII.

Si emi ſiliginem vel aliud in genere conſiſtens,& dixi ſiliginario vt daret illi.qui nomine meo peteret,ex tranſeuntibus quidam audiuit & petijt & accepit,non liberatur ſiliginarius,nec liberatur ſecundum doctores cedendo actionem.textus eſt ſingularis in l.ſi quis vxori.§.apud Labeonem.ff.de fur.& inducit Bartolus illum textum ad quæſtionem de Bidello,qui tradidit librũ ſcholari alteri quã famulo ſcolaris.& concludit,quod ſi dedit alteri apportãti ſignum,cui debeat veriſimiliter credere,liberatur, vel ſi dedit famulo conſueto, ita quod non poteſt ſibi imputari culpa,liberatur dato quod liber perdatur.Et ſi ſchola ris portauit librum ad domum doctoris legentis, & ibi dimiſit,nec aliter cuſtodiri mandauit, & ſit perditus doctor non tenetur.Baldus in authent.habita.ad finem.C. ne filius pro patre,quia doctor tenetur ad legendum non ad cuſtodiendum librum.Pro hoc textus in argumentũ à ſpeciali,in l.1.§.patui.ff.nau.caupo.ſtabul.Et ideo ſi in domo amici mei repoſui rem meam,nec aliter eam cuſtodiri mandaui,& perdatur,non tenetur amicus. Cinus & Baldus in l.inuitus.C.de procur.eſt textus in l.ſi ego.in fi.ff.de iure dot.Ioannes Andreas in additio.Spec.in rub. de depoſito,qui allegat texturn in §.præterea. Inſtit. quibus modis re contrahitur obligatio.Alexander in dicto. §.apud Labeonem.

CCIX.

Tu ſcis quod qui iudici dederit aliquid vel promiſerit ſibi, ad hoc vt habeat ſententiam,incidit in pœnam falſi.l.1.§. 2.ff.de falſis.Illud debet intelligi,quando promittitur ali quid per quod ſibi acquiratur.l.1.& 2.ff.de calumnia.Sed ſi promittitur tantum defenſio de conſeruando cum indemnen,tunc nõ incidit in crimẽ falſi. Caſus eſt pulcher & ſingularis,ſecundum Bartolum in l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiuum.ff.de fur. & ſic iudex poteſt petere quod cõſeruetur indemnis.quod intellige,vt per Baldum in l.1.C.de cõdictio.ob turpem cauſam,quod eſt ſingulariter notandũ. Hanc tamen promiſsionem non poſſunt recipere ſyndici villarum, qui ad petitionem potentum non denuntiant, maleficia. talis enim promiſsio non valet.Bar.in l.ſi à reo. §.fi.ff.de fideiuſſor.de quo etiam per Bartolum in authẽ. nouo iure.in fi.C.de pœna iudi.qui male iudica.qui loquitur de iudice.ad idem Bar.in l.2.ff.de calumnia.vbi dicit, quod iudex poteſt petere cautionem, quod non moleſtabitur tempore ſyndicatus.addo etiam Baldum in l.conſt. C.de pœna iudic.qui male iudic.vbi allegat Bartolum in d. §.ſi fugitiuus.& dicit quod iſta cautio continet ipſum nihil, cũ ipſa iuſtitia ipſum conſeruet,niſi tamen,dicit Bald. dediſſet pignus.

CCX.

Tu ſcis,quod raptus eſt crimen legis Iuliæ de vi publica vel priuata,vt in titulo ad legem Iuliam de vi publica vel priuata.Hoc tamen fallit, quando aliquis iuit ad domum

alicuius causa rapiendi & neminem inuenit, iste est textus singularis secundum Bartolum ibi, in l. si quis ex domo. ff. de fur. quem ad hoc allegat Bartol. in l. unfamem. in 1. colum. ff. de publi. iudic. & in l. fi. in fin. ff. de priua. deli. & vide quod notat gloss. in l. Marcellus. ff. de verborum significatio. quod vt dicatur rapina, tria debent concurrere rapiens, rapina, & res rapta. Addo etiam Baldum in l. si quis in tãtam. C. vnde vi. in penultima col. qui dicit singularem dictam l. si quis ex domo. quod rapina potest fieri absenti. ad idem Bald. in cap. 1. §. si duo. de pace tenẽda.

CCXI.

Tu scis, iudex maleficiorum non potest cognoscere de causa ciuili. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudicijs. tamen tu habes casum quem ibi Bartol. dicit mirabilem, quod iudex maleficiorum potest incidenter cognoscere de quæstione ciuili descendente ex eodem facto de quo criminaliter cognoscit iubendo rem restitui. l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. quod intellige vt per Bartolũ in l. defuncto. in fin. ff. de public. iudic. quando principalis delinquens viuit. & textum in dict. §. qui furem. adducit etiã Bal. in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam de vi publi. de quo etiam per Bartolum in l. penultima. ff. de calúnia. in l. medicus. ff. de variis & extraordin. cognit.

CCXII.

In actione mandati contraria venit leuissima culpa. textus est quem alibi non reperies, secundum Bart. in l. si seruus. §. quod vero. ff. de furtis.

CCXIII.

Raptor est tunc fur manifestus, si contra eum clametur seu occurratur. textus est singularis secundum Bartolum in l. si vendidero. §. cum raptor. ff. de furtis.

CCXIIII.

Est regula, quod qui eligit vnum ius, non videtur renuntiare alteri iuri quod ignorat sibi competere. l. mater. ff. de inofficioso testamẽto. & dicas, quod est idem si dubitat, quia non videtur renuntiare alteri iuri quod dubitat sibi competere. tex. est quem Bart. alibi nescit, in l. manifestissimi. §. 1. C. de furtis. Ideo dicit memoriæ debere commendari.

CCXV.

Qui promittit alium exhibere ad tempus, finito tempore potest intra sex menses moram purgare eum exhibendo, vel eum idoneè defendendo, quo tempore elapso non auditur. Item casus superueniens infra tempus primum, liberat, promissorem. secus si eueniat infra tempus ad morę purgationem concessum. tex. est singularis secundum Bar. in l. sanctimus. C. de fideiussoribus. & habet locũ hæc lex etiam in criminalibus, secundum gl. & Doctores.

CCXVI.

Tu scis dispositionem l. Græce. §. post litem. ff. de fideiussoribus. quod fideiussor de iudicio sisti tenetur vsq; ad sententiam. hoc intellige notabiliter, quando actor prosequitur litem, sed si deficiat, & negligat, tunc liberatur spatio duorum mẽsium, vt probatur in l. si fideiussor. C. eodem titulo. quæ lex est singularis secundum Bartolum ibi. Et in hac l. si fideiussor. est vna glo. quæ tangit quæstionẽ quę alias fuit in facto, secũdum Baldum. Quidam iuuenis fuit inuentus cum quadam puella, & est solutus & soluta, fit inquisitio contra ipsum de stupro. Modo isti vterque cõfitentur quod ante vnus alterum inuicem desponsauerat an credatur confessioni? & respondet quod sic, nisi appareant signa in oppositum, vt quia est inuenta plorans, & similia, secundum Baldum. & intelligitur de confessione vtriusq;, secus in confessione masculi tm̃. & procedit gl. secundũ Bal. in stupro, secus in raptu, quia ibi sunt signa in oppositũ. & vide Baldum adducentem hanc glossam, in l. 1. C. de collus detegen. qui eam approbat, si qualitas personarum & alia indicia patiuntur. Hãc etiam glossam dicit Baldus non esse alibi, in l. quicunque. C. de feriis fugit. in vltima columna dicit, tamen ibi vnum verbum, q puella est torquenda. & in l. prima. C. de confess. in septima columna, simpliciter transit cum hac glo. dicens illã singularem, & perpetuo debere memoriæ commendari. Hanc etiam glossam dicit singularem Baldus in l. eã quã. in sexta columna. C. de fideicommissis. & intellige glossam, quando confitentur ante complexum quod matrimonium contraxerunt. Hanc etiam glossam allegat Baldus in cap. primo. §. iniuria. de pace iuramento firmanda. vbi dicit, quod conjecturæ inspici debẽt. Et ego vidi quę dã singularia inscripta sub nomine Baldi. in quibus Bald. allegat hanc glossam, & dicit quod per ipsam ipse euasit.

CCXVII.

Accusationes criminales regulariter tolluntur præscriptione viginti annorum. textus est singularis secundum Bartolum in l. querelam. C. de falsis. qui idem dicit de officio iudicis inquirentis, licet glossa teneat contrarium. Et per hoc dicit notabiliter Bartolus, quod si à statuto statuatur certum tempus ad accusandum, quod vltra illud tempus non poterit inquiri, quod dicit perpetuo memorię commendari debeti. Et nota vnum pulchrum dictum, quod ista lex procedit quo ad pœnam imponendã, sed non quo ad declarandam pœnam iam impositam. textus est singularis, & ibi per Petrum de Ancharano, in cap. fi. qui. in fine, de præscriptionibus, in sexto. Nota etiam quod accusatio quo ad effectum cõfiscationis bonorum durat tantũ quinquẽnio. casus est singularis secundum Angelum in l. cognitione. ff. ad senatusconsul. Syllan.

CCXVIII.

Priuilegium concessum superlitis expensis, porrigitur ad aduersarium propter equalitatem seruandam in iudicijs. vel secundo victus victori condemnatur in expẽsis, quas fecit, non in illis quę remittuntur ex priuilegio. textus est singularis in l. finali. C. eod. & adde quod notat Bartolus in l. die sabbato. C. de Iudæis. quod si aliquis dies est feriatus quo ad te, vt non possis conueniri, nõ poteris etiã alios cõuenire, & sic est etiam feriatus contra te. & quod notat Bart. in l. fin. §. donec. C. de iure deliberand.

CCXIX.

Præstatio triennalis facit vt alimenta etiam in futurum debeantur ex inutili voluntate. textus est singularis in l. prima. C. eodem. & adde quod aliam præsumptionem operatur ista præstatio triennalis, quia qui ostendit se tribus proximis annis soluisse, præsumitur retro soluisse, nisi contrarium probetur. textus est mirabilis secundum Bartolũ ibi in l. quicunque. C. de apoch. public. libro decimo. quæ tamen lex recepit limitationem, nisi ista solutio trina esset facta vna pro tribus annis, secũdum Cinum & Baldum, in l. secunda. C. de dotis promissio. Et de materia dictæ l. primæ, singulariter habetur per Bar. in l. secunda, C. eodẽ titulo. & per Bartolum in l. si certis annis. C. de pactis. vbi vult, quod procedit, quando duplex fauor concurrit, scilicet alimentorum & vltimę voluntatis, & extendit etiam ibi hanc legem ad causam dotis, & refectionem viarum propter similem fauorem. & cum Bartolo transeunt cõmuniter doctor. & ibi dicit Angelus esse idem in legato pro redemptione captiuorum vel relicto piis locis, quia pietatis causa mouit legislatorem in dicta l. prima, ad ita statuendum. ex quo infert singulariter Angelus quod dicta lex prima non habet locum in legato alimentorum facto diuiti, quia tunc cessat ratio pietatis, glossa in l. illud. C. de sacrosanctis ecclesiis. Licet hanc limitationem Angel. aliqui improbent in dict. l. si certus annis. tamen ab aliqui-

aliquibus est approbata, & de iure videt vera. Non procedit etiam lex ista secundum Ang. in illo, qui est inhabilis de iure gentium ad testandum, secus si de iure ciuili, quia legata debentur ad pias causas, licet testator sit inhabilis de iure ciuili, vt notabiliter declarat Bar. in l. prima, in repetitione. C. de sacrosanct. eccles.

CCXX.

Tu scis quod est regula generalis quæ dicit, si ex testamento non adeatur hæreditas, relicta non debẽtur. l. si nemo. ff. de test. tute. hoc singulariter fallit, quãdo hæreditas nõ potest adiri ex testamento propter errorem defuncti in coniunctione personæ, quia tunc legata simpliciter relicta debentur à venientibus ab intestato. ille est text. singularis secundum Bar. in l. eam quam. C. de fideicommiss. vt quia testator instituit eum quem putat filium, quia hæreditas aufertur ab eo, & transit ad venientes ab intestato.

CCXXI

Fideiussor contractus potest conueniri redhibitoria, quia si deiubens in contractibus qui possunt per pœnitentiam resolui, videtur in omnem causam fideiubere. tex. est in l. Latinus Largius. ff. de ædilitio edict. quem ita allegat Bal. in l. fi. C. de ædil. act.

CCXXII.

Fœmina potest esse procuratrix in iudicio voluntariæ iurisdictionis. tex. est, & ibi Bald. in l. 1. §. fin. C. communia de manumissionibus.

CCXXIII.

Fideiussor si datur idoneus cessat sequestrum, casus est, & ibi Bal. in l. fi. C. de ordin. cognitio.

CCXXIIII.

Forensis inimicus meus venit ad hanc ciuitatem, non possum petere cautionem ab eo, ne me offendat, quia hic nõ fecit aliquid propter quod hic ego possim eum conuenire. Bar. in l. sed si fuscepcrit. §. fin. ff. de iudic. nisi tamen secundum Bartol. multum in loco conuersaretur.

CCXXV.

Fideiubens pro conducente domum videtur non solum fideiubere de pensione, sed etiam pro supellectilibus. text. est sing. iuncta gl. in l. missi. §. fideiussores. ff. de fideiuss.

CCXXVI.

Quidam reseruauit sibi fructus cuiusdam fundi, vtrum videatur ibi reseruare fœnum? & est tex. sing. quod appellatione fructuum veniat fœnum, in l. pratum. ff. de verbo. signification. & idem in canna. l. qui fundum. §. cum fundum. ff. de contrahenda. emptio.

CCXXVII.

Filiatio licet probetur præsumptiue, tamen matrimonium ad plenum probari debet. gloss. est in l. 1. §. ea. ff. de ven. in possession. mitten. quam dicit ordinariam Bald. in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

CCXXVIII.

Filiusfamilias recipit pecuniam mutuo cum consensu patris, non potest restitui in integrum, quia iste contractus sustentatur in persona patris, quia in aliis obligatur sine consensu patris. text. est singularis in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minorib.

CCXXIX.

Fructus percepti pendente conditione sunt venditoris conditione deficiente. l. necessario. §. quod si pendente. ff. de periculo & commodo rei venditæ. hoc limita verum, nisi in casu deficientis cõditionis ipse emptor perderet pretium quod cederet venditori, tunc enim in recompensationem pretij darii emptor fructus lucrari debet. text. est singula. in l. 4. ff. de lege commiss.

CCXXX.

Aliquis promisit se velle teneri de suo facto tantum, inclu-

ditur etiam suus hæres. text. est singularis in l. stipulatio ista. §. sed si. ff. de verbor. obligat. secundum Bal. in l. fi. C. de actio. empt.

CCXXXI.

Fides. Fuit tradita res habita fide de pretio, in illa re non est potior cæteris creditoribus ratione taciteæ hypothecæ. text. est not. in l. quidam. ff. de in rem verso. secundum Baldum in l. fina. C. commodati.

CCXXXII.

Fructus computantur in legitimam quæ debetur parentib⁹ dictum est notabile Bald. in ca. si pater. de testam. in. 6. refert Alexand. in l. in fideicommissaria. ff. ad Senatusc. Trebelli. qui subdit, quod quo ad liberos primi gradus in legitimam & Trebellianicam computantur fructus percepti tempore mortis testatoris, licet secus in poltea perceptis. Dictum est singulare Iacobi Butrigar. in l. iubemus. C. ad senatusconsultum Trebellian. & plus dixit Baldus in l. scimus. C. de inofficioso testamen. quod idem erit in fructibus pendentibus. Ita Alexand. in dicta. l. in fideicommissaria. & sic limitatur illa lex, dum dicit, quod fructus non restituuntur fideicommissario, quia hoc verum, nisi in fructibus, qui erant tempore mortis testatoris.

CCCXXIIII.

Fiscus, qui aufert hæreditatem hæredi tanquam indigno, quia non vindicauit mortem defuncti, non tenetur ipse hoc vindicare, quia habet hoc in pœnam hæredis, non ex dispositione testatoris. gloss. est singularis in l. recusare. §. si fisco. ff. ad senatusconsultum Trebellian.

CCXXXIIII.

Frumentum & alia necessaria pupillo vendi non debent pro satisfaciendis debitis, sed deueniẽdum est ad immobilia. gloss. est singularis in l. fin. C. de præd. minor.

CCXXXV.

In fideicommisso vniuersali relicto ecclesiæ, vel ad pias causas, transeunt ipso iure actionis absque restitutione, vt notabiliter volunt Bar. in disputatione incipien. filium adultum. refert Alex. in l. 1. §. quoties. ff. ad legem Falc.

CCXXXVI.

In causis fiscalibus iudex potest procedere ex officio, quando actor & reus est contumax, & citare vtrunque, & absoluere reum ab instantia iudicij. casus est mirabilis in l. secunda. §. sequens. ff. de iure fisci.

CCXXXVII.

In feudis concessis à principe habet locum ius accrescendi. Dictum est notabile Baldi in l. vnic. §. in primo. C. de caducis tollendis. in capit. primo. de duobus fratribus. Secus si concedatur ab inferiore à principe, quo casu intelligitur textus in capit. primo. §. cum vero. qui feudum dare possunt. & idem tenent Moderni in l. si mihi & Titio. ff. de verb. oblig.

CCXXXVIII.

Licet appellatione liberorum comprehendantur tam masculi, quam fœminæ. l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocando. tamen dicit Paulus de Castro ibi hoc esse verum, quando essemus in materia indifferenti, id est, quæ conuenit vtrique sexui, secus si masculo tantum, vt in feudis, vnde dicit, quod si quis receperit feudum pro se & liberis non comprehenduntur fœminæ, cum regulariter fœminæ non succedunt in feudo, quod est pulchrum. Et adde dictum notabile Baldi in cap. primo. ad finem, in titulo, quibus modis feudum constitui potest. quod si quis receperit rem simpliciter in feudum, videtur recepisse pro se & descendentibus masculis.

CCXXXIX

CCXXXIX.

Gabia. Qui legat aues, debentur gabiæ, si testator eas habebet, textus est cum glosla in l. auibus. ff. de legatis & fideicommis. 3. & ibi secundum Bart. est textus, quo d appellatione auium veniunt pulli & gallinæ.

CCXL.

Granarium venit in legato domus, si erat ei contiguum, secus si erat separatum, vel erat solitũ locari. Bar. in l. vxor. ff. de legatis & fideicommis. 3.

CCXLI.

Gratificatio. Quæro, commodatarius habet res duorum cõmodatas, ambas non potest saluare, locus est gratificationi, vt saluet quam vult. Dictum est Bar. in l. si vt certo. §. quod vero. ff. commodati.

CCXLII.

Grauatus de faciendo depingi imaginem Christi cum apostolis, intelligitur de duodecim. Bart. in l. Titia. §. Seia. ff. de auro & argento legat. licet quidam responderint contrarium, quod intelligebatur de duobus, per regul. plura lis locutio. Sed non bene studuerãt, oportet ergo studere. Et legatum de faciendo depingi aliquem sanctum dicitur ad pias causas. Dictum est notabile Bar. in l. lineam margaritarum. §. 1. ff. ad leg. Falc.

CCXLIII.

Grauatus. Volo allegare vnum pulchrum casum secundum Bartol. qui iubet aliquem nõ facere testamentum, videtur grauare ipsum de hæreditate restituenda venientibus ab intestato. casus est memoriæ commendandus, secundum Bart. tanquam pulcher, in l. qui filium. ff. ad Trebel.

CCXLIIII.

Grex. Datur in dotem grex ouium. Quæritur quid pertinebit ad virum? Respondeo, quæ nascuntur. Sed ex renatis debet in locum mortuorum ponere, & gregem supplere. Dictum est Bar. in l. fi. ff. soluto matrimonio.

CCXLV.

Gula. Fui semel interrogatus, quid mihi videretur de illis, qui vtuntur cibis delicatis? Respondi, quod licet quis vtatur cibis delicatis, per hoc nõ incurrit vitium gulositatis, si hoc non facit causa delectationis. Et ille qui vtitur cibo vili cum magna auiditate, non dicitur vere ieiunare. text. est notabilis in cap. deliciæ. 46. dist. & ibi prohibetur immoderatus appetitus,

CCXLVI.

Tu scis, quod in alternatiua sufficit alteram partem implere. l. si hæredi plures. ff. de conditionib. instit. Accipe pulchram limitationem, quia hoc non procedit, quando verisimiliter mens testatoris nõ verificatur in qualibet parte disiunctiuæ, sed tunc accipitur pro coniuncta. textus est singularis secundum Bartolum in l. Lutius. ff. de hæredibus instituend. dicit tamen quod habet solum vnum cõcordantem in l. generaliter. C. de institu. & substitut. sub condit. fact.

CCXLVII.

Quia sufficit quem seruum tempore testamenti, vt sit necessarius. l. pater filio. ff. de hæredibus instituendis. hoc intelligas verum, quando consequitur libertatem ab homine, secus si à lege. textus est singularis cum gloss. secundum Bar. in l. testamento. ff. de hære. instituend.

CCXLVIII.

Tu scis, quod falsa causa non vitiat institutionem. l. cum tale. §. falsam. ff. de conditionibus & demonstrationib. Accipe singularem limitationem, nisi probetur testatorem, aliàs instituturum non fuisse. textus est singularis secundũ Bartol. in l. fin. ff. de hæredib. instituendis. & hoc ex præfationibus colligitur, vt ibi singulariter probatur, & ibi dicit Barrol. quod istæ præfationes habent causam finalem dispositionis. de quo dicto multum exultat. Et adde Bartol. in l. cum hi. in principi. ff. de transactionibus. in l. 1. ff. ad Macedonianum.

CCXLIX.

Hæreditas ascendentium non adita, trãsmittitur ad descendentes, nisi repudiata sit. & idem in legato non agnito. textus est singularis in dicta l. Et intellige secundum Bart. in descendentibus, qui non sunt in potestate, qui transmittunt ad descendentes, non ad extraneos, secus in descendẽtibus, qui sunt in potestate, qui transmittunt ad quoscunque. Et adde quod notat Bartolus in l. emancipata. C. qui admit. q̃ ista lex habet locũ in successione de iure p̃torio.

CCL.

Hospitale debet recipere pauperes. textus est notabilis in l. 1. C. de Latina lib. tollen.

CCLI.

Hospitalia sunt exempta, sicut ecclesiæ. est & ibi per Bal. in l. omnes. in verb. nullus. C. de epis. & cler.

CCLII.

Hospitalarij non satisfaciunt. casus est notabilis secundum Bal. in l. orphanotrophos. C. de episcop. & cler.

CCLIII.

Sicut non potest aliquis capi in ecclesia, ita nec in hospitali. Baldus notabiliter in l. si quis ad declinandam. in 18. col. C. de episcopis & clericis. allegat dictum notabile Archi. in c. diffiniuit. 17. q. 4.

CCLIIII.

Quidam iussit fieri hospitale in domibus suis, & illud hæredem instituit. postea superuiuens domos illas alienauit, & alias emit, fauore institutionis, & testamenti confirmandi debet fieri in domibus postea emptis, vt voluit Bart. in l. placet. ff. de lib. & posthu.

CCLV.

Hæreticus tanquam vbique delinquens potest in quocunque loco puniri. dictum est. Bald. per illum text. in l. & si excepta. C. de malefic. & mathemat.

CCLVI.

Si pius actus in actis inter viuos nominetur hæres, videtur contrahens eum fecisse hæredem, adeo quod poterit apprehendere hæreditatem, nullo alio instituto hærede. dictum est mirabile Bar. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. approbat Ale. in l. licet. C. de pac. licet Roma. insurgat contra Bar. in auth. similiter. C. ad leg. Falc.

CCLVII.

Pro homicidio non imponitur pœna capitalis, quando multorum imminet strages. dictum est Ang. in l. pe. ff. de sica. Et sola scientia de homicidio nõ facit quem teneri, nisi in patrem vel rempublicam. Bartol. in l. 1. §. occisorum. ff. ad Syllan. in l. vtrum. ff. de parricid. Bald. in l. ff. de iusti. & iure.

CCLVIII.

Fuit semel dubitatum, vtrum esset differentia inter hæreditatem opulentam & locupletem. & allegaui gloss. sing. in l. si quis mihi bona. §. 1. ff. de acquiren. hæredi. quod hæreditas opulenta dicitur illa, quæ adfert opes sine vexatione, locuples etiam cum vexatione. & hanc gloss. allegat notabiliter Angelus, in suo consilio vltimo.

CCLIX

CCLIX.

Hæres indignus priuatur hæreditate, quæ applicatur fisco, vt tu scis. Sed quæro, Testator cuius hæreditas debet auferri, est Colonien. hæres vero est Lubicen. bona vero sunt Constan. cui ciuitati applicabuntur? Et respondet ciuitati originariæ testatoris. casus est singu. in authen. si captiui. C. de episco. & cleri.

CCLX.

Si mulier vidua non portat habitum nigrum, non dicitur vitam vidualem seruare, dictum est notabile Bald. per illũ tex. in l. decreto. C. ex quibus causis infamia irrogat. quod est pulchrum propter testamenta in quibus dicitur, Si vitam vidualem seruauerit, &c.

CCLXI.

Dicit testator, Lego partem hæreditatis, non transfertur dominium recta via in legatarium post aditionem hæreditatis. gl. est notabil. in l. mulier. §. vt Trebelliano. ff. ad senatusconsultum Trebellian. requiritur ergo restitutio iusta. l. facta. in principio. ff. ad senatusconsul. Trebel.

CCLXII.

Hæres grauatus intrat monasterium, poterit monasterium detrahere quartam Trebellianicam. dictum est Ang. per illum tex. in l. Marcellus. §. fi is qui. ff. ad Trebel.

CCLXIII.

Si reus non possidet hæreditatem in iudicio petitionis hæreditatis absoluitur, tamen si actor doceat in eo iudicio se esse hæredem, iudex poterit pronuntiare & declarare actorem esse hæredem. tex. est sin. secundum vnam lectu. in l. si ãte. §. 1. ff. de exceptio. rei iudica.

CCLXIIII.

Si hæredis institutio casiatur ex forma statuti, quia testamentum non est insinuatum intra certum tempus, negligentia hæredis non nocet legatarijs, dictum est no. Bal. in l. 2. C. quibus res iud. non nocet. Bar. & Ang. in l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebel. quod intelligit ibi Imo. nisi culpa posset imputari legatarijs insinuare non facientibus.

CCLXV.

Sententia lata super homicidio contra Titium, & fuit executioni mandata non prodest Cãio, qui vere interfecit. text. est singu. in l. qui seruum. ff. de interro. actio. secundum Bald. in cap. 1. §. iniuria. de pace iuramen. firman. Angel. in l. quotiens. §. si quis. ff. soluto matrimonio.

ADDITIO.

Adde quod est repetitum. j. sing. 687.

CCLXVI.

Si prætor pro homicidio facit aliquem decapitari, cum ex forma statuti esset pœna pecuniaria, non poterit dicere, quod sibi imponatur pœna statuti, sed decapitabitur. dictum est no. per Bar. in l. j. in fi. prin. ff. quod quisque iuris.

CCLXVII.

Nota quod priuilegia in dubio intelliguntur concessa ad postulationem non motu proprio, vt est tex. sing. in capi. si motu proprio. de præben. in 6. per Bar. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. in l. 3. in princip. ff. quod quisque iuris. quod singulariter limitatur, vt per Bald. in l. nec dam nosa. C. de præcibus Imperato. offeren. nisi literæ principis essent geminatæ, quia tunc habent vim clausulæ motus proprij. quod dictum pro valde no abili adducit Ro. in l. si vero. §. de viro in 3 t. fallen. ff. soluto matrimonio. Limitatur & secundo per Guli. & Modernos in l. 3. §. 1. ff. quod quisque iuris nisi princeps cõcedat animo remunerandi. Limitatur & tertio per Ba. in dicta authen. quas. C. de sacrosanctis ecclesijs. nisi concederetur vniuersaliter omnibus ecclesijs, & de motu proprio. pulchre per Abbatem, in cap. ad aures. de rescrip.

CCLXVIII.

In l. 4. §. fi ab ignoto. dum ibi dicit ab initio, quod si aliquis emit seruum, & à principio non sit conuentum quod acquirat libertatem, offerendo postea pretium non potest peruenire ad libertatem. & hunc tex. allegat Bal. in l. bene à Zenone. C. de quadriẽ. prescr. quod si monachus, seruus vel filius contrahit. si in contractu apponuntur pacta, secundum illa regulatur acquisitio.

CCLXIX.

Per alium contractum quam per stipulationem potest fieri nouatio præcedentis obligationis. textum habes singularem in l. si mandato meo. §. fi. ff. mandati. quem dicit Bart. non esse alibi. in l. ff. de nouationibus.

ADDITIO.

Adde Marian. Socin. consi. 21. versi. nec obstat si diceretur. Ludo. Bologni. consi. 59. versic. additur etiam aliud.

CCLXX.

Mandaui tibi quod emas rem communem cum alio certo pretio aliorum partibus emptis, nam pro residuo pretio dare teneris, sed si pretium determinatum non fuerit, tua pars boni viri arbitrio æstimabitur. tex. est sin. quẽ Bar. in vlt. dict. nescit alibi in l. si fund. ff. mandati. & vide glo. allegantem hunc textum mirabiliter adducit Salicet. in l. hac edictali. §. his illu. C. de secundis nup. quod si ex tribus æstimatorib. assumptis vnus æstimat viginti, alius triginta, alius trigintaquinque, debẽt omnes summæ coaceruari & per iudicem æstimari in tertia parte totius summæ, per istum tex. quod videtur contra l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris.

CCLXXI.

Pupillus non habet priuilegium in bonis magistratus. text. est singularis in l. 1. §. sciendum. Et ratio est, quia prompitius subuenitur pupillo contra tutorem, quia tutor specialiter propter pupillum tenetur, magistratus vero specialiter non propter ipsum pupillum, sed propter vtilitatem publicam. Ideo nõ ita prompte subuenitur cõtra eũ. l. etiam proponebatur. eo. titul. est singularis in casu suo.

CCLXXII.

Si aliquis damnificatur ex eo, quod notarius scribere omisit, datur actio contra notarium. text. est singu. in d. l. fi. & adde text. in l. qui nomine. ff. de fal. qui textus allegatur, q̃ si aliquis fecit te notarium qui non erat, tenetur omnibus rogantibus eum de instrumentis ad interesse.

CCLXXIII.

Tu scis quod coniuncta persona non admittitur pro coniũcta persona cõtra eius voluntatem, sed præter. l. sed & hæ. in princip. ff. de procura. tamen quando venit tãquam cõiuncta persona, & pro proprio interesse, admittitur etiam eo inuito. tex. est singularis in l. patri pro filio. ff. de mino. qui etiam tex. probat, quod ibi requiritur speciale mandatum hominis, & non sufficit generale mãdatum legis. Nã potestas agendi lata à lege coniunctæ personę non valet, vbi requiritur speciale mandatum. Probat etiam quod in casibus in quibus requiritur speciale mandatum, admittitur cõiuncta persona pro eo qui esset minor & prodigus, secus si minor tantum, vel prodigus tantum. quod est notabile secundum Bartolum. Et adde, quod hunc textum allegat Bartolus in l. prima. C. etiam per procuratorẽ causam in integrum restitutio. agi posse. quod licet coniũcta persona non admittatur, vbi requiritur speciale mãdatũ, tamen fallit in coniuncta persona, quę esset legitimus administrator, vt pater, tutor etiã per istum textũ. q̃ est no.

CCLXXIIII.

Cessio actionum non potest fieri nisi in casibus hac lege expressis, & eandem rationem habentibus, & si pro parte venditur, & pro parte donatur, cessio facta præsumitur simulata. textus est singularis secundum Bartol. in l. per diuersas. cum lege sequenti. C. mandati.

Et de materia cessionum late per Bartol. in l. Modestinus. ff. de solutionibus. Et si aliquis promittit cedere melius ius, liberatur transferendo ius, ex quo causatur iudicis officium. Si vero promittit cedere ius optimum, non liberatur, nisi cedat actionem, & transferat in cessionarium. gloss. est notabilis in lege prima. C. quand. & quib. quart. pars debeatur. libro decimo. Et adde quod notat glos. in l. fideiussor. §. primo, in verbo posit. ff. de pignoribus.

CCLXXV.

CCLXXV.

Si syndicus vult se excusare, quod ignorauit maleficium esse commissum, nunquam erit excusatus, nisi constet de diligenti inquisitione eius. Aurea est doctrina Baldi in l. prima. C. ad senatusconsultum Macedonianum. quod dictum refertur in lib. maleficiorum Angel. in ver. necnon ad denuntiationem.

CCLXXVI.

Vbi quis venit condemnandus ad mortem, non habet locũ titulus. C. quãdo ciuil. actio. quia isto casu possunt simul & semel cumulari, quia frustra actor intentaret iudicium ciuile eo mortuo. Dictum est singulare Bal. in l. 1. C. de appel. quod dictum refertur etiam in libro maleficiorum.

CCLXXVII.

Minor non restituitur etiam læsus, nisi probet læsionem euenisse vel sui facilitate, vel dolo aduersarij. textus est notabilis vbi per Bald. in l. verum. §. sciendum. ff. de minor.

CCLXXVIII.

Minor emit molẽdinum, quod est subiectum impetui aquarum, & sic quod posset deperire, potest restitui. tex. est notabilis in l. verum. §. si locupleti. ff. de minor.

CCLXXIX.

Minor non petit restitutionem contractus per restitutionẽ in integrum, si habet recursum aduersus maiorem de iure communi, est ergo necessaria excussio maioris. tex. est no. secundum Bald. in l. cum mandato. ff. de minor.

CCLXXX.

Propter minorem contractus non mutat suam naturam. te. est not. in l. si minor. §. minores. ff. de mino. vbi per. Bal. Et ideo si ex forma statuti aduersus laudum nõ potest peti re ductio, ẽt minor nõ potest petere, sed petet restitutionẽ.

CCLXXXI.

Sententia restitutionis lata pro minore non retorquetur cõtra eum, si vult renuntiare sententiæ. casus est singularis secundum Bald. in l. si iudex. ff. de minor.

CCLXXXII.

Minor adiuit hæreditatem, factus maior exegit, & fecit talia, quę faciunt veri heredes, demum vult restitui, potest initio inspecto. casum habes singularem in l. 3. §. scio. ff. de minorib. secundũ Ro. in l. pupillus. ff. de acquir. hæred.

CCLXXXIII.

Minor si portauit res non soluto vectigali, subuenitur sibi per remedium restitutionis in integrum. textus est singularis in l. si ex causa. §. si in commissum. ff. de minor.

CCLXXXIIII.

Minor potest fideiubere pro suo procuratore, & non restituitur in integrum aduersus ipsam fideiussionem, secũdũ Ang. & Modernos in l. de die. §. q mulierẽ. ff. qui satisd. cog.

CCLXXXV.

Minor, qui est legum doctor, non potest petere restitutionem in integrum. gl. est sing. in l. professio. C. de muner. patrim. lib. 11. & est tex. sing. in l. 1. C. qui aduer. quod vbi per doct.

CCLXXXVI.

Minor non dicitur venire cõtra compromissum, vt incidat in pœnam, si petat se restitui aduersus compromissum, qa non conqueritur de arbitro, sed de sua facilitate. text. est singularis in l. cum minor. ff. rem ratam hab.

CCLXXXVII.

Minor vigintiquinque annis si per statutum admittitur vt maior, non per hoc videtur ei interdici in integrum restitutio contra illum actum. glo. est valde notabilis in l. 1. C. si de momentanea pos. in gloss. fin.

CCLXXXVIII.

Mulier secundo nubendo non perdit executionem testamẽti, vt quia fuit electa executrix in testamento mariti. doctrina est Bart. in l. à filio. ff. de adimen. leg. quam sequitur Bald. in authen. eisdem. in fine. C. de secun. nupt.

CCLXXXIX.

Mulier rapiens virum, capitaliter punitur. glossa est singularis secundum Ang. in l. 1. C. de rap. vir. Bald. in l. raptores. C. de episcop. & cleri. & in c. 1. quib. mod. feud. amit.

CCXC.

Mater tutrix petiit dari tutorem, quia vult nubere, & postea pœnitet, non reassumit tutelã. Dictum est not. Bald. argu. illius text. in l. imperialis. in verti. sed si tales C. de nup. ad idem Bald. in l. cum ancillis. C. de incest. nup.

CCXCI.

Ad probandum matrimonium sufficit probare sponsalia de futuro, & ductionem sponsæ in domum. text. est not. vbi per Bald. in l. cum in te. C. de donat. ante nup.

CCXCII.

In matrimonio potest apponi pœna, vt si concubinam tenebis, dabis mihi centum nomine pœnæ. textus est singularis in l. ex ea parte. §. 1. ff. de verborum obligationibus. secũdũ Bal. in l. fi. C. de spõs. Sint ergo cautæ mulieres, quãdo accipiunt viros, & suspicantur & teneant concubinas.

CCXCIII.

Maritus licet lucretur dotem, non tamen tenetur ad onera hæreditaria. text. est not. in l. licet dos. C. de iure dot.

CCXCIIII.

Mandatum nullum requiritur ad denuntiandum legata relicta ad pias causas. textus est notabilis in l. nulli. in fine. C. de episcop. & cleri. vbi per Bald.

CCXCV.

Miles etiam in bello vulneratus non debet recedere sine licentia principis. textus est singularis in l. 2. C. quibus non obiic. longi temporis prescrip.

CCXCVI.

Si simpliciter est contractum matrimonium nulla facta mẽtione de dote, non videtur aliquid datum in dotem, & sic erit matrimonium sine dote. ita Bald. in l. nulla. C. de iure dot. & ita intelligit gl. in l. mulier bona. ff. de iure dot.

CCXCVII.

Ad probandum mandatum factum ad recipiendum solutionem non possunt admitti testes. Dictum est singulare Baldi in l. falsus. in 13. col. C. de furtis. quia soluentes debent habere plenam securitatem per scripturam solennẽ, quæ non potest fieri cum non habeat mandatum in scriptis.

CCXCVIII.

Mendax in dubio non præsumitur in dolo, nisi mendacium tendat ad sui vtilitatem. tex. est notabilis vbi per Barto. in l. eleganter. §. fi. ff. de dolo.

CCXCIX.

Magistratus etiã minimus est maior in suo territorio quocunque alio. gloss. est singularis in l. apud. ff. de manumissionibus. quam multum notat Angelus in sua disputatione incipiente, Bononiensis. Bald. in l. si quis ex consensu C. de episcopali audientia in l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudicum. in l. 2. §. 1. ff. si quis cautionibus.

CCC.

Si moniales existunt infra gradus monasterii, & faciunt aliquem contractum, de quo notarius existens extra gradus rogatus. poterit scribere actũ fuit in monasterio. ita Bald. & Moderni in l. plerique. ff. de in ius vocan. per l. satis ibi, vbi

ibi vbi si citatur ille, qui conspicitur ex publico de domo, dicitur citatus in domo.

CCCI.

Licet per statutum mulier non posset obligari sine consensu viri, tamen si suscipit mandatum procurationis extra iudicialis, licet non obligetur mandato, tamen valebunt gesta per eam, quia vere habebat mandatum. ita notabiliter probat textus iuncta vna expositione glossę, & ibi per Angelum in l. quamuis. in princ. ff. de acquir. poss.

CCCII.

Maritus si stetit spatio decem annorum ad petendum vsuras seu alimenta dotis sibi promissæ, non potest amplius petere, quia intelligitur sibi remisisse, vt consuluit Bald. in consilio incipiente, In Christi nomine post biennium à ductione puellę. & facit textus singularis in l. cum quidã. §. diuus. ff. de vsuris. vbi si creditor stetit per decem annos ad petendum vsuras, non potest amplius petere.

CCCIII.

Magistratus debet interuenire, quando consilium ciuitatis facit statuta. gloss. in l. prima. ff. quod quisque iuris. Bart. in l. 1. ff. de leg. in l. omnes populi. in secunda quæstione principali. ff. de iustitia & iure. Petrus de Ancharano in capit. canonum statuta. de constitu. in 11. charta magna.

CCCIIII.

Magistratus durante officio, non potest in ius vocari. quod limita & declara, vt notabiliter per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in quatuor primis quæstionibus. ff. de operis noui nuntiatione. Bald. in l. pars literarum. ff. de iudic. Aliam limitationem posuit glossa singularis in l. si præles. C. de episcop. audien. quod magistratus non potest conueniri in loco sui magistratus, sed alibi sic.

CCCV.

Mandatum. Si aliquis mandat Titium occidi, quod si non fecerit, minatur sibi mortem, excusatur faciens. Dictum est notab. Bar. in l. 2. ff. de noxal. gloss. in. l. pen. ff. si famul. fur. fec. dic. Abb. in capit. sacris. quod metus causa.

CCCVI.

Mora de æquitate canonica semper potest purgari, si aduersarius non est passus damnum. Dictum est Antonij de Butrio & Imol. in capit. dilecti. de arbitr. per textum singularem secundum vnum intellectum, in cap. suam. de pœnis. per Bald. in l. si pacto quo pœnam. C. de pactis.

ADDITIO.

Adde Hippolyt. Marsi. singul. 463. num. 2. qui multas concordantias adducit.

CCCVII.

Monasterium. Est magis communis opinio, quod si relinquo monasterio sub conditione, si receperit filiam meã in monialem, tale relictum est nullum, quia conditio est honesta, sed ad illud inuitare spe lucri, est turpe, & institutio redditur nulla. Bar. in l. Titio centum. §. 1. ff. de cõdi. & demon. licet ipse tenuerit contrarium in l. 2. C. de instit. & substit.

CCCVIII.

Mulier. Illud quod dicitur in l. in rebus. C. de iure dotium quod dominium reuertitur, habet locum in muliere viuente. Dictum est singulare Bartoli in l. Nesennius. §. fundum. ff. de iudicata.

CCCIX.

Maritus legat vxori omne frumẽtum, quod habet in domo, illud consumit, & tantundem reponit in loco illius, venit in legato. Dictum est Bartoli in l. si seruus legatus. §. qui quinque. ff. de legatis primo.

CCCX.

Matrimonium potest contrahi etiam in vltimo vitæ spiritu. de hoc tex. est singularis in l. 2. & in authentic. cui relictum. C. de indict. vidui. tollen.

CCCXI.

Membrum. Si statutum dicit simpliciter membrum abscindendum, intelligitur de manu. tex. in authent. de manda. prin. §. roges. in authen. vt nulli iudi. §. penul.

CCCXII.

Miles qui accipit mutuum, in dubio præsumitur expendere causa militiæ. te. est singularis in l. fi. in fi. C. ad Macedo. gl. in l. 2. ff. e. Et est præsumptio iuris & de iure secũdũ gl. ibi.

CCCXIII.

Mandatum. Licet sint multi casus in quibus mandatum non reuocatur morte, tamen potest per hæredem reuocari. casus est no. in l. fundi. ff. de acquiren. possessio.

CCCXIIII.

Mandatum. Qui habet mandatum ad vendendum, habet etiam mandatum ad solutionem recipiendam. text. est notabi. in l. quod seruus. ff. de solutio.

CCCXV.

Mercantia. Si vnus ex sociis desulit mercantias inuito socio, & lucratus est, ille inuitus non debet habere lucrum. Bar. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Alexand. in l. si vero. §. si mãcipia. ff. solu. matr.

CCCXVI.

Mediator. Occidens mediatorem per cuius concursum aliter non poterat euitare mortem, non tenetur. gloss. est singul. vbi per Angel. in l. 2. C. de sica.

CCCXVII.

Mors. Post mortem defuncti potest instare hæres, quod feratur sententia pro purganda innocentia defuncti. casus est sing. in l. filiæ. §. Seia. ff. de adimen. leg. quem mihi reuelauit Bald. in l. 1. C. ne ex delic. defunc.

CCCXVIII.

Mori. Volo tibi allegare vnam pulchram gl. si doctor damna[a] natur, ad mortem, non debet decapitari [a] antequam degradetur, quia nemo debet mori in dignitate. gl. do tibi singulare in l. omnes. in ver. amissionem. C. de episcop. & cleri.

ADDITIO.

a Adde Gab. Sarayn. in addit. Matthei. sing. 59. nu. 9.

CCCXIX.

Moneta. Expendens falsam monetam, vt plumbeam vel stanneam, punitur pœna falsi. Bartol. in l. lege Cornelia. ff. de fal. Fallit singulariter, nisi doceat se ab alio habuisse, etiam si testes non nominent a quo. sed sufficit quod viderint ab alio habuisse. dictum est singulare Iac. Butr. in l. maiorem. C. de fal. & vide ibi per Angel.

ADDITIO.

Adde Guid. Pap. singul. 508.

CCCXX.

Mulier si commisit adulterium, & vir tenebat concubinas, non debet perdere dotem propter adulterium. Item si maritus sciuit illam adulteram, & postea eam cognouit carnaliter. Paul. de Castro consil. 126. quod incipit, In Christi nomine, hæc mulier non debet excludi.

CCCXXI.

Maritus si expulit vxorem sine iusta causa, non tamen tenetur ad restitutionem dotis. Ioan. An. in titul. de dona. inter vir. & vxo. §. nunc de dote. in addi. incipien. Et dicit Odofre. Alexand. in l. 2. ff. sol. ma. licet Bald. teneat contrarium in l. fin. C. de fen. quæ sine cer. quanti. profe.

CCCXXII.

Medicus. Ille qui adhibuit malum medicum, est indignus hereditate

hereditate illius, qui malum adhibuit medicum. gloss. est valde notab. in l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edict. secundum Ang. in l. si seruum. ff. de ver. obliga.

CCCXXIII.

Moriens. Si moriens est confessus se recepisse mutuum, nõ poterit hæres opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia moriens non expectabat futuram numerationem. gloss. est singularis in l. 1. C. de fal. cau. adiect. lega. secundum Bald. in titul. de pace Constan. in versi. vasalli.

CCCXXIIII.

Qui cedit actionem contra vnum ex correis, alius liberatur à cedente, casus est singularis in l. qui duos. ff. de lega. 2. secundum Barto. in l. ex duobus. in 8. q. ff. de duob. reis.

CCCXXV.

Potest relinqui fideicommissum à succedentibus ab intestato pupillo, quod expirat pubertate adueniente. text. est singul. secundum Din. & Bartol. in l. si fundum per fideicommissum. §. fin. cum l. sequent. ff. de legat. 1.

CCCXXVI.

Tu habes regulam, quod hæredes tenentur pro hæreditarijs portionibus. l. pacto successorum. C. de pactis. Accipe vnum singularem casum, in quo actio personalis hæreditaria datur contra vnum ex hæredibus insolidum, etiam ad quantitatem. Iste casus est singularis secundum Bartol. in l. cum ab vno. ff. de leg. 2. & est speciale in casu illo fauore dotis. & hunc text. allegat. Barto. in l. continuus. §. fin. ad finem. ff. de verborum obliga.

CCCXXVII.

Tu scis, quod in fideicommisso vniuersali veniunt etiam prælegata. l. cum virum. C. de fideicommiss. hoc non procedit in donationibus, quæ morte confirmantur. textus est singularis secundum Bartol. in l. sequens quæstio. ff. de legat. 2. quia non capiuntur ex testamento, nec confirmantur ex aditione hereditatis, sed ex sola morte.

CCCXXVIII.

Tu habes dispositionem l. cum alienam. C. de leg. quando legatur res aliena coniunctæ personæ. Accipe singularem limitationem, quia illa non procedit, quando ille, cui relinquitur, erat legatarius & hæres, sed solum procedit, quando erat legatarius. casus est singularis secundum Bartol. in l. cum pater. §. euictis. ff. de leg. 2. Et est ratio, ga licet euincatur legatum, remanet tamen hereditas. q. nõ est in casu l. cum alienam. Et etiam singularis textus ille, quod quando diuisio est facta à testatore, vnus ex hæredi. non tenetur alteri de euictione iure actionis, sed ope exceptionis, secus si diuisio sit facta à partibus, vel à iudic. l. si fratris. C. communia vtriusque iudic. & in duobus locis dicit ibi Bar. q. ille tex. est sing. Et adde notab. Bal. dũ quærit de ratione huius §. in dicta l. cum alienam. C. de lega.

CCCXXIX.

Vniuersitas iuris potest legari, etiam si commodum contineat, & ille, cui legatur hæc vniuersitas iuris, debet cauere hæredi de indemnitate. textus est habẽs singulatem materiam secundum Bartol. in l. cum pater. §. mensæ. ff. de le. 2. & sic est casus, in quo legatum potest habere incommodum, & in dicto §. mensæ. querit Bartol. quid si testator dixit, Legõ tibi apothecam eam pannariam seu pannorum, quod non videtur legata mercantia, sed illa verba pãnorum videntur magis adiecta causa demonstrationis loci, hoc idem Bald. in l. in legatis. C. de le. Et addo quod no. Bart. in l. librorum. §. pen. ff. de leg. 3. vbi querit de illo qui legat bibliothecam, & concludit quod ex qualitate personæ, vt si scholaris legaret scholari, intelligitur de liberis. & quod voluit Bar. in l. nam quod. §. 1. ff. de pen. le. vbi dixit, quod si aliquis vult legare apothecam suam cũ omnibus pannis, dicat, lego apothecam cum pannis, siue sint venales siue non. & ita dicit de facto consuluisse. quod no. Bar. in l. Seia. §. tyranne. ff. de fun. instru. de illo qui legauit podere, quia intelligitur quicquid vno nomine nuncupatur licet simul non sint, per Barto. in l. si ita. ff. de auro & argẽ. leg. & in l. 1. ff. de supel. leg. si aliquis legat massaricias, venit quod continetur appellatione supellectilium, & ideo nõ venit asinus & equus, vt ibi, & in l. librorũ. §. fi. ff. de le. 3. q. si aliqs legat lectũ, venit culcitra, ét de serico, & oña ornamẽta. & Bar. in l. fi. §. 1. ff. de auro & arg. le. si testator legat vxori vestimẽta, venit festiua & nõ festiua, & si le. vxori lectum, venit etiam festiuus in l. cum aurum. §. plane. ff. de aur. & argen. leg. vbi si testator legat vxori vestimenta, hæres non potest separare maspillos auri & ornamenta ibi posita. & Bar. in l. quãuis. ff. de auro & arg. leg. q. in legato vestimẽtorũ nõ veniũt vestes, phibitæ portari.

CCCXXX.

Tu habes in l. vel singulis. ff. de vulgar. & pupil. quod si testator vltimo morienti substituit, non videtur filios inuicẽ substituere. Accipe singularem limitationem, nisi rogauit alteri restituere per fideicommissum. iste est textus singularis secundũ Bar. in l. Titia Seio §. Seia. ff. de legat. 2.

CCCXXXI.

Tu scis quod res subiecta restitutioni non potest alienari, vt in l. si. §. sinautem. C. com. de leg. hoc procedit in hærede sciente, secus in ignorante & ignoranti. casus est singul. in l. si. §. fi. ff. de lega. 2. secundum Bart. in dict. §. sinautem. & intellige istum tex. de iusta ignorantia. & ad istum tex. vide no. per Bald. in authen. res quæ. in princ. C. communia de leg. hunc etiam tex. alle. Bal. in pulchra quæstione in auth. ei qui. C. de bon. autho. iud. pos. in vltima colu.

CCCXXXII.

Tu habes quod inter creditores chirographarios non inspicitur prioritas, nec etiam priuilegiis competentibus in actionibus personalibus. l. priuilegia. ff. de priuileg. credi. Accipe pulchram limitationem, quod illud est verum in obligatione quãtitatis, secus quãdo est in obligatione factum cohærens personę, tunc enim ille præfertur, cui est promissum prius. tex. est sing. ẽm Bar. in l. in operis. ff. locati.

CCCXXXIII.

Accipe etiam casum singul. secundum Bartol. qui locauit operas suas vt certum opus faceret, tenetur de operis vitio siue vna pensio siue in singulos dies præstita fuerit, qui autem operas suas singulis diebus locat, nec ad certum tempus se adstringit, de vitio operis non tenetur. tex est sing. secundum Bar. in l. ea lege. §. locaui. ff. locati.

CCCXXXIIII.

Tu habes vnum casum singularem, quod prius contra vnũ ex delicto ciuiliter vel rei vendicatione agatur, quam contra alium agatur, ex contractu. in l. cum in plures. §. vestimenta. ff. loca. ex quo tex. Bar. sumit regulam sic, quando cunque vnus conuenitur ex facto alterius, ille prius debet conueniri sumptibus conuenti, nisi sit multum difficile, & hoc arbitrio iudicis.

CCCXXXV.

L. 1. C. de legationibus. libro decimo. Ista lex habet multas lecturas singulares. Sed nota illam quod procurans habere officium ex quo proueniunt immunitates, non habet tales immunitates. & hanc allegat Roman. in l. 3. §. subueniunt. ff. ad Sylleianum.

CCCXXXVI.

Conductor conuentus conditione ex illa lege, debet ante omnia testificare rem. & quæstionẽ potest referre dominij. text. est singular. in l. si quis conductionis. C. loca. & quando conductor possit opponere exceptionem dominij

nimij locatori, per Bar. in l. ei à quo. ff. de vsucapion. in l. si alienam. ff. soluto matrimonio. in l. commodare. ff. commod.

CCCXXXVII.

In rebus maternis præferuntur veterini, in rebus paternis præferuntur consanguinei, in rebus aliunde acquisitis succedunt æqualiter. tex. est singularis secundum Bar. in l. de emancipatis. C. de legitimis hæredibus. Et adde no. per Bar. in l. 2. §. legitima. ff. de suis & legitimis.

ADDITIO.

Adde eundem Bar. supra sing. 197.

CCCXXXVIII.

Ille qui locat operas, tenetur operari, & potest cogi merce de recepta. text. est notabil. iuncta glosa. in l. si is qui. C. locati.

CCCXXXIX.

Quando lex fingit aliquem confessum, equiparatur confessioni factæ in iudicio solenniter. casus est singularis secũdum Bal. in l. si tutor. C. de interdicto matrimonio.

CCCXL.

Si lex est specialis & ratio generalis, generaliter intelligenda est Bart. in l. 1. ff. de iuris & facti ignorantia.

CCCXLI.

Lex 2. C. de rescinden. vendi. non habet locum in iudiciis, propter authoritatem iudicii, vt puta si res adiudicetur pro minori pretio. Dictum est singulare Bald. in l. ordo. C. de executione rei iudicatæ. Et adde quod no. Bald. in l. maioribus. C. communia vtriusque iudicii.

CCCXLII.

Lex quoties. C. de rei vendicatio. nõ habet locum in ecclesia vendente duobus, quia præfertur ille cui, primo venditur. dictum est singulare Io. Andr. in c. continebatur. de his quæ fiunt à præla. sine consen. ca:

ADDITIO.

Alios casus in quibus non habet locum d. l. quoties. vide per Hippoly. Marsil. sing. 82. per totum. Alex. in l. siue autem. §. si duobus. ff. de publician. & per Bertachin. in suo repertor. in verb. emptor primus.

CCCXLIII.

Lex, si vnquam. C. de reuocand. donationibus. non habet locum in causa pia, quia non reuocat filius nisi legitimam gl. est sin. in c. quicunque. 17. quæstione 4. secundum Roma. in authen. similiter. C. ad legem Falcidiam.

CCCXLIIII.

Si procurator recitat in libello verbo aduersarii, non videtur in dubio illa fateri, vt est glo. not. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liberis & posthumis. & ibi per Moder. licet alias soleat dici, quod quis videtur fateri illud quod dicit in libello. l. cum præcum. C. de liber. caus. quia illud procedit quando verba proferuntur non tanquam ab aduersario.

CCCXLV.

Libellus non procedit, peto condemnari secundum forma iuris vel statutorum, quando pœnæ sunt diuersæ, & per vnam non est recessum ab alia Bal. & Modern. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liberis & posthumis.

CCCXLVI.

Vbi esset pronuntiatum libellum ineptum, & reus sit absolutus ab obseruatione, pereunt tunc omnia acta ordinatoria iudicij, etiam quo ad effectus, qui alias non perirẽt & sic quo ad effectum præscriptionis intertumpendæ. Ita Bald. eleganter, in l. 2. C. de fructibus & lit. expensis. quia iudicium malè fundatum non interrumpit præscriptionem, glosa. est not. in l. si pater. C. ne de statu defuncto.

CCCXLVII.

Per hæc verba prolata per reum respondendo libello actoris, tu mentiris, inducitur litis contestatio. Bald. Ange. & Alex. in l. turpia. ff. de leg. 1. nisi essent prolata catore iracundiæ, quia tunc nihil operarentur.

CCCXLVIII.

Potest aliquis agere in eodẽ libello partim iure suo, & partim alieno. tex. est notabilis, & ibi per Bal. in l. planè. ff. familiæ erciscundæ.

CCCXLIX.

Procedit libellus ago, vt soluas Titio, quia mea interest. test in l. his consequenter. §. Celsus. ff. familiæ erciscundę

CCCL.

Libellus. Negatio facta ad libellum ineptum non facit inciderе in pœnam, Dictum est sing. in l. edita. in repetione Paduana. in 10. col. C. de edendo.

CCCLI.

Libellus rei non requirit conclusionem. Dictum est Bart. in l. 1. ff. de exceptionibus. & Antonij de Butrio, in c. 1. de litis contestatione.

CCCLII.

Libellus quo petitur factum & si non fiat, interesse, procedit. gl. est not. in l. 2. §. item si in facto. ff. de verb. obligat.

CCCLIII.

Libellus. Oblatio libelli quæ fit iudici ante partis vocationem, non habetur pro vocatione in ius, nec dicitur de processu. glo. est singular. in l. libertos aduersus. ff. de in ius vocan.

CCCLIIII.

Libellus quo petitur dos restitui, debet concludere ad totam dotem, licet maritus condemnetur inquantum facere possit. tex. est not. in l. quod si maritus. ff. de constituta pecunia.

CCCLV.

Legatum ad pias causas factum repertum cancellatum, iuris præsumptione præsumitur inconsultè factum, & sic debetur. tex. & Bar. in l. proximè. ff. de his quæ in testamento delentur.

CCCLVI.

Legatũ. Si lego alicui tertiam partem fructuũ fundi mei, hæres potest dare tertiam partem æstimationis inuito legatario. casus est notabil. in l. fundi. in princip. ff. de vsu fruct. legat.

CCCLVII.

Legatum est pro passagio ad sanctum Sepulchrum, debet expectari generale passagium. Bart. in l. Lucius. §. à te peto. ff. de legatis secundo.

CCCLVIII.

Legatum. Si lego tibi fundum intra quem est palatium, includitur etiam palatium. tex. est not. cum glo. in l. vxori vsumfructum villæ ff. de vsufruct. legat secundum Bald. in l. 1. in princ. C. communia de legatis.

CCCLIX.

Legatum. Lego Tertio sub hac conditione, Si Seius hæres erit, Titius interim decedens non trãsmittit. casus est singular. in l. in conditionibus. in versicul. ff. de conditionibus & demonstrationibus. secundum Bald. in l. vnica. in fine princip. C. de caducis tollendis. non ob. l. hæc verba. ff. de legatis primo. quia fuit hic intentio testatoris facere conditionem.

CCCLX.

Legatum. Legato fundo nõ cedunt instrumenta. casus est

not.in l.2.in fi.ff.de fun.instruct.secus in locatione fundi l.sed addes.§.illud.ff.locati.

CCCLXI.

Legatum.Lego vsumfructum infantis,valet legatum,& incipiet cum adoleuerit.casus est sing.in l.si infantis.ff. de vsufruct.

CCCLXII.

Legatum.Lego de meis seruis duos Titio per ipsum eligendos,reliquos vero Seio,repudiante Titio Seius habebit omnes.casus est not.in l.cum optio.ff.de optio.lega.

CCCLXIII.

Legatum in legato generali non comprehenduntur ea que habebat testator causa mercandi.l.generali.§. vxori. ff. de vsufruct.lega,quod est verum,si ibi sunt aliqua in quibus potest subsistere legatum,alias veniunt venalia & habita causa mercandi,casus est sing.secundum vnum intellectum glo.in l.pediculis.§.item quæritur.ff.de auro, & argento lega.

CCCLXIIII.

Legatum.Legato generali vsus & habitationis non derogatur per legatum speciale ipsius rei.casus singul.in l. Sempronius.in princ.ff.de vsufruct.legat.

CCCLXV.

Legatum.Si lego tibi rem tuã quæ est alteri obligata,valet legatum & bæres meus videtur grauatus,vt eam liberet.tex.est sing.in l.si tibi homo.in princ.ff.de legatis primo.secundum Alex.in l.creditor.C.de lega.

CCCLXVI.

Legatum.Si lego vinum cum vasis,veniunt solum vasa plena vino,quia accessoriũ restringitur per principale.text. est sing.in l.prædiis.cum.gl.ff.de legatis tertio.

CCCXXVII.

Legatum.Interrogaui semel quendam,Quid vult dicere testator,quando dẽ lego te tibi,vel cedo tibi actiones quas habeo cõtra te,& mirabitur de tali legato. Dixi quod videtur concedere liberationem.casus est sin.in l.senatus. §.qui ab hostibus.ff.de legatis primo.

CCCLXIII.

Legatum.Possunt legari res affixæ domui, si possunt amoueri absque deformatione ædium.tex.est sing.in l.nutu. §.fi.ff.de lega.3.

CCCLXIX.

Legatum.Quidam legauit vtilitatem domus suæ. Quæro quid intelligatur legasse? Respondeo solum. vsum te. est sing.iuncta gl.in l.si habitatio.§. 1.ff.de vsu.& habita.

CCCLXX.

Legatum est matri.si non decesserit à liberis.Quæro, quid si nubat? Respondeo.quod nõ dicitur decedere. dictum est not.Bar.per illum tex.in l.cum tale in prin.ff.de condi.& demon.

CCCLXXI.

Legatum.Testator legauit centum vxori quo ad cum filio suo erit Coloniæ,sufficit quod sit in eadem ciuitate,licet non stet in eadem domo.tex.est sing.vbi per Bar.in l.qui concubinam.§ vxori.ff.de leg.3.

CCCLXXII.

Legatarius petens rem legatam debet concludere rem sibi tradi non dari.gl.est not.in §.sed nostra.Instit.de leg.

CCCLXXIII.

Legatarius,Legatarij grauati de dando aliquid licet sint legatarij ex disparibus partibus,tenẽtur nihilominus pro virili.casus est singu.iuncta gl.in l.1.§.sed vt.C. de cadu. tollen.

CCCLXXIIII.

Luere quis debet in corpus pœnam quam in ære soluere non potest,debet fieri si ille vult, cui pœna est applicãda doctrina est Bald.& modernorum,in l.final.ff. de in ius vocan.

CCCLXXV.

Locatio.Loco vsumfructum vsque ad quinquennium,non transit conductio ad hæredes conductoris, per l.viã. C. locati.casus est singu.secundum Bal.in l.si domina.C.de vsufruct.

CCCLXXVI.

Fideiussor iudicatum solui acceptus in prima causa,nõ tenetur in eo quod iudicatur in causa appellationis,nisi aliud actum sit.tex.est sing.secũdum Bar.in l.cum apud.ff. rem rat.hab. Dicit tamen Bal.in l.si C.de contrah.emp.q̃ lex ista non procedit in iudice coram quo petita esset reductio ad arbitriũ boni viri,& sic mutatio iudice extingui tur hæc stipulatio.& idem in stipulatione de iudico sisti secundum Bar.in dicta l.cum apud.

CCCLXXVII.

Quid diceres de isto casu.Aliquis eleuauit manum me percussurus,non tamen percussit, vtrum ex hoc possit agi actione iniuriarum? Et casum do tibi singularem secundum Barto.quod sic,in l. item apud Labeonem.§.si quis ff.eod.de quo per Ange.in tractatu maleficiorum in ver sic,admenauit.

CCCLXXVIII.

Quidam institutus dixit,q̃ credebat hæreditatem esse respuendam,per lapsum trium mensium videtur illam repudiare,iste est casus sing.in l.si.§.similique modo.C.eo. quem dicit singularem Barto. in l.gerit.in ver.ad primũ de verbis.ff.de acquiren.hæredit. vbi dicit esse idem in aditione.

CCCLXXIX.

Tu habes in l.si fundus.§.in vendicatione.ff.de pign.q̃ possessor conuentus hypothecaria habet facultatem restituendi rem vel soluendi debitum.hoc fallit in casu singulari,in quo si possessor neutrum fecerit non condemnabitur,in l.si.§.si vero creditores.C.de iure delibe. quem dicit singularem Bar.in d.§.in vendicatione.

CCCCLXXX.

Tu scis quod spoliatus omnibus bonis suis vel maiori parte à nemine potest conueniri,nisi restituatur.c.1.de rest. spo.in 6.hoc non procedit de iure ciuili,te.est quem alibi nescisti Bar.in l.si te bonis.C.de iure delibe.

CCCLXXXI.

Hæreditatem delatam infanti ascendẽs per lineam masculinam potest adire, & ante aditam infante defuncto ex proprio priuilegio sibi quærere ascendente non existente,tutor potest pro infante adire,sed ea non adita, non transmittitur in maiore infante,ascendens dictum priuilegium non consequitur,& tutoris defectum supplet iudex.textus est singularis secundum Barto.in l.si infanti.co.titu.

CCCLXXXII.

Plura facta vnius familiæ puniuntur vt plura,si de publica vindicta tractatur,alias vt num.te.est sing.in l.si familia. eo.tit.& dicas vt ibi per Bar.in sua distinctione.

CCCLXXXIII

Tu debes scire,quod si extraneus dotet mulierem,quod si tempore promissionis non stipulatur,non potest tempore traditionis.l.1.§.accedit.C.de rei vxo.actio. secus est in patre,quia semper ante matrimonium potest stipulari,vt habetur in l.quotiens.ff.solut.matrim,& ratio est in patre,quod ante matrimonium potest quandocunque stipulari,licet promiserit ante,extraneus vero non, quia pater ante matrimonium contractum potest sponsalia à muliere contracta dissoluere,quod fieri potest. l. prima. C. de sponsa. & si est in eius potestate matrimonium contrahatur,merito est in eius potestate stipulari dotem, sed hoc non est in potestate extranei l.si

sed secus est post martrimonium cõtractum,quia in neutrius potestate est illud dissoluere inuita muliere.& istã rationem assignat tex.qui non est alibi secundum Bar.ibi in l.adoptiuum.§.si quis.ff.de iure dotium.& dicit Bar.in d.l.quotiens.ff.soluto matrimo.quod cum de iure canonico non possit pater dissoluere sponsalia, non poterit etiam dotem stipulari.

CCCLXXXIIII.

Procuratori potest restitui fideicommissum,& tutori & curatori furiosi.l.restituta.in princ.ff.ad Trebellia. l.sancimus.in princip.C.ad Trebellia.tamen scias quia procuratori in rem suam restitui non potest casum habes in l. si mulier.§.ex asse.ff.de iure dotium.quem dicit Bart.nõ esse alibi in l.sancimus.in princ.C.ad Trebel.& Bar.in dicto.§.ex asse.colligit quod per restitutionem hæreditatis actiones non transferruntur, nisi fiat ei cui testator iusserit.de quo per Bar.& doct.in l.seruo inuito.§.fi.ff.ad Trebel.vbi allegatur textus iste,& inter alia dicit ibi Barto.quod si procurator in rẽ suam est facta restitutio me præsente,videtur mihi facta.sed aduerte quod Barto. in dicto §.ex asse.facit vnam oppositionem & non soluit.argumentatur enim sic.quæcunque sunt trãsibilia sunt cessibilia.l.ex pluribus.ff.de admin.tu.sed fideicommissum vniuersale est transibile.l.cogi.§.item Meuianus scribit. ff.ad Trebel.ergo est cessibile. pro solutione dicit cogitãbitis.sed dicas quod illa regula procedit negatiuè non affirmatiuè.l.si stipulatus fuerim. in principi.ff.de verbo.obligat.

CCCLXXXV.

In casibus in quibus minor contra præscriptionem olim cõtra se cœptam & finitam restituebatur, hodie ipso iure seruatur illæsus,nisi sit 30.annorum præscriptio.text.est sing.in l.sancimus.& ista lex habet locum in præscriptione statutorum,quando est talis præscriptio quæ aufert minori ius sibi quæsitum, vt declarat Bartol. in dicta l. in fine.

CCCLXXXVI.

Tu habes quod sententia generalis non parit exceptionem in non prosequutis.l.licet.C.de iudi.quia datur dõli replicatio.hoc est verum,nisi non prosecuta sint appendiciis prosecutorum.tex.est sing.secundum. Bar.ibi,in l.si cum tibi.C.de iudi.

CCCLXXXVII.

Contumax etiam verus veniens iudice sedente pro tribunali,restituitur ad totam causam.tex.est sing.in l.diuus.

CCCLXXXVIII.

Scias quod forum quem quis sortitur ratione contractus, non potest mutari.tex.est sing.secundum Bart.in l. iuris ordinem.de quo per Bart.in l.cum quædam puella.ff.de iur.om.iudi.

CCCXXXIX.

Tu scis quod per natiuitatem posthumi rumpitur testamẽtum,nec est opus querela.inst.de exhære.libe. §. 1. illud procedit in masculis non in fœminis.tex.est singu.secundum Barto.in l.si mater.C.de inoffi.testim.dicitur enim in illa l.singul.quod posthumus præteritus à matre quæ mutandi testamentum non habuit facultatem,videtur, cum aliis viriliter institutus,sed si sint instituti extranei, agit querela.

CCCXC.

Si dos incipit à promissione,dans de euictione tenetur, secus si à traditione,nisi intercedat dolus dantis.casus est singularis,in lege prima.

CCCXCI.

Lex,cum quidam.est etiam singularis tota secundum Bar. ibi.habet enim tres partes.& dicitur primo, quod cum dos datur ab extraneo marito,quantum ad eum est datio ob causam,quantũ ad mulierem est donatio simplex quæ tamen non indiget insinuatione,& sic titulus est dotis exparte mariti oneros⁹,ex parte mulieris lucratiuus. quod facit ad multa secundum Barto.probat etiam à speciali text.ille, quod ficta donatio indiget insinuatione. Secundo probat in §.similiq̃ modo.quod insinuatio facta ab vno prodest ei ad quem donatio porrigitur per consequentiam.Probat & tertio.in §.præterea.quod promissor dotis per cursum biennij constituitur in mora.

CCCXCII.

Quando substitutio vulgaris est facta simul duobus & copulatiuè,non habet locum in persona vnius,nisi habeat locum in persona vtriusque.text.est sing.secundum Bar.in l.quamuis.

CCCXCIII

Nunquam potest iudex imponere perpetuum silentiũ iusta materiam l.diffamari.C.de ingenuis & manumis. nisi primo illi tali fuerit facta bina monitio per iudicem de qua in actis appareat.gl.est sing.& ibi per Ang.in aut. de hæred.& Falci.§.1.& per Ang.in authen.de eccle.titu.§. si quis autem.Sed Roman.tenet contrarium in l.quandiu.ff.de acquired.hæreditate.tamen dicit quod semel nunquam potuit tantum clamare,quod iudex tulit sententiam secundum opinionem Angel.

CCCXCIIII.

Si ad instantiam & inuestigationem alicuius iudex inquirit & non probatur inquisitio,punitur pœna Turpilliani, & condemnatur in expensis.text.est gl.in l.j.§.incidit.ff.ad Turp.in l.ob hæc verba.ff.de his qui notan.infam.& ibi singulariter per Baldum & Angelum.

CCCXCV.

Dictum est quod iudex maleficiorum criminaliter cognoscens de furto,potest iudicare,quod res ablata restituatur,hoc est verum,quando debito constat per confessionem,secus si per alias probationes.dictum est singulare Bal.in l.qui crimen. in vlt.col.C.qui accusare non pos.

CCCXCVI.

Iudex potest interponere authoritatem rei donatæ etiam existenti in alieno territorio.tex.est not.in l.data.in fin. C.de dona.

CCCXCVII.

Non solum est inimicus alterius ille,qui facit iniuriam,sed ille qui conatur & libenter faceret si posset. gl. est aurea in l.Athletæ.§.dat remissionem.ff.de execu. tu. secundũ Bal.in l.1.C.si quacun.præd.pote.& ibi dicit etiam Bal. per illum tex.quod si iudex ordinarius est suspectus,non est suspectus vicarius,nisi eadem ratio suspicionis reperiatur in vtroque.

CCCXCVIII.

Interpretatio est extensiua,vbicunque deficiẽtibus verbis legis,trahitur legis effectus ad aliud per similitudinem rationis.tex.est melior de iure secundum Bal.ibi, in l.si furiosi.C.de nupt.quod dicit esse notabile.

CCCXCIX.

Non refert à quo quis sit impeditus,dummodo fuerit impeditus.gloss.est not.in l.si præsidi.C.de dona.ante nup. & ibi Bald.inducit ad quæstionem de equo impedito cursu ad brauium, quod tamen non debet habere brauium.

CCCC.

Iocalia quæ mittuntur à consanguineis viri vxori & econtra,præsumuntur donari.tex.est in l.cum plures.§. cum tutor.ff.de admini.tut.secundũ Bal.in l.2.C.de iure dot.

CCCCI.

Interruptio etiam momenti destruit tempus vsucapionis. dictum est Bal.per illum tex.in l.1.C.de vsucap.transformandi.in verb.continuum.

CCCCII.

In contractibus innominatis fauore dotis erã re integra

non habet locum pœnitentia, casus est singula. in l. si ego. §. si res. ff. de iure dot. secundum Baldum in l. sicut. C. de actio. & oblig.

CCCCIII.

Iudex quando debet adesse in certo loco, non creditur ei nisi legitimè probet. tex. est notabil. in l. si quando. C. de statuis & imaginibus.

CCCCIIII.

Multi sunt qui de iure non debent torqueri propter dignitatem. Sed vellem scire, quid si iudex torquet talem? Dicas quod capitaliter venit puniendus, tex. est no. vbi per Angelum in l. decuriones. C. de quæstio.

CCCCV.

Ingratus dicitur ille qui non præstat obsequium necessariũ. gl. est sing. in l. solo. vbi per Salic. C. de liber. cau.

CCCCVI.

Inundatio habet interrumpere præscriptionem. Bar. per illum tex. in l. si ager. ff. quibus mod. vsusfruct. amit.

CCCCVII.

Iuramentum potest deferri in ecclesia, vt probatur in l. generaliter. §. fi. C. de iureiur. Est enim quædam religio.

CCCCVIII.

Iudex ex officio potest inquirere de conditione testis. glo. est in l. 1. ff. de magist. conuenien. quam dicit singularem Bal. in l. quos prohibet. ff. de postulan.

CCCCIX.

Iudex accepit pecuniam vt committat aliquam iniustitiã, & pœnitet antequam committat, non euitat pœnam. casus est sing. in l. & generaliter. §. 1. ff. de calumnia.

CCCCX.

Iudex cognoscens ex prorogatione in alieno territorio, debet seruare statuta sui loci non territorii in quo cognoscit. gl. est sing. in clem. 1. de foro competenti. secũdum Bal. in l. fi. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

CCCCXI.

Si iudex ordinarius processit tanquam delegatus cum non esset, non valet processus. tex. est no. iuncta gl. fi. in c. ex literis. de officio delegat. Ale. in l. si per errorem. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

CCCCXII.

Si litigatum est coram incompetenti iudice scienter, adeo quod videtur prorogata iurisdictio, & postea instantia pereat, & de nouo inchoetur, in hac secunda instantia, non poterit declinari iudex. Ang. in l. si quis postea. ff. de iudic. Alexand. in l. si conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

CCCCXIII.

Si iudicis negligentia absorbet ius partis tenetur ad totale interesse, si partim ad particulare. dictum est not. Bal. per illum tex. in l. si quando. in fi. C. de test.

CCCCXIIII.

Si iudex supersedeat forte causa vexandi excipientem quẽ sæpe citat ad audiẽdum suam deliberationem, si tertio humiliter requisitus non pronunciat, super ea poterit ex hoc grauamine appellare. Dictum est not. Ioan. Andræ. in cap. dilecti. de appella. secundum Abb. in capi. ex parte. eo. titul.

CCCCXV.

Iudex condemnauit in decem, & si non soluerit condemnatus intra certum terminum amputetur sibi manus, iudex tamen potest facere executionem in bonis. dictum est singulare Bartol. in l. cum duobus. §. idem respondit. pro socio.

CCCCXVI.

Si post conclusionem in causa iudex recipiat probationes quæ non poterant fieri nisi ante conclusionem in causa, videtur illam pronuntiationem reuocare. Dictum est dominorum de Rota cõclusione incipiente. Item si post conclusionem in causa. Anton. de But. & Imo. in cap. auditis. de procu.

CCCCXVII.

Iudex dolosè negligens facere iustitiam, tenetur ad totalẽ æstimationem, sicut iudex si male iudicauit. gl. in l. largẽtarius. §. cum autem. ff. de eden. Bar. in l. fin. ff. de varius & extraordin. cognitio.

CCCCXVIII.

Si iudex in præcepto nullam certam pœnam expressit, & vellit postea inobedientem mulctare nõ poterit postea excedere metam taxatam in l. cos. C. de modo mulctar. secus si in p. æcepto fuisset expressa certa pœna etiam excedens metam taxatam. Dictum est singulare Oldra. cons. 15. incipiente, circa processum. refert Alex. in l. 1. §. 1. ff. si quis ius dicen. non obtem.

CCCCXIX.

Iuramentum in defectum non potest deferri nisi parte aduersa citata. Bal. in c. 1. in prin. de contrauer. inuesti.

CCCCXX.

Interuallum non vitiat alios contractus vltra stipulationẽ. glo. not. in l. si stipuler. §. fi. ff. de ver. oblig. hoc tamen fallit in contractu innominato, quia non erit contractus innominatus, nisi quando eodem instãti do vel facio eo acto, vt tu tunc aliquid des vel facias. Nam si darem vel facerem, & postea ex interuallo ageretur inter nos, vt aliquid dares vel faceres, non diceretur contractus innominatus, imo ille actus vltimus erit alius contractus, puta mandatum, vt notabiliter obligatur in l. si cum fundũ. cum gl. 1. ff. de pactis.

CCCCXXI.

Instantia non finitur per sententiam nullam, quia iterum iudicatur ex eisdem actis. gl. & Bart. in l. si vt proponis. 1. C. quomodo & quando iudex, vt quia fuit lata tempore feriato.

CCCCXXII.

Instantia in causa appellationis potest prorogari partium consensu. text. est singular. in l. fi. §. finautem. C. de temporibus appellatio.

CCCCXXIII.

Iuramentum calumniæ præstatur à coniuncta persona, quando agit pro coniuncta, & iurat in personam suam. Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infect. & iuramentum calumniæ potest præstari vsque ad conclusionem in causa. gl. notabilis in c. ex literis. de iureiur.

CCCCXXIIII.

Actio iniuriarum non datur inter coniuges, quia infamat. Sed datur actio in factum. Io. And. in add. Spe. in rub. de iniu. Bar. & moder. in l. diuortio. §. si vir. ff. sol. mat.

CCCCXXV.

Iniuria facta famulo videtur facta domino. gl. singularis in l. si quis homicidii. C. de accu. intellige quando est facta in eius contumeliam. Bar. in l. 1. in fi. ff. de iniur.

CCCCXXVI.

Iniuriam facit & actione iniuriarum tenetur ille, qui dicit alteri tu es pauper. tex. est not. in l. si creditores. in fin. ff. de priuile. credi.

CCCCXXVII.

Iniuriam facit, qui ab idoneo fideiussorem petit. tex. est nota. in l. testamento dato. §. fi. ff. de testa. tut.

CCCCXXVIII.

Iniuriam remissam iudex inquirit propter publicum interesse. gl. est no. in l. diuus. ff. ad Sylleian. Bar. in l. 1. §. vsque adeo. ff. de iniur.

CCCCXXVIII.

Iniuriam factam sedi apostolicæ non potest papa remittere. glo. est singu. in c. tanta. de excess. præla. nec alius prælatus factam ecclesiæ suæ. gloss. est singul. in c. cõquestus. de fo. compe. nec alius clericus. gloss. in capi. si diligenti. de for. compe.

CCCCXXIX.

Qui de alio seminat malam famam, præsumitur eius inimicus. tex. est no. in l. si inimicitiæ. ff. de his qui. vt indig.

CCCCXXX.

Sicut per traditionem instrumenti videor tradere possessionem rei de qua fit mentio in instrumento. l. j. C. de donatio. sic si postea inscidatur tale instrumentum, quia donatarius inscidit de voluntate donantis, per huiusmodi inscissionem dicitur re translata possessio in donantem. glo. est sing. in l. ab emptione. ff. de pact. secundum Bal. in præludijs seu.

CCCCXXXI.

Instrumentum factum inter alias personas semiplene tantum probat Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Accipe singularem limitationem nisi concerneret fauorem dotis, quia plenè probabit. Dictum est singulare Bar. in consilio incipiente, Factum sic se habet, Titius & Seius.

CCCCXXXII.

Quando statutum requirit in innouationem fieri testamenti corã prætore, poterit citari clericus institutus hæres coram iudice, & tenebitur comparere. Dictum est notabile Bald. in l. testamenta. C. de testam. & facit quod voluit Ange. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per legẽ Falc. quod in inuentario conficiendo potest citari clericus creditor vel legatarius coram iudice laico.

CCCCXXXIII.

In his in quibus quis contrahit post vigesimum quintũ annum, intra illud quadriennium intra quod potest petere restitutionem, non restituitur. tex. est fin. secundum Bar. in l. doli. §. diuersum. ff. de nouatio. fallit in casu l. fi. C. de repudian. hæredita.

CCCCXXXIIII.

Apud eum qui mandauit seu cessit actiones, remanent diræ, & ideo ei potest solui, nisi in tribus casib. ibi expressis. tex. est sing. secundum Bar. in l. si delegatio. C. de noua. Et hanc l. intellige, quando apud cedentẽ aliquid remanet, secus si nihil, vt quia cedẽs habebat solum vtiles. de quo per Bar. in l. exasse. ff. ad Trebelia.

CCCCXXXV.

Alimenta repetuntur, licet non gesserit animo gerendi negotia alterius. casus est sing. secundum Bar. in l. patrem. C. de nupt.

CCCCXXXVI.

Cum de tempore nuptiarum fit mentio, intelligitur de die quo nuptiæ celebrantur. Iste est casus singulares secundũ Bar. in l. iacimus. de nup. Et hoc quando fit dispensatio per verba de præsenti secundum Bart. & de limitatione istios l. vide per Bar. in l. pen. ff. de vulg. & pupi.

CCCCXXVII.

Notario condemnato de falso potest iudex ex causa refer uare confectionem instrumentorum, ponunt doc. in l. & miluti. C. de testa. mili. de quo per Bar. in l. si quis in principio. §. miles. ff. de lega. tertio.

CCCCXXXVIII.

Si est notarius condemnatus de crimine famoso, si reuocatur in dubium, an instrumentum scriptum per eum ante condemnationem sit scriptum manu sua, potest super hoc esse testis. glo. sl. habes singularem in authent. de instrumen. fide. & caute. §. quod si tabellio. in versi. defunctus. secundum Angel. in l. 1. C. de testa.

CCCCXXXIX.

Notarius celans protocollum tuum dicens se non esse rogatum cum esset, punitur de falso. Bald. latè in l. eum qui. C. de fal. quod valde singulariter limitat Io. And. in tit. de instru. edit. §. 1. in princ. nisi præcessisset diuturnitas temporis & esset bonæ famæ.

CCCCXL.

Notarius qui ad mandatum superioris non vult conficere instrumentum, potest priuari officio tabellionatus. dictum est notabile Bal. per illum tex. in l. prouidendum. C. de postulan.

ADDITIO.

Adde Roma. singu. 263.

CCCCXLI

Notarius si dicat q̃ testator sibi imposuit, quod non ostenderet instrum. nisi certo tempore, sibi non creditur. Im. in l. pupillares. ff. quemadmodum testamen. aperiantur. licet Bar. in §. 1. dixerit cogita.

CCCCXLII.

Notarius tenetur solum de dolo & lata culpa, vt notabiliter probatur in l. vbi. ff. de eden. vbi per Bal. & moder.

CCCCXLIII.

Notarius non potest cogi inuitus post quinquenij tempus quo cœpit exercere officium. dictum est notabile Bar. in l. 1. C. de tabul. lib. 10.

CCCCXLIIII.

Notarius si dicat in instrumento, consules fecerunt sic, & erant viginti, per hoc præsumitur factum ab omnib. seu à maiori parte, quia potest verificari in duobus. Pet. de Ancha. & Imol. in c. quanto. de his quæ fiunt à maio. parte capitul.

CCCCXLV.

Notarius officium non potest prorogari de partium voluntate. Vnde si notarius non potest conficere instrumẽtum nisi in vno loco, non potest de partium voluntate alibi conficere vt probat not. Bal. per multa in l. repetita. C. de episc. & cleri.

CCCCXLVI.

Si notario est commissa nuda receptio testium, vt quia sibi data sunt capitula & interrogatoria limitata, super quibus haberet examinare testes, tamen si aliqua contingẽtia addat, & super illis testes respondeant, valebit. dictum est notabile Inno. in c. cum Barth. de re iudi. Alex. in l. 2. in prin. ff. de iurisdict. omn. iud.

CCCCXLVII.

Nuntius qui semel citauit, & nulliter, poterit iterum citare virtute primæ commissionis. dictum est notabile Bald. in l. qui per salutem. ff. de iureiuran.

CCCCVIII.

Licet ex pacto nudo non oriatur actio, fallit, vbi ex nõ obseruantia promissorum aliquod damnum est aliquis passus, quia ad illud agere potest actione de dolo. casus est sing. in l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. & sic secundum Bart. ibi limitatur totus titulus de pac.

CCCCXLIX.

Naucleri nauium nõ possunt detineri ratione debiti vel delicti alias commissi in loco. dictum est notabile Bart. per illum tex. in l. 1. C. de nauicu. lib. 11.

CCCCL.

Nuptiæ indignæ & turpes dicuntur considerata qualitate viri, vt si aliquis duceret suam famulam. Bar. in l. 3. C. de nupt. in l. si rogatus. ff. de manu. vindi.

CCCCLI.

Potest aliquis capi in nundinis pro maleficio. probat te. notabilis in l. 2. C. de exhiben. reis. in verb. nundinas. quem ad hoc allegat Bal. in l. 1. C. de nundi.

CCCCLII.

Nepos ex filio spurio potest institui ab auo cessante legitima sobole, vt magis communiter concludunt doct. in l. Gallus. §. quod si is. ff. de libe. & posth. per tex. in ratione sui in l. si C. de natura. libe. & ibi per gl. & doct. quo tamē notabiliter limitat Bart. non procedere, quando ille esset nepos ex filio incestuoso. in l. si quis incesti. C. de incest. nupt.

CCCCLIII.

Nepos ex filia non dicitur descendens seu coniunctus per virilem sexum, secus in nepote ex filio. gl. est valde notabilis in l. Gallus. §. nunc de leg. ff. de liberis & posthumis. & ibi Bald. & Moder. inducunt ad decisionem pulchræ quæstionis.

CCCCLIIII.

Quæro fuit relictum aliquid in tempus nuptiarum seu pro dote, quando potest peti, &c. Et respondeo quod si est tale q̄ est relictū maiori intelligitur de festiuitate nuptiarum, quando scilicet contrahitur matrimonium per verba de præsenti, etiam si non ducatur ad domū viri, quia ad nuptias non requiritur ductio ad domum. glo. in l. cū fuerit. ff. de conditionibus, & demonstratio. Sed si relinquitur minori, tunc duo requiruntur, scilicet, ætas adulta, & dies nuptiarum pulchra est doctina Bart. in l. Titio certum. §. Titio genero. in vltima column. ff. de condit. & demonstra. & supra adductus est textu. in l. sanci mus. C. de nupt.

CCCCLV.

Quæro, an ista conditio, cum nupserit, habeat aliquod tempus limitatum? Et respōdeo quod sic, s. triennium post pubertatem. dictum est no. Bart. in l. 2. §. fi. C. quando & quibus quarta pars debeatur. libro 10. Et ibi est casus mirabilis secundum Bar. in quibusdam partibus sunt quædā monasteria habentia magna territoria, & dāt in emphyteusim possessiones vsque ad tertiam generationem masculinam & fœmininam nubentium in territorio monasterij, ibi est casus, quod expectatur triennium post pubertatem, an nubat & cui.

ADDITIO.

Adde Corset. singula. 47. in verbo. conditio. incip. ista conditio.

CCCCLVI.

Quæro testator grauauit hæredem, vt daret centum filiæ absenti, cum nupsisset, & iam filia erat nupta, an intelligatur relictum de nuptijs præsentibus, an futuris? Et respondeo, quod intelligitur de futuris, nisi pat er ignorauerit filiam esse nuptam. text. est not. in l. si ita est scriptū. §. fi. ff. de legatis secundo.

CCCCLVII.

Tu scis quod legatum potest relin qui nutu. l. nutu. ff. de le. 3. Quero qualiter scribet notarius? Respondetur quo debet sic scribere. Cum talis propter accidens loqui nō possit, interrogatus, assensit humeris vel annuit capite. dictū est Barto. in dicta l. nutu,

CCCCLVIII.

Quæro, nuncius portat ciuitati victorias principis, an possit petere vel recipere aliquid à ciuitate cui bona noua portat? Et respondeo quod non. tex. est not. in l. 1. C. publicæ lætitiæ. lib. 12. sufficit. n. sibi salarium q̄ habet.

CCCCLIX.

Vide semel vnum contractum factum de nocte, & opponebatur quod ille non interfuit contractui, testes dicebant quod sic, interrogaui an tunc ibi essent luminaria? & fuit mihi dictum quod non. & tunc adduxi Barto. in l. non minorem. C. de transact. qui dixit, quod quando cōtractus fit de nocte, debent interuenire luminaria, per text. allegatum per eum.

CCCCLX.

Nota vnum casum singularem in quo repudians hæreditatem instituentis eum, non solum priuatur hæreditate, verum etiam omnibus bonis quocunque titulo ad eum deuolutis per institutētem. in l. hæredes. C. de omni agro deserto. libro vndecimo. Ex quo tex. colligit ibi argum. Bar. to. quod institutus à debitore communis Perusii, si repudiat eius hæreditatem, priuatur omnibus bonis suis quocunque titulo ei acquisitis à testatore. quod est pulchrum: hoc tamen secundum Angelum ibi est speciale fauore fisci, ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. ff. de legi. text. enim iste loquitur in debitore tributario.

CCCCLXI.

Officialis qui à syndicatu non est absolutus rediens in patriam, potest ibi perpetuo conueniri. gl. est sing. in l. 2. ff. ad legem Iulianam repetundar. de qua glo. exclamat Ange. in l. iubemus. C. eodem.

CCCCLXII.

Officalis in officio delinquens debet percuti ictibus plumbatorum. tex. ibi per Barto. in l. quilibet. C. de decurio. libro decimo.

CCCCLXIII.

Officialis si dubitat ne in aliqua domo committatur aliq̄ maleficium, potest ingredi & inquirere. Dictum est Barto. in l. omnes. C. de aquæ ductu. lib. 11. pro hoc, quia iudicem pertinet ne maleficia committantur. l. illicitas. in prin. l. congruit. ff. de officio præsidis.

CCCCLXIIII.

Ille qui permittit sibi parari obstaculum, videtur renuntiare iuri suo, vt si quis permittat ædificari in loco vbi sibi debetur via. casus est not. in l. si stillicidii. ff. quemadmodum seruitutes amittantur.

CCCCLXV.

Oblatio in contractibus innominatis non habet impedire pœnitentiam. gl. notabil. in l. iurisgentium. ff. de pactis. & non habet vim implementi, vt competat actio ei qui obtulit. Bald. tamen in l. ex placito. in 18. quæst. C. de rerum permutat. limitat hoc, nisi depositio & consignatio facta esset, quia habet vim solutionis ante pœnitentiam. Alex. in dicta lege, iurisgentium.

CCCCLXVI.

Si aliquis obligat res suas pro filio contra senatusconsultū Macedonianum, sibi succuritur. text. est not. in l. si alius. ff. quæ res pigno. obligar. pos.

DCCCLXVII.

Licet condictio furtiua non infamet, tamen aggrauat opinionem apud bonos & graues viros. glo. est sing. in l. sed si hac. §. prætor. ff. de in ius vocand.

CCCCLXVIII.

Oblationes quæ fiunt imagini quæ est posita in aliquo muro, debent esse ecclesiæ parochialis, in cuius parochia illa imago est posita, non autem domini loci, vt notabiliter concludit Abb. in c. dilectus. de offic. ordi. & bene facit gl. in l. statuæ. ff. de vsufruct. quod secularis non potest habere vsumfructum rei religiosæ, & hanc gl. reputat singu. Abb. in c. quoniam. de deci. in c. nimis. de excess. præla. de quo etiam per Abba. in cap. pastoralis. de his, quæ si. à præla.

CCCCLXIX.

Si pater dissipat bona sua etiam non subiecta restitutioni, potest

potest officio iudicis cogi ad instantiam filij ad assignandum sibi legitimam, vel saltem tot bona quæ ascendant ad perceptionem alimentorum. dictum est singular. Bal. in l. 2. ad fi. C. si quid in fraudem patroni. refert Alexand. in l. Imperator. ff. ad Trebellianum.

CCCCLXX.

Est statutum in vna ciuitate, quod proconsules non debeāt ire ad sepeliendum corpus alicuius. modo quidam mortuus est in longinquis partibus, & ossa portantur ad ciuitatem, an poterunt interesse? Bartol. quod sic, per illum text. in l. locum. §. prætor. ff. de religio. quia ossa non sunt cadauer.

CCCCLXXI.

Quero aliquis vendidit oues, an videatur vendidisse agnos. Et respondeo quod non, nisi aliter sit de consuetudine. Dictum est Barto. in l. legatis. §. fi. ff. de leg. 3.

CCCCLXXII.

Si maritus legat vxori suæ vestes suas, veniunt omnia ornamenta. text. est not. in l. vestes. in fin. cum l. sequenti. ff. de auro & argento legat.

CCCCLXX III.

Si tu vis scire quæ sunt ornamenta equorum, & quæ sint licita & quæ non, vide text. in l. 1. C. nulli lic. in frenis. li. 11. vbi pro ornamento equorum possunt imponi gemmæ, exceptis margaritis, smaragdis & hyacintis.

CCCCLXX IIII.

Onus. testator quidam iniunxit onus morandi in certo loco, an valeat? Et respondeo quod non, quia continet speciem seruitutis. Barto. in l. libertis. §. fi. ff. de aliment. legat. Fallit in liberto, vt ibi.

CCCCLXXV.

Officium. Dum semel irem ad ecclesiam, quidam interrogauit me, quia proconsules dederant sibi quoddam officium, ex quo habebat lucrum, voluit scire an illud officium transiret ad heredem suum post mortem suam? Respondi quod non. adduxi tex. ex Bar. in l. 1. de fideiuss. tut.

CCCCLXXVI.

Officium iudicis. Qui iniuste inquietatur potest proponere officium iudicis ne inquietetur. tex. est not. secundum Bal. ibi, in l. 1. in fi. princip. C. communia de manum.

CCCCLXXVII.

Offerēs se defendere ac si possideret, intelligitur, quod promittat restitutionem rei sub pena non interesse, vt singulariter vult Barto. in l. 3. §. quid ergo. ff. de alien. iudicij mutandi causa facta. & qui se offert defensioni rei quam non possidet & desistit, actione de dolo ad interesse tenetur. text. est in l. si de Titio. ff. de donationib.

CCCCLXXV IIII.

Offendi. Si aliquis timet offendi, potest à iudice petere securitatem quam debet præstare cum fideiussoribus, si non possidet immobilia, quā debet promittere pro se & familiaribus & complicibus suis, vt notabiliter declarat. Bar. in l. illicitas. §. ne potentiorem. ff. de officio præsidis, vbi etiam dicit, quod debet præstare pro me & amicis meis. Dicit etiam quod tenetur, si offenderit me in alieno territorio, & quanto tempore duret, relinquitur arbitrio iudicis, & effectus cautionis erit, quod iudex acrius puniet eum. Et adde notata per Bart. & Modernos in l. qui nona. §. si quis. ff. de damno infect.

CCCCLXXIX.

Si tu vis scire quod actionum aliæ sunt natiuæ, aliæ sunt datiuæ, vide text. singu. in l. iurisgentium. §. & ideo puto. ff. de pactis. Natiuæ sunt illæ quæ habent materiam sufficientem præexistentem à quo oriuntur. Datiuæ sunt quę præexistentem sufficientem materiam non habent, simile vides in hominibus. nam Adam potest dici datiuus. fuit enim à Deo principaliter productus. Alij autem homines qui ex patre & matre nascuntur, possunt dici natiui.

CCCCLXXX.

Actiones descendētes ex maleficio ipso iure tollūtur per pactum. text. est singularis secundum Barto. in l. si tibi. §. quædam. ff. de pactis. Et ratio est, quia actiones descendentes ex maleficio non cauſantur ex consensu, & ideo sunt debiles. Item cum sint pœnales sunt odiosæ.

CCCCLXXXI.

Quæro quando dicatur aliquid fieri in continenti? & gloss. in l. in bonæ fidei. C. de pactis. dicit, quod illud quod fit in ingressu contractus, in ipso contractu vel incontinenti post. & Bar. adducit tex. ad hoc in l. 3. C. de ædili. actio. dicit quod nescit alibi ita bene, & tu adde etiam gloss. in l. penul. C. de pactis inter emptorem & venditorem.

CCCCLXXXII.

Quilibet maior etiam sine mandato admittitur ad defendendum absentem, & ad agendum pro coniuncta persona pōt admitti, & ipse minor ēt sine mandato admittitur ad defendendum patrem absentem, cum contra eum possit peruenire ad diffinitiuam sententiam. text. est singularis secundum Bart. in l. exigendi. C. de procu.

CCCCLXXXIII.

Si conceditur mihi priuilegium & omnibus descendentibus masculis & fœminis, descendentes per lineam fœminam ita demum fruuntur priuilegio, si sint vidue, non autem si ad secundum matrimonium cōuolauerint. textus est singularis secundum Barto. in l. quoties. C. de priuile. schola. lib. 12. Et potest esse ratio, quia postquam virum assumunt in totum, ad alium dicuntur se transferre, & statum suum mutare, vt notatur in l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. quod est pulchrum.

CCCCLXXXIIII.

Tu scis quōd iustus patris debet præcedere, quando filius adire vult hæreditatem. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæred. tamen si filius detinuit hereditatē per longum tempus, scilicet decem annorum, præsumuntur omnia solenniter acta. text. est quem Barto. alibi nescit in l. si filius. C. de peti. heredit. & de iure canonico adde tex. cum ibi notatis in c. continebatur de his quę fiunt à præla.

CCCCLXXXV.

Tu scis quod in contractibus nominatis non est locus condictioni ob causam. l. si. ff. de condictione ob causam. Accipe singularem limitationem, quia ob hoc non procedit, quando non seruatur pactum quod principaliter dedit causam contractui. iste est casus singularis in l. cum te. C. de pactis inter empto. & vendi.

CCCCLXXXVI.

Præsentes dicuntur illi, qui sunt in eadem prouincia, & debet inspici vbi partes habent domicilium, nō vbi res est sita. Item ad prescriptionem non requiritur scientia eius contra quem præscribitur. iste est tex. sing. secundū Barto. in l. fin. C. de præscrip. longi. tempo. Et not. ibi gl. notabilem secundum Bar. quod in locis in quibus ciuitas habet sua regimina, habet locum lex ista, & adde quod notabiliter voluit Bart. in l. infamem. in finalibus verbis. ff. de publicis iudi. & dum dicitur, quod ad prescriptionem non requiritur scientia eius contra quem prescribitur, declara notabiliter vt per Bart. in l. 1. §. si quis. ff. de itine re actuque priua. nam propter iustam ignorantiam potest in integrum restitui. istūd tamen quod dicitur in ista lege non habet locum in præscriptione annali l. cum lex. ff. de edi. edicto.

CCCCLXXXVII.

Per Præscriptionem longi temporis quæritur ius vendicandi. idem per præscriptionem longissimi temporis bona fide factam, sed malę fidei possessor solam exceptionem acquirit, & violentus inuasor non potest referre quæstionem

nem dominij,iste est tex.sing.in l.si quis emptionis.C.de præscriptione 30.ann.& dicit Bart.quod est tota sing.dicit etiam quòd ille versiculus, sed hoc super.non est alibi.& quamuis sit regula quod agenti possessorio recuperandæ non obstat exceptio dominij,tamen hoc est singulare, quod agenti petitorio nomine non obstat exceptio dominij,quando agens agit contra spoliantem, vt in dicto versicu.

CCCCLXXXVIII.

Si res euincitur ex causa antecedenti contractum, tenetur venditor de euictione, secus ex causa sequenti post contractum, & emptor debet denuntiare venditori vt adsit causæ agendæ.textus est singula.secundum Bart.in l.post perfectam.C.de peri.& commo.rei vendic.ex quo dicit Bart.quod non sufficit simpliciter denuntiare, sed debet dicere,denuntio tibi vt adsis causæ agendę, & venias ad defendendum,quod est singulare.

CCCCLXXXIX.

Si tu vis scire casum,in quo cõtra absentem peruenitur ad condemnationem in crimine capitali, vide tex.singularẽ secundum Barto. in l.ne diu. C.de pœn.& ibi dicit Bald. quòd illud quod absens non posset condemnari,est introductum de iure positiuo, & ideo statuta ciuitatis quę contrarium disponunt, tenent per istam legem, & Baldus in rubric. C. communia. vel epistol. in fine dicit, quod valent statuta, quod propter contumaciam posset quis condemnari ad pœnam corporalem, secus de iure communi.

CCCCXC.

Plures officiales delinquentes in officio tenentur insolidũ, sed executio fit pro parte, nisi alter non esset soluendo. iste est textus singul. secundum Barto. in l. si multi.ff.de publicia.quem textum allegat Bald.in rubr.C. de pœna iudi.qui malè iudi.quòd si plures collegæ tulerunt vnam sententiam, quilibet tenetur pro parte.

CCCCXCI.

Quando aliquis damnatur ad tempus nec tempus exprimitur, intelligitur de decennio. textus est singula. qui alibi non reperitur secundum Berto. in l.fine prefinito.ff. de penis Bal.in l.1.C.de postulan.Sed vbicunque quis damnatur simpliciter, intelligitur perpetuo.l. si seruus. C. de pœnis.Bar.in l.si adulterium.§.1.ff. de adul. & vbi lex dicit in diebus illis,intelligitur de duobus gl.in cum qui Calendis.ff.de verborum obligatio, & vbi lex dicit de trib. terminis, intelligitur de tribus annis. textus notabilis, vbi Barto.in l.3.ff.de annu.leg.

CCCCXCII.

Passiones & motus præsumuntur durare.glo. est singula.in c.cum inter canonicos.de electione.in ver.recusatus.quã allegat Alexand. in l. furiosum. C. qui testa. facere possunt. ad illud quod semel furiosus semper præsumitur furiosus.

CCCCXCIII.

Princeps in arduis committit examinationem, sed sibi reseruat deliberationem.text.est no.in l.1.C.noua vecti.

CCCCXCIIII.

Pro pœna criminali non sunt bona obligata fisco.allegatur semper glo.in l.rescriptum.ff.de pactis.sed tu accipe tex. notabilem in l. res vxoris. C. de donat. inter virum & vxorem

CCCCXCV.

Si per statutum imponitur pœna ipso iure non augetur vel minuitur illa pœna per confessionem, vel negationem, stante statuto,quod confitenti minuatur, vel neganti augeatur.dictum est singulare Bart.in l.si id quod.§.1.ff.de pecu.leg.Bal.in l.ea quæ C.de condict.indebi.

CCCCXCVI.

Sicut iudex pœnam impositam à lege ex causa potest augere vel minuere, ita pœnam impositam per consuetudinem dictum est notabile Abb.in capit.de causis. de offi. delega.

CCCCXCVII.

Si statutum imponit pœnam, quod aut soluat centum, aut amputetur manus,iudex semper debet eligere pecuniariam.dictum est singulare Bald.in l.Lucio & Titio.ff. de leg.2 quia isto casu non est propria pœna alternatiua,sed est pœna corporalis in defectum pecuniarię.

CCCCXCVIII.

In casu quo in penis alernatiuis electio est rei,tunc si in istis alternatiuis reus eligeret grauiorem pœnam, mos non est ei gerendus,maximè si irrationabilis est,vt quia dicit statutum, aut soluat centum aut fustigetur,pone quod vnus qui est soluendo auaritia ductus, magis vult fustigari,certè non est audiendus.Dictum est notabile Fulgosij, in l.quicunque.C.de ser.fugit.

CCCCXCIX.

Respiciens personam non debet restitui per emptorem agentem redhibitoria, vt quia per seruum emptum passus est iniuriam,& consecutus est æstimationem iuriæ. tex.est in l. bouem. §. si quis seruum.ff.de ædilitio edict.

D.

Papa concessit religiosis,vt non possint excommunicari vigore decimæ papalis, tamen propter hoc non videtur remissa decima.dictum est notabile Bald. per illum textum in l.omnibus.C.de vectigalibus & commissis.

DI.

Si in protocollo reperiuntur in vno contractu renuntiationes,non intelliguntur repetitæ in alio contractu.dictum est Bal.per illum textum,in l.circa.C.locati.

DII.

Petitio.quando alicuius rei est denegata petitio, rescripti impetratum præsumitur surreptitium.text.est in l.nefandissimum.C.si nupt.ex rescript.petan.

DIII.

Si imponitur illi pœna qui extraxit triticum ex forma statuti,non punitur ille qui inuentus est in via.gl. est notabil. & ibi per Bald.in l.cum in te.C.de don.ante nupt.

DIIII.

Pœna dicitur lucrum ex parte lucrantis.text.est quem ponderat ibi Bal.in l.1.C.si rector prouinciæ.

DV.

Protestatio tantum valet quantum valet actus super quo interponitur,quia postquam non stat per eum, lex supplet.l.facta.§.si sub conditione.ff.ad Trebellianu.

DVI.

Priuilegium dicitur esse quoddam ius extraordinarium, text.do tibi notabilem in l.pecunia.C.de priuileg.fis.

DVII.

Pactum quod tenear tibi perpetuò seruire,est ipso iure nullum.glos.est notabilis,vbi per Baldum in l.post certi. C.

D VIII.

Pretium non venit appellatione damni,quia ponuntur tam quam diuersa in l.1.& ibi per Bald.C.de ædili.actio.

DIX.

Volui semel scire quis dicatur habere proprietatem plenam,& reperi text. meliorem de iure secundum Bal. in fœminæ.§.final. C. de secund.nupt.quod ille qui habet pro-

Proprietatem & vsumfructum & potestatem alienandi.

DX.

Si scribitur sic in literis, dabitis plenam fidem præsentium latori in his quæ vobis dixerit, sit præiudicium scribenti.dictum est Barto.in l.quicunque.ff.de instito.

DXI.

Est præsumptio erroris in facto proprio quando tractatur de damno vitando.Barto.in l.cum de indebito.ff.de probationibus, & est glossi.ibi,quod eo ipso quod probo indebitum præsumitur error,& est text.in l.sed si me putẽ. in principio.ff. de condictio. indebit. Bartolus in l. non fatetur.ff.de confess.

DXII.

Qui promittit in aliquo loco respondere, videtur promittere de comparendo & soluendo.tex.est not.vbi per Bal. in l.3.C.de procuratoribus.

DXIII.

Constitui Titium procuratorem,& si nollet,Seium Titius acceptauit,& postea renuntiauit, ex causa Seius repellitur,quia sufficit quod aliquo tempore mandatum habuerit effectum in persona Titij.dictum est notabil.Bal.in l. tutoribus.ff.de testamentaria tutela.

DXIIII.

Pecunia quando soluitur minus rectè administratori ciuitatis,non præsumitur versa in vtilitatem ciuitatis, & idè in tutore & curatore,vt notabiliter probatur in l.1.C.de solutio, & liberatio. libro. 11. quod Bartolus dicit ibi esse notabile.

DXV.

Licet contra procuratorem sine mandato se litì offerentem debeat fieri executio sententiæ contra eum latæ.l.plautius.ff.de procura.limita tu notabiliter, nisi errore iusto putasset se habere mandatum.dictum est notabil.Bart.in l.de pupillo.§.fi.ff.de ope.noui nũtiatione. & pro hoc est text.in dict.l.Plautius.in versic.sciret.

DXVI.

Iudex ex officio suo potest dare etiam nemine petente curatorem prodigo vel furioso.gl.est singularis in l.hæc autem.in prin.ff.ex quibus causis in possessionem eatur.

DXVII.

Procurator si habet solum speciale mandatum ad quãdam rem, quod mandatum non habet certam & limitatam formam,non potest alteri demandare.Bar.in l.fin. in fin. ff.de diuer.& temp.præscriptio.

DXVIII.

Valet talis promissio, promitto bona mea post mortem meam,quia non intelligitur de vniuersa hæreditate, sed de bonis quæ erant tempore donationis.gl.est not.in l.si. C.de pactis.

DXIX.

Quidam instituit filiam, & grauauit eam,si decederet sine liberis.Ista filia adhæsit cuidam amatori, & procreauit filios,non intelligitur de istis, quia hic esset ipsius verecundia.dictum est notabil. Bartol.in heredibus.§.fina.ff.ad Trebel.

DXX.

Fui semel consultus de hoc casu in via. quidam pater qui alimentabat filium intrauit monasterium, an monasterium debeat aliquid præstare filio?& recordor adduxisse Bartol.in l. si quis à liberis. §. item rescriptum.ff.de liber. agnoscend. quod monasterium tenetur alimentare filium.

DXXI.

Quamuis omni generi probationum sit derogatum, non tamen vnquam intelligitur derogatum, probationi quæ fit per aspectum oculorum.dictum est singulare Azo.in summa.C.ad legem Aquil.secundum Bald.in rubric. C. de probationib.in l.penul.C.de peri.tut. in l.1. C.si aduersus libert.in l.contra negantem.C.ad legem Aquil.Istud etiam dictum allegat Ioan.de Plat.in l. 1. C.de canon.fru menta.vrb.Rom.lib.11.vbi ponit pulchra de aspectibus oculorum. Et ideo dicit Bald.in l.Deo nobis.C.de episcopis & cleric.quod omnis probatio vincitur si in contrarium aspectus testificatur.

DXXII.

Si alicui est concessum priuilegium ciuilitatis in fauorem suum, tenetur ad collectas & alia onera tanquam ciuis, quia istud proprie loquendo non est odium, sed de natura rei concessæ,i. ciuitatis cui est hoc onus annexum dictum est singulare Bal.in l.quod fauore.in 12.oppositio. C.de legib,Ad idem quod voluit Pau.de Cast.in l.si duo. ff.de acquir.hered.vbi dicit per illum textum, quod qui acceptat vnum,videtur se obligare omnib.loquentib.de illo de quo per Ale.in l.si Rufinus.C.de testament.milit.

DXXIII.

Qui promittit alium sistere in iudicio, prima exhibitione liberatur.gl.est not.in l.duobus.§. si ei qui.ff.de iureiurã. & ibi per Pau.de Castr.

DXXIIII.

Si fiat positio reo quod actor euincens sit dominus,non cogitur respondere.dictum est singulare Bart.in l. at qui natura. §. cum me absente. ff. de negotijs gestis. Ad idem Imo.in cap.fin.de emptio.& venditio.

DXXV.

Pœna imponitur iudici non admittenti defensionem iuris, ac si non admitteret defensionem veræ innocentię. text. est singula.in l.lex Iulia.in fi.ff.ad legem Iuliam pecul. secundum Bal.in l.presbyteri.C.de epis.& cler.licet corrupte illam allegat.Hunc etiam tex.adducit Bal.in l.vt vim. ff.de iustitia & iure.in l.obseruare.§.proficisci.ff.de officio proconsul.& legat.in l.1.ff.quod quisque iuris.

DXXVI.

Processus valet sine citatione, quando hoc est actum inter partes.gl.est ordinaria in l.diem proferre.§.si quis litigatorium.ff.de arbitris,& ibi per Baldum.

DXXVII.

Quidam pater in patria mea habebat vnam vaccam,quam prælegauit vni ex filijs,mortuo patre fuit orta contentio de vitulo,quem vacca habebat,fuit determinatum quod videatur etiam prælegare vitulum, per textum not. juncta glos.in l.quæ pater.ff.familiæ erciscundæ.

DXXVIII.

Quidam ludebat libenter ad taxillos, & tamen quandoque erat malè contentus, conuenit cum quodam socio suo, quod si amplius luderet, solueret certam pœnam quam efficaciter promisit. modo fuit dubitatum, an talis promissio pœnæ valeat?Et pro decisione allegat Bart. quod sic.in l.non impossibile.ff.de pactis, quod talis promissio pœnę valet Alexand. in l.iurisgentium. §. si ob maleficium.ff.de pact.

DXXIX.

Paria sunt actum valere vel non valere, sed quem cogi ad obseruandum.glos.est singularis in l.nam & Seruius. ff. de neg.gest.

DXXX.

Ratione pacis fractę potest laicus conueniri coram ecclesiastico iudice.text.est not.cum glos.& ibi per Abbatem in ca.

in cap.super quibusdam,de verb.signific.

DXXXI.

Non tenetur aliquis iuuare alium ex promissione nisi fuerit requisitus.dictum est Baldi in capit.1.de noua forma fidelitatis, quod est notabile ad ligas terrarum & principum.

DXXXII.

Fecit aliquis promissionem,quod intra certum tempus proficisceretur de vno loco ad alium, intelligitur proficisci arripiendo iter intra dictum tempus, dictum est notabile Ange.per illum tex.cum gl.in l.qui Romæ.§. Callimachus.ff.de verborum obligationibus.

DXXXIII.

Prælegata non veniunt in restitutione quam facit hæres fisco tanquam indignus,casus est singularis in l.cum qui.§. pro parte.ff.de his quibus vt indign.secundum Bald.in l. cum virum.C.de fideicommissis.

DXXXIIII.

Qui promisit soluere Coloniæ poterit citari, licet ibi non sit,si est ibi aliquid quod possit capi in tenutam. dictum est singulare Bald.in cap.1. de milite vasal.qui contu.est.

DXXXV.

Si interroganti de pecunia aurea fit responsio de æquipolenti,tenet promissio.glossa est,not.in l. quæ extrinsecus. ff.de verborum obligatio.

DXXXVI.

Procurator constitutus ad exigendum & recipiendũ solutionem admittitur cum cautione de rato,si dubitatur de mandato,Bart.in l.si sine.§.cum autem.ff.rem ratam hab. Imo.in l.apud Julianum §.vtrum.ff.ad Trebel. Abb.in c. 1.de procu.licet glossa.teneat contrarium in l.non solum. §.qui alieno.ff.de procu.

DXXXVII.

Priores de Florentia vel alia ciuitate,qui in alemania dicuntur proconsules, habent mandatum à lege de defendendo vel agendo pro Republica.& insolidum.glo.est valde not,& ibi Salic.in l.1.si ex pluribus tut.

DXXXVIII.

Esse ortum in nobili patria redundat ad gloriam alicuius.textus est notab. vbi per Salicetum in l. si quis. C. de natura.libe.

DXXXIX.

Si promisi soluere vbicunque fuero inuentus, non potero conueniri in loco pestifero, vel in loco in quo transeundo nauigarem, vt singulariter voluit Angelus in l. cum res.ff.de legat.1.Alexan.in l.si conuenerit.ff.de iurisdict. omn.iudic.

D XXXX.

Vide semel quoddam instrumentum in quo dicebatur,ego promitto soluere in quocunque loco placuerit creditori.nihil releuat ista promissio,vnde non poterit conueniri extra domicilium.allegaui dictum notabile Bar.in l.si conuenerit.ff.de iurisdictio.omnium iudi.

CXXXXI.

Quamuis debitor cui fit protestatio,nec soluat, non teneatur parere, nisi fiat creditor de obligatione.l.nomen. C. quę res pig.obl.Fallit tamen singulariter,nisi fiat authoritate iudicis,quia tenetur parere, & excusatur absque alia exhibitione instrumenti,dictum est not.Bar.in l.non solum.§.morte.in 2.q.prin.ff.de noui oper.nuntia.

DXXXXII.

Tu scis quod non potest alienare bona immobilia sine decreto iudicis, tamen possessionem talium bonorum poteris transferre in alium cum authoritate tutoris absque iudice.gl.est sing. in l.2.§.si à pupillo.ff.pro empto,secundum Alex.in l.possessionem.ff.de acqui.possess.

DXXXX III.

Ille qui dicit in se translatam possessionem per cõstitutum precarij, debet esse cautus in probando constituentem possedisse tempore constitutionis precarij,alias succumberet.dictum est notabile Ange.per glo.ibi in l.quamuis.

DXXXXIIII.

Promitto tibi decem aureos præsentes, & nulli aurei erant presentes,an valeat promissio?Et respondi quod sic.quia ista verba intelliguntur,quos volo darẽ de præsenti.tex. est singu.in l.talis scriptura.ff.de lega.1. in versicu. quod si forte. secundum Roman. in l. eum qui. ff. de verborum obligat.

DXXXXV.

Si superior concedit priuilegium, quod studium Pisanum gaudeat priuilegijs studij Paduani, priuilegia concessa Paduæ,post istam æquiparationem non competunt studio Pisano, nisi esset dictio per omnia. Dictum est notabile Baldi in l.omnia.C.de epi.& cleric.

DXXXXVI.

Tu vides quòd fiunt quandoque contractus vsurarij; & interueniunt mediatores seu proxenetæ,vtrum ipsi tenean tur ad restitutionem?glos.habes singularem quod sic,in l.si sciente.ff.de partici.& per Barto.in l. 1.§. incidit.ff ad Turpil.de quo per canonistas in cap. Michael.de vsu.de quo per Alexandrum in l. tertia §.si procurator.ff. quod quisque iur.

Et si tu vis scire quomodo ipse proxeneta teneatur, dicas de dolo & lata culpa tantum.Barto. in l.2.ff. de proxene. & sic est mediator iusti contractus, & potest implorare officium iudicis pro suo salario.Barto.in l.1.ff.eo.

DXXXXVII.

Tu scis quòd iusta causa litigandi excusat ab expensis. Scias quod litigans propter pudorem conseruandum habet iustam causam litigandi.textus est notabilis,vbi per Bartol.in l.quæ omnia.ff.de procura.

DXXXXVIII.

Pœna potest imponi incolæ huius ciuitatis de delicto alibi commisso.textus est notabilis,vbi per Bart.in l.relegatorum.§.interdicere.ff.de interdi.& releg.de quo in l.1. C. vbi de crimin. agi opor. per Bartol. in l. si cui.§. final.ff. de accusa.

DXXXXIX.

Semel fuit orta contentio inter quendam qui putabat se scire omnia & me, vtrum ille locus dicatur publicus, per quem publicè itur? & sic an probato quod per aliquem locum iter publicè fiat,quod ex hoc dicatur publicus? Dicebat ille omni sciens quod sic.Dixi,tu dicis contra Iurisconsultum in l.1.§.1.ff.de his qui deiece.vel effu. qui argumentatur sic,non sequitur,hic itur,publicè,ergo locus est publicus.Et quæ dicantur viæ publicæ, & quę priuatæ,tex.est.in l.2.§.viarum.ff.ne quid in loco publico.

DL.

Quæro,procurator habens in eodem cõsistorio plures causas plurium agẽtium comparuit,& dicit præsento me in omnibus terminis quos hic habeo,& licẽtiatus recessit, an sufficiat?Et Bart.quod sic.in l.si finita.§ Iulianus.ff. de dam.infect.Ad idem Bar.in l.accipientis in fi.ff. de auth. tut.& sic non requiritur quod causam exprimat.

DLI.

Si admittitur procurator cũ cautione rati, & inseratur clausula,admitto te si falsus non repereris,operatur, vt si ab initio mandatum non habuit ratihabitio nihil operatur, dictum est singulare Bartoli in l.inter quos.§.alieno.ff.de dam.infect.

DLII.

Accipe pulchram & singularem cautelam ad differendam
a mortem alicuius amici tui,qui gessit aliqua tua negotia, coram iudice compareas,& dicas,Iste qui debet cras furca suspendi,gessit quædam mea negotia, adhuc non reddidit rationem, peto vt differatur executio vsq; ad octo dies, vt possit reddere rationẽ, & hoc iudex non debet denegare,vt notabiliter probatur in l.1.C.de bo. proscr. per Bar.in l.interdum.ff.de publi.iudi.Et propter talem dilationem quidam in Italia euasit pœnam furcæ, quia interim superuenerunt literæ principis loci, vt in gratiã alterius principis deberet dimitti.

ADDITIO.

a Ad differendam mortem.Adde Marc. Mant. singu.380.
Item adde aliam cautelam vt executio corporalis differatur,vt.l.condemnatus accusetur de crimine grauiori,ex quo veniat durior pœna imponenda,per casum singu.in l.1.§.fi.ff.nil noua.appel.pendent.tenet Barto. per.illum. tex.in l.2.§.qui exhibendi.in fi.ff.de custod.reor,sequitur Rom.sing.566.suscipe vnã cautelam.Item poterit differri executio propter maximã & perfectam peritiã vnius artis,vel respectu roboris,per tex.l.ad bestias.ff.de pen.q sequitur idem Rom.sing.725.& Cæpol.in l.si contta. nu. 18.C.de vsuc.pro emptor. & debet iudex hoc casu consulere principem vel superiorem.d.l.ad bestias,& pro hoc vide quòd not. Nicol.de Neap.in l.hos accusare.§.penifi. de accusat.quod tamen verum intellige,quando talis cõdemnatus esset persona in magna dignitate constituta,vt est casus in l.pen.ff.ad leg.Corn.de sicar.Item verum intellige nisi condemnatus esset latro manifestus, vel seductor, quia tunc poterit executio mortis fieri, & postea princeps consuli.arg d.l.pen.& l.si quis filio exheredato. §.3.& §.hi autem.ff. de iniust. rupt. & irrit.testam. Item poterit differri executio condemnati ad mortem, si appelletur à sententia diffinitiua contra eum lata,quia per appellationem ligatæ sunt manus iudicis,& cõdemnatus poterit eximi de manibus familię,& quidem impunè,secundum Ang.in l.Addictos.C.de appel.& Imo. in cap.si quando.verb.resistere.de offic.deleg.& Inn.in d.c.si quãdo.in gl.transactionem,& idem tenet Ang.Aret.in §.pœnales.versi.adde quod si eximens captum.Instit.de actiõ. quod intellige verum, nisi talis condemnatus esset latro manifestus, vel seductos.d. §. hi autem. Item differtur executio quando princeps vel superior mandat quem puniri grauiori pœna quam sit consuetudo, tunc enim debet differri per 30. dies, vt est casus in l.si vindicari. C.de pœn. & ibi Angel. dicit quod non est parendum principis rescripto in ferendo sententiam, aut in executione pœnarum, cum rescriptum duriorem pœnam contineat.

DLIII.

Quando pœna apponitur vni & pluribus coniunctim,puta capitaneo & proconsulibus, capitaneus tenetur ad dimidiam.glo.est not.vbi per Baldum in authen.causa quæ fit cũm monacho.C.de epi.& cleric.

DLIIII.

Nop potest quis confiteri &c.vt supra sing.96.

DLV.

Pater legitimus administrator filij, potest alienare bona filij sine decreto, quãdo necessitas subest. dictum est sing. Azo.in summa.C.de bo.quæ lib.secundum Bald.in l.1.ff. de rebus eorum.in l.si pupillorũ.§.si pater.eo.tit.in l.præses.C.de transac.in l.cum emancipatis.C.de præd.mino. in l.de re'filiorum.ff.de transactio. & Ange. in l.1.ff. quæ res pign.oblig.pos.

DLVI.

Præscriptio non est contra ius naturale.Ioan. And.in c.2.de reg.iur.in 6.in mercu.quia est inducta ad ius naturale cõseruandum, quia conseruat duas regulas iuris naturalis. Prima vt negligens priuatur,& vt sit litium finis,hoc refert Rom.in auth.similiter.in 34. speciali vltimarum voluntatum.Abb.in c.cum esses.in repetitio.in 3.charta,de testa.& dixit gl.sing.in auth.de temp.non solut. pecu.§. 1.quod præscriptio non fuit inducta in pœnam, sed propter libertatem subditorum ne de iure suo semper dubitent,secundum Baldum in c. 1. in §. si quis per triginta,si de feudo fuerit controuer.in verbo feudo.

DLVII.

Omnia iura mundi quæ dicunt pœnam imponi ipso iure, debent intelligi dum modo sit secuta sententia declaratoria,per quam declaratum sit commissum esse id,propter quod pœna veniebat imponenda,alias illa pœna effectũ & executionem non sortitur,vt singulariter voluit Ioan. And.in c.pro humani. de homicid. in 6.in c.cum secundum.de hæreticis,in 6.per Baldum in c.1.de feu. sine cul. non amitten.in auth.qui semel.in pen. col. C.quomodo & quando iudex.in auth.hoc amplius.in 1.col.C.de fidei commissis.in l.de quibus.in 4.char.ff.de legi.in c.1.hic finitur lex.in l.iubemus.§.sanè. C.de sacrosanctis ecclesijs. Et pro declaratione addo.Abb.in c.cum non ab homine de iudicijs circa 12.column. vbi dicit quod si factum est notorium,non requiritur alia declaratio.Ad idem Abb. in cap.peruenit.extra de appellatio. in vltima column.de foro compet. Addo tamen Abb. ponderantem textum in contrarium in cap.cum Vintonien sis. de electio.

DLVIII.

Potest procurator facere preiudicialia domino,si dominus erat solitus facere.tex.est sing.in l.qui semisses.ff.de vsur. quem tex.ad hoc allegat Rom.in singularib.suis.

DLIX.

Quando aliquis citatur ad aliquem actum, si ille actus ali-
a ter agitur vel in qualitate,vel in substantia quam fuerit dictũ in ciuitate,videtur factus parte non citata & clam, casus est qui deberet scribi literis aureis secundum Bartolum,in l.aut qui aliter.ff. quod vi aut clam.qui dicit etiam per illum textum,quod quando citatio fit tali tempore, quo ille non potest comparere,non valet illa citatio.addo etiam Bartolum in l.fi.§.fi.ff.eod.& istum textũ addu cit Ant.de Butr.in ca.1. de iudicijs,quòd vbi citatus non comparet, & actus ille expeditur in illa hora qua fuerit citatus,quod actus non valet,nisi tamen iudex distulerit in diem sequentem.cap.consuluit.de officio delegati, & hunc textum allegat Bartolus in l.consentaneum.in vlti. col.C.quomodo & quando iudex.quod citatus ad vnum actum non potest in alijs grauari, & ideo dixit Bartolus in l.statuliberos.§.Stichus.ff.de statuliberis, quod citatus ad respondendum libello, si est contumax debet in alijs actibus citari, nisi dicatur quod ad vlteriora procedetur sua contumacia non obstante. Addo etiam Baldum in l. 1.in 3.col.C.quomodo & quando iudex.qui allegat Bar. in d.l.aut qui aliter.Sed Bal.in l.cum non hodie. C.quando prouoc.non est necesse tenet.contra Bar.Est etiam textus singularis in sua distinctione secundum Bart.in l.semper.§.si in sepulchro.ff. eodem.quod vi aut clam. Nam ibi tractatur,an vno ex pluribus delinquentibus conueneto cæteri sint liberati? Et adde Bartolum in l. si quis id quod.ff.de iurisdictione omnium iudicum.in l. ex maleficijs.§.fi.ff.de actio.& obligatio. vbi formatquæstionẽ, quod itante statuto,quod si illi de contrata seu platea non ceperint malefactorẽ,quod teneantur in tantum, quod vno soluente alter liberetur,quia tenentur ex quasi maleficio.& quod not. Bartolus, in l. si cum exhibuisset.§. fi.ff.de publica, quod si statutum extat quod si villa non cepit malefactorem, teneatur in centum. decem homines occiderunt vnum, villa non cepit, tenetur villa ad vna centum.ad idem Bald.in l.cum rationibus.C.qui accusare non possunt.

Aliter.

ADDITIO.

a Aliter agitur. Limita nisi ille actus esset interlocutoria habens vim diffinitiuæ, quia valeret & teneret, arg. l. quæritur. ff. de stat. homin. ita sentit Matheſilan. in l. 2. nu. 5. C. quom. & quando iudex.

DLX.

Sed quid si est statutum, quod villa teneatur emẽdare damna & furta, quæ fierent in villa, & propter hoc villa fuit condemnata in centum, & post condemnationẽ fur peruenit ad manus iudicis, & fuit furca suspensus, an villa sit liberata? & Bal. consuluit quod sic, consi. 173. in 3. lib. sicut si cepisset malefactorem in crimine, & cum exhibuisset. & adde notata per Bar. in l. quoties. ff. si familia furtũ fecisse dicatur. Sed dubitatur, an in casu in quo vnus soluens aliũ liberat, an possit repetere ab alio quẽ liberauit? & gl. q. nõ. in l. ex maleficijs §. si is quoq;. ff. de act. & obli. quam approbat Bartolus in l. 1. §. si plures. ff. de eo per quem factum erit. Adde etiam Bartolum in l. etiam. §. itẽ si quis dolo. ff. de petit. hæred.

DLXI.

In mandato generali reipublicæ non venit rerum suarum alienatio, nisi lege municipali aliud caueatur. Iste est textus singularis secundum Bartolum in l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. ex quo dat consilium, quod cũ in vendendis rebus ciuitatum, requirantur multæ solennitates, est tale remedium & consilium, quod primo ciuitas faciat statutum de hoc, & facto statuto poterit vendi ẽ formam statuti per illum textũ sing. & per hoc dicit Bartolus ibi, quod consuluit, quod legatus de latere non potuit concedere castra ecclesiæ Romanę ciuitati Cameri, ni, nisi sibi hoc fuit concessum expresse à Papa. & hunc textum allegat Bartolus in l. principalibus. ff. si certum petatur. & hunc textum allegat. Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iura. firman. quod proconsules non possunt remittere iniuriam factam ciuitati sine consilio ciuitatis. Adde etiã quod consuluit Paulus de castro suo consilio vltimo, & Bartolus in l. 1. ne. quid in loco publico. Et quærit Bartolus in d. §. plane. vtrum Rex possit donare? & allegat c. intellecto. de iureiurand. quòd non potest facere magnam alienationẽm, ita quod multum præiudicet dignitati & iurisdictioni, secus in modo, quia potest & præiudicat successori, & Bal. in c. si generali. in titulo, si de feudo fuerit controuersia, quærit vtrum Rex Franciæ possit donare vnam ciuitatem inuitis ciuibus? & concludit quòd nõ, per Host. in c. dilecti. de maioritate & obedientia. de quo per Baldum & moder. in l. 2. C. de donatio. in l. debitorũ. C. de pactis. gl. est not. in l. inuitus. ff. de fideicomm. libert. & videtur concludi, quod ex causa necessitatis possit fieri, aliter non. de quo etiam per Baldum in l. 1. in fin. C. de operis libert. & addo quod not. Bar. in l. si non sortem. §. libertus. in penul. col. ff. de condictio. indebit. vbi format quæstionem, si habeo famulum, vtrum possim cogere ipsum inuitum alteri seruire? & videtur concludi quod nõ, licet Bartolus videatur aliter sentire, de quo per modernos in l. in stipulationib. §. operarum. ff. de verbo. obliga. nisi in casu necessitatis, & adde quod not. Bartolus. in l. si is qui. §. fin. ff. de pign. vbi tangit an iurisdictiones possint obligari. & Romanus in consi. 444. vbi tangit, an iurisdictiones possint vendi, & de materia prædicta Pau. de Castro, consi. 37. & Oldradus consi. 231. & quod voluit Baldus in titulo, de pace Constantiæ, quod princeps nec per contractum nec alio modo potest regalia concedere in præiudicium successorũ, sicut enim non potest iura eorũ subuertere, ita nec diminuere. ad idẽ quod notat Cinus, in l. digna vox. C. de legi. & Baldus. in l. cum multa. C. de bonis quæ liberis. vbi dicit, quod papa non potest infeudare magnas ciuitates sine consensu Cardinalium. Addo etiam Bald. in cap. cum venissent. de iudic. & Aluarotum in capitu. primo, Episcopum vel Abb. in vsibus feudorum.

DLXII.

Si collusor vendat collusori, non tenetur de euictione, & idem si vẽdatur extraneo. textus est singularis, in l. si filio. §. si in alea. ff. quarum rerum actio non datur. habet tamen textus iste multas lecturas, & intellige quando fit venditio in ludo prohibito, & vide quod habetur in l. si quis cum sciret. ff. pro emptore.

DLXIII.

Legatum annuum cum prefinitione temporis relictum in dubio si sit causa alimentorũ, dicuntur plura legata, alias vnum. text. est singular. secundum Bartolum, in l. si cum prefinitione. ff. quando dies legati cedit. Et nota pro intelligentia, quod si certum est, quod testator voluit facere plura legata vel vnum, & tunc stamus certo, si autem est dubium, tunc si testator relinquit annuum legatum sine prefinitione temporis, & sunt plura legata. pro primo anno purum, pro sequentib. conditionale. l. cum in annos. ff. de annuis legatis. Si autem cum præfinitione temporis & in alimentis, tunc sunt plura legata, aut pro alio, & est vnum, vt in casu l. si. cum præfinitione.

DLXIIII.

Quæro, Testator grauauit de dando decem Sempronio quandoque, quomodo intelligatur, hoc legatum? & intelligitur quamprimum commodè poterit. textus est singularis in l. rogo. ff. quando dies lega. cedit, & mirum est q. glossator non adduxerit textum in l. cum pater. §. rogo. ff. de lega. 2. iuncta l. seruos. ff. de manumis. testamen. qui videtur probare contrarium, sed oportet intelligere tex. in d. l. seruos. secundum istum.

DLXV.

Tu scis quod à sententia arbitri non appellatur. l. 1. C. de arbitris. Istud non procedit, quando compromittitur de quodam articulo causæ super quodã incidenti vel emergenti, non de eo quod est decisiuum totius causæ. textus est quem Bartolus nescit alibi, in l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur. Vnde sicut iudex illud quod esset determinatũ per eum interlocutoriè posset corrigere, ita potest per appellationem ad eum recurri, quando per arbitrum est decisum, quod est memoriæ commendandum secundum Bartolum, de quo per Alex. consi. 58. tertio libro. Habet etiam textus iste aliam notabilem lecturam, quod potest iudicis officium implorari, vt corrigatur quod per eos quibus aliquis articulus commissus est, improbè factum est, quod est notabile ad multa. committitur. n. notarijs quandoque, quod faciant comparationes literarum, committitur medico, quod inspiciat qualitatem vulneris, committitur aliquibus æstimatoribus quod æstiment, & sic de similibus. In omnibus istis casibus & similibus potest adiri superior, quod corrigat quod improbè factum est.

DLXVI.

Actio quod metus causa, transit in heredem, de eo quod ad eum peruenit, etiam si consumpsit illud quod peruenit, quia sufficit semel peruenisse, & sic decedat postquam consumpsit, datur actio contra hæredem heredis iste est casus singularis in l. videamus. ff. quod metus causa, quã legem legit Barto. cum. §. in heredem. posito in l. quod diximus, & per hoc dicit Bart. consuluisse. Ille cui est delata hereditas si decedit intra annum, sciens hereditatem sibi delatam, transmittit ius deliberandi ad hæredem suum. l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. modo dicit Bartolus, primus hæres decessit sciens hereditatem sibi delatam, hæres eius decessit ignarus similiter intra annum, vtrum tertius hæres possit adire hæreditatem ex virtute iuris deliberandi propter scientiam primi

primi hæredis? dicit Bar. se determinasse q. sic, quia iam illud ius cœpit esse hæreditarium, & ideo transit ad quẽcunque transit hæreditas.

DLXVII.

Cum delegatus principis subdelegat, ad cum appellatur. tex. est singularis in l. vnica. ad fi. secundum Bar.

DLXVIII.

Quod metus causa. Iste titulus non habet locum in administratoribus. dictum est not. Bal. in rubr. de contro. inuesti. per tex. notab. in l. 1. in fi. de auth. tut.

DLXIX.

Fuit semel dubitatum, an exceptio quod metus causa sit odiosa? & aliqui volebant, quod sic, & allegaui notabiliter Bart. in l. 2. C. quod metus causa. vbi dixit, quod talis exceptio licet sit odiosa respectu metũ inferentis, est tamẽ fauorabilis respectu metum passi, & ideo tex. in l. qui exceptionem. ff. de conditio. inde. non habet locum in tali exceptione.

DLXX.

Quando aliquis soluit instante metu, semper potest petere & metus dicitur instare, si causa ex qua metus inferebatur subsistat, & ideo si aliquis tyrannus me cogit ad promittendum toto tempore suæ tyrannidis, dicitur metus instare, vt notabiliter declarat Bar. in d. l. 2. C. quod metus causa.

Et quia in d. l. 2. dicitur q. spontanea solutio purgat vitium metus adhibiti tempore promissionis. Accipe pulchram declarationem, q. vbicunque in solutione potest subesse alia causa, quam approbatio primæ promissionis, non præsumitur illam approbare, & ideo si iurauit per metum soluere, & postea soluam, potero repetere, quia videor soluere metu periurij, non vt approbem primam promissionem, vt notabiliter dixit Bar. in d. l. 2.

DLXXI.

Semel fuit orta contentio inter duos doctos viros. Aliquis compulit venditorem alias venditurum sibi vendere iusto pretio, an habeat locum actio quod metus causa? & ego allegaui gloss. not. quod sic. in l. non interest. C. quod metus causa.

DLXXII.

Sola reuerentia mariti non inducit iustam causam scindendi contractum, nisi probetur q. minæ vel verbera præcesserint. dictum est notabile Bar. q. semper allegatur in l. ad inuidiam. C. quod metus causa. in l. 1. §. quæ onerãdæ. ff. quarum rerum actio non detur.

DLXXIII.

Tu habes quod agens ista actione debet pretium restituere l. 3. C. eodem. hoc notabiliter fallit, quod officialis emit dicens, q. procederet contra ipsum, vel de maleficio denuntiaret, & sic per impressionem, quia tunc rescinditur contractus, nec pretium restituitur. tex. est not. in l. si per impressionem. C. quod metus causa.

DLXXIIII.

Quæritur, an teneat te adiuuare, si tibi inferatur metus? Et tex. probat notabiliter q. non. in l. metum. §. sed licet. ff. q. met. caus. quia pro hoc possum accipere pecuniam. Familiaris tamen tenetur adiuuare dominum. l. cum dominus. ff. ad Sylleia. Florentinus in l. scientiam. §. si quis. ff. ad legem Aquiliam.

DLXXV.

Scias q. non omnis metus inducit hanc actionẽ, quia si fuit iustus metus, cessat hæc actio. tex. est notabilis in l. si mulier. ff. quod metus causa.

DLXXVI.

Tu scis q. contractus factus per metum valet inspecto iure ciuili, sed rescinditur per prætorem beneficio huius edicti, vt per totum titulum q. metus causa. hoc procedit, quando sunt contractus & pacta vestita, secus si sunt pacta nuda, quæ nuda remanent, tamen propter auxilium legis actionem producunt, vt in l. legitima. ff. de pactis. Et ista si fiunt per metum, sunt ipso iure nulla. textu. est singular. in l. si mulier. §. si dos. ff. quod metus causa. vbi per Barto.

DLXXVII.

Si aliquis dubitat sibi inferri vim, potest implorare officiũ iudicis, vt prohibeat vim inferri. tex. est not. in l. non est verisimile. ff. quod metus causa.

DLXXVIII.

Si aliquis detineret alium, vt sibi aliquid promittat, promissio est nulla. tex. est in l. qui in carcerem. ff. q. metus causa. q. intellige, quando detinet iniustè. Et dicit notabiliter Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quãdo iudex. q. ille qui est in carcere, potest constituere procuratorem ad suam vtilitatem, sed ad aliquid promittendum indebitè nõ potest quod dicit esse notabile. Et adde Bar. in l. qui neque. ff. de verb. signification.

DLXXIX.

Quæro, qualiter testes debeant testificari de qualitate animi alicuius? Et respondeo per actus exteriores, vt notabiliter probatur in l. is qui. §. diuus. vbi per Bar. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his.

DLXXX.

Tu habes vnam regulam. in l. si. C. commod. & per Bar. in l. si non sortem. §. si centum. ff. de condictio. indebi. quod quis non potest retinere rem non debitã pro debita, sed hoc fallit fauore dotis & mulieris. casum habes no. in l. si filio. in princ. ff. soluto matrimonio. & ibi per Bart. & Bar. in d. §. si certum. ponit casum, in quo quis potest vti retentione, hoc limita non procedere, quãdo res promouit vitio vel delicto suo. c. si. de ord. cognit. Et dum dicit etiam Bar. ibi, quod propter expensas factas potest quis vti retentione, dicas quod fortius est, quia etiam si potterior esset talis creditor, præfertur priori habenti ius in pignore. textus. habes valde nota. in l. interdum. cum l. sequen. ff. qui potio. in pigno. habe antur. Et de hac materia vltra Bar. in d. §. si centum. adde Bar. plenè in l. si nõ inducta. C. in quibus causis pign. tacitè contraha. & Bald. in l. si. C. commodati. & notata per eum, in l. penulti. C. de pign. act.

DLXXXI.

Semel in quodam prandio fuit tactum, an Papa, vel Imperator possint concedere regibus Christianis regna infidelium? & ego adduxi Bar. in l. si seruus. ff. de actio. emp. qui dicit, q. regna occupata per Saracenos, quæ iam fuerunt Christianorum possunt concedere. & Bar. in l. in id quod apud hostes. ff. de leg. 1. vbi dixit, q. voluit concessio facta per Papam regi Carolo, qui sibi concessit regnũ Hierusalem, quia semel fuit ecclesiæ, & sic consistit propter spem postliminij. & temporibus nostris fuit dictũ, quod papa Alexander rex Franciæ Carolum creauit in Imperatorem Constantinopolitanum, quando venit in Italiam cum magno exercitu ad occupandum regnũ Neapolitanũ, quod dicebat spectare ad coronã Franciæ. Et de potestate Papæ & Imperatoris in Saracenos ponit Oldr. consi. 72. & consi. 78.

DLXXXII.

No. q. Bar. in l. Celsus. ff. de vsucapio. dicit sing. tex. in l. à duo pio. §. si super rebus. quia in d. l. Celsus dicit q. missio causa rei seruandæ non interrumpit vsucap. l. missio. ff. pro emp. dicit in d. l. Celsus. q. ille text. in d. §. si super rebus turbat istam materiam, & ideo ibi declarat, quia habet duas lecturas. & secundum vnam lecturam tex. ille non obstat, quia loquitur de creditore, cui est additum pignus in causa iudicati qui vsucapit, ideo quia summaria cognitione apparuit esse condemnati. cætera pro intellectu illius tex. dicas vt ibi per Bar.

DLXXXIII.

Tu habes tex. in l. inter pares. ff. de re iudic. quod si iudices

discordant in pari numero, præfertur sententia in fauore rei lata. Accipe singulare limitationē, vt nō procedat hoc quando sumus in eo in quo non apparet quis sit actor & reus, quia tūc recurritur ad superiorem. iste est casus qui non est alibi secundum Bar. in l. duo iudices. de re iudic.

DL XXXIIII.

Circa accessoria potest iudex supplere eadem die. textu. est sing. secundum Bar. in l. Paulus respondit. ff. de re iudic. Barto. singu. 15.

DLXXXV.

Tu scis q̄ substitutio euanescit post aditam hæreditatem. l. post aditam. C. de impub. & aliis substit. Tu scis etiam q̄ cessat ius accrescendi adita hæreditate. l. 1. in fine. ff. de vsufr. accrescen. accipe singularem limitationē, quia ista non procedunt, quando ille qui adiuit restituitur tex. est quod melior non reperitur secundum Bar. in l. ex contractu. ff. de re iudic.

DLXXXVI.

Defensor ex necessitate potest ex sua persona exceptionem opponere. te. est singularis, in l. procurator. §. 1. ff. rem rat. habe. & vide Bal. notab. in l. quotiens. C. de precibus imperatori offeren. in l. tam mandatori. C. de non numerata pecunia. in d. l. 1. C. de pactis.

DCXXVII.

Si est interposita stipulatio amplius non peti, non committitur, nisi contestatione, solutione, & compēsatione, ita quod si nullum ex istis interueniat, non committitur. te. est, singularis secundum Bar. in l. amplius nō peti. ff. rem ratam haberi.

DLX XXVIII.

Et nota q̄ vbi verbum petere, apponitur in præparatoriis seu monitorijs, non requiritur litis contestatio. dictum est notabile Bal. in l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. vt quia aliquis promisit soluere vbicunque fuerit petitū. & Bal. in l. fi. in vlti. col. C de bonis authorit. iudic. possiden. Pro intellectu istius legis dic sic, q̄ aut petitio ordinatur ad interlocutoriam, & hoc intelligitur per libellū, vt in d. l. fi. Aut ad diffinitiuam, & intelligitur per litis cōtestationem, vt in d. l. amplius. & Bar. in l. Titia. ff. de condition. & demon. dicit q̄ quādo verbum peto, refertur ad eū qui ex petitione debet acquirere, requiritur litis contestatio, sed sufficit sola petitio extra iudicium, vt in d. l. Titia. si vero refertur ad eum qui debet obligari, tunc requiritur litis contestatio, vt in d. l. amplius.

DCXXXIX.

Si superuenit defectus ex parte ratum habentis ratihabitio impeditur, secus si ex parte gerentis. iste est tex. qui debet literis aureis scribi secundum Bart. in l. bonorum. ff. rem ratā haberi. & pro limitatione istius legis, vide notata per Bar. in l. 1. C. qui admit. & quod in materia ponit Federicus cons. 238. & de ratihabitione an trahatur retro & mandato comparetur, per Bar. in l. obseruare. ff. de offi. proconsul. & lega. vbi dicit sic notabiliter. Aut illud quod fuit factum ante mandatum potuisset aliquo iure valere, & tunc ratihabitio retro trahit & mandato comparatur. Aut non potuisset aliquo iure valere, & tunc ratihabitio non comparatur mandato, nec facit retro acta valere, vt ex tunc, i. à tempore quo fuerunt facta, sed ex nunc sic. & vide glo. not. & ibi per doctores in l. Iulianus. ff. qui satisdare cogan. & quod not. Barto. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adulteriis. quod si quis fecit pacem, p se & suis complicibus & sequacibus, demum vnus ex cōplicibus fuit offensus antequam ratum haberet, quod ratihabitio sequens non porrigitur ad delictum commissum ante ratihabitionē. & facit gl. in l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi armata. & quod no. Bal. in l. fi. C. ad macedonia. Et addo quod notat Bar. in l. Pomponius. ff. de negotiis gestis. in versicu. quæro vtrum vbi quærit an sicut ratihabitio retro trahitur, & mādato comparatur, sic etiam reprobatio retro trahatur, & prohibitioni comparetur. & in illa l. multa tangit in materia ista. Et ad limitationem regulæ vide per Barto. in l. pecuniam. C. de negotijs gestis. Et an ratihabitio trahatur retro in præiudiciū tertii, per Barto. in hac l. bonorum. & per Bald. notabiliter in l. ordo. in fi. C. de execu. rei iudic. Adduco etiam quod notabiliter voluit Bal. in l. penul. in 5. col. C. de execu. rei iudic. quod vbi lex requirit mandatum pro forma, non æquiparatur ratihabitio mandato. ad idem Barto. in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren. hæred. & Bald. in l. si vxorem. C. de conditio. inser. & vide Bal. in authē. ei qui. ad fi. C. de tempo. appellatio. dum allegat hanc l. bonorum. & gl. notabilem in regula ratihabitionem. in 6. & quantum tempus requiratur ad ratificandum, habetur in l. ratum. ff. de solut. Addo etiam Bar. in l. aliena res ff. dde pign. actio. vbi possunt habere ratum, quod meo nomine non est gestum in mei præiudicium. Hanc etiā legem bonorum, allegat Bar. in l. si quis offerenti. §. 1. ff. de solutio. & ibi quod successor potest habere ratum, q̄ est factum nomine prioris prælati, & quod hæres potest habere ratum factum nomine defuncti. & Bar. in l. dispēsatorem. ff. solutio. vbi tangit an possum ratum habere q̄ semel reprobaui. & Bal. in l. falsus. in 1. column. C. de fur. quod factum procuratoris reuocati non potest ratificari. Contrarium tenet Bar. in l. Pomponius. in fi. ff. de negot. gest. & dicit Bal. vbi supra quod factum falsi procuratoris in audientia principis non conualescit. per ratificationem, & Bar. in l. quo. n. §. 1. ff. rem ratam haberi an scientia cum taciturnitate inducet ratihabitionē. & Bar. in l. certum. §. si quis ablente. ff. de confess. quod in his, quæ dependent à voluntate vnius ratificatio non requirit præsentiam partis.

DXC.

Tutor succedit pupillo alijs deficientibus. gl. est singularis in l. quo tutela. ff. de regulis iuris. Sed ista gl. communiter non tenetur. de quo per Bar. in l. nutritoribus C. communia de succes. per illum text.

ADDITIO.

Vide Bar. supra sing. 57. & ibi addit. & Bal. sing. 8.

DXCI.

Glo. in l. pupillus. ff. de reg. iur. est melior, quam sit in iure in sua materia, ego tamen allego alias gl. in meo compendio iuris canonici in rubric. de delict. puero. in fine.

DXC II.

Hæres suus pupilli non habet priuilegium. tex. est singu. & pulcherrimus in l. non solum. §. fi. ff. de ritu nuptia. secūdum Bar. in l. fi. de tute. & ratio. distrahen.

DXCIII.

Nunquam denuntiatio quæ sit per medicum qui dicit aliquem infirmum, vel ex vulnere remāsuram cicatricem, aliquid operatur, nisi præcedat diligens iudicis inquisitio. tex. est sing. in l. semel. C. de re milit. li. 12. Et ideo sit cautus assessor secundum Bar. q̄ in actis faciat registrari q̄ iudex diligenter examinauit, vtrum ex vulnere esset remansura cicatrix, & ipso diligenter examinato medicus hoc retulit, alias non valet.

DXCIIII.

Ille qui defert iuramentum siue iuretur siue referatur, non potest appellare, & ille cui defertur, cogitur iurare vel referre, vel si vult, potest recusare ex causa. & quando q̄s recusat iuramentum absque legitima causa, iudex potest habere eum pro conuicto, quasi ipse alteri parti retulerit iuramentum, & ei remiserit. & hoc habet locum siue sit iuramentum decisiuum totius, siue sit iuramentum decisiuum alicuius partis, vt puta super aliqua positione. Isti casus sunt in l. generaliter. C. de iureiuran. quæ nō est alibi secundum Barto.

DXCV.

Alienatione prohibita videtur prohibitus omnis actus, p quem fit translatio dominij directi, vtilis, vel alicuius iuris in re. tex. est sing. secundum Barto. in l. fin. C. de rebus alie. non alie.

ADDITIO.

ADDITIO.

a Alienatione prohibita. Non tamen videtur prohibita hæredis institutio, vt singulariter consuluit Ange. consi. 56. domina Andræa. co. 5. versic. solum ergo videndum. vbi ampliat hoc procedere etiam si testator in testamēto expresse & per verba generalia prohibuisset hæredis extranei institutionem sub pœna ademptionis bonorum. Cui ius decisionem sequitur, & secundum eum cōsuluit Ale. vbi latè confirmat, consi. 355. visis. lib. 2. & pro fin. refert & sequitur Ias. in l. filius fami. §. diui. in 1. lect. q. 7. Bart. ff. de leg. 1. vbi ita se consuluisse Pauduæ refert, & ita iudicatum fuisse. & consi. 96. lib. 4. licet idem Ias. in 2. lect. d. §. diui. col. 22. versi. 2. principaliter. postea mutauerit opinionem, & hanc decisionem reprobet, addens quod contra eam consuleret & iudicaret. Tamen in practica durum esset obtinere contra Ange. propter eius & dc min. Alexan. summam authoritatem. An autem prohibitio alienationis impediat, ne talia bona in fiscum transeāt vigore alicuius delicti, late habetur in d. §. diui. vbi Ias. in 6. not. & tradunt Bar. & Ang. in l. imperator. ff. de fideicommi. libert. Alex. Soc. & Moder. in l. 3. §. res quæ. ff. ad Trebe. & Alex consi. 23. opportunè. lib. 1. Aret. consi. 14. versic. ex his infertur.

DXC VI.

Si res permutatur cum re quæ venalis erat exposita nō habet locum condictio ob causam, secus, si venalis nō erat exposita. tex. est sing. secundum Bar. in l. cum patruus. C. de rerum permut. ad idem Bald. in l. si vt proponis. C. de condictio. ob causam.

DXCVII.

Si res in qua semel est remissum pignus de nouo in dominio debitoris peruenit, pignus non reintegratur generalis obligationis vigore. Iste est te. singularis, in l. solita. C. de remissione pignorum, secundum Bar. qui dicit, q̄ qui nesciret hanc legem, semper responderet contra hūc casum, limitat hanc legem, singulariter, nisi res rediret in dominium ex eadē causa, vt puta, quia fuit resolutus contractus secundum doctor. hic, per text. in l. voluntatis. ff. quib. modis pignus vel hypotheca soluitur.

DXCVIII.

Donatio habet tacitam conditionem, si donator liberos nō suscepерit, ideo natis liberis reuocatur ipso iure. textus est sing. secundum Bar. in l. si vnquam. C. de reuocan. dona. De materia huius l. per Bar. in l. Titia. §. imperator. ff. de lega. 2. & ista lex habet etiam locum in venditione facta paruo pretio secundum Baldum.

DC XIX.

Tu scis q̄ de eo quod quis facit intra quadriennium, quod datur ad restitutionem petendam, non potest restitutio peti. l. dotis. §. diuersum. ff. de noua. hoc fallit in l. fin. C. de repudian. hæred. & ille casus est sing. secundum Bar.

DC.

Si tu vis scire casus in quibus res empta ex pecunia mea efficitur mea, vide glossam notabilem in l. 1. C. si quis alteri vel sibi.

DCI.

Res empta ex pecunia data in dotem efficitur dotis non mulieris. tex. est in l. ex pecunia. C. de iure dotium.

DC II.

Dum scienti non detur redhibitoria, quid si sciens ex persona ignorantis agat, vt quia procurator ignorans emit rē quā dominus sciebat vitiosam, an pōt agere dominus? tex. est no. in l. cum mancipium. §. fi. ff. de ædil. edicto.

DCIII.

Si emi à tribus mercatoribus, volo agere redhibitoria, posum agere contra quemlibet insolidum. tex. est notab. in l. iusti. Isti me. §. proponitur. ff. de ædil. edicto. & pro intel. lectu vide per Bal. in l. fi. C. eod.

DCIIII.

In rescripto dicitur committimus causam terminandā simpliciter, &c. illa clausula, &c. idem importat ac si dixisset simpliciter, de plano, sine strepitu & figura iudicij, vt notabiliter concludunt domini de Rota in decisione incip. Item fuit dubitatum de cōmissione. quam refert Ale. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liberis & posthu.

DCV.

Si aliquis renuntiat beneficio, est opus voce acceptantis renuntiationem, nec sufficit taciturnitas. gloss. est sing in l. suus hæres. C. de repudian. hæred. secundum Bal. in c. qd̄ in dubiis. de renuntia. quod est pulchrum.

DCVI.

Tu scis dispositionem ti. C. ne fideiusso. dotium dentur, sed scias, q̄ plures rei possunt esse principaliter obligati i dote. te. ē notabi. in l. dotib. C. de dote cauta nō numera. Nec obstat tit. allegatus, qa ibi nō erāt principaliter obligati.

DCVII.

Rusticus pōt compelli ad portandum victualia ad ciuitatē ad vendendum. casus est singularis in l. 2. de nundinis.

DCVIII.

Re integra fauore dotis non expirat mandatum. dictū est notab. Bal. in l. mandatum. C. manda.

DCIX.

Sumenda est opinio quæ fauet religioni. l. sunt personæ. ff. de religio. facit gl. sing. in l. locum. in principio. ff. de vsufructu. quæ dicit, q̄ possumus soluere contrarietates isto modo, fauore religionis est speciale.

DCX.

Per rebellionē cōtra principē sicut perdunt priuilegia, ita consuetudiines, vt singulariter probat in tit. de pace Cōstan. in ver. in priuilegio. de quo textu exultat Bal. ibi.

DCXI.

Si bona rebellium tempore rebellionis aliis fuerunt concessa, facta pace sunt reddenda primis dominis, quia ipsa pax habet vim restitutionis in integrum. textu. est valde not. & ibi per Bal. gloriantem in titu. de pace Constātiæ. in versi. priuilegia autem omnia.

DCXII.

Relictū tali ecclesiæ pp̄etuo, intelligitur vsq; ad centū ann. te. est no. vbi p Bar. in l. annua. §. Titia. ff. de annu. leg. Bar. in l. si vsusfructus. ff. de vsufru. Alex. in l. 2. ff. soluto matri.

DCXIII

Quidā rusticus meus in oppido Metulino territorii Paduani promisit dare mihi quartā partē fructuū vineę, debuit dare ēt quartā partē fructuū arborum, quas ibi plātauit. dictum est notabile Bar. post gl. in l. certo generi. ff. de seruitu. rustico. prædio quia debet intelligi terræ vineatæ.

DCXIIII.

Tu scis quod si aliqd debetur tali anno, non debetur nisi anno finito. l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. hoc fallit in libertate. casus est no. in l. si ita libertas. ff. de manumi. test. ergo idem ad pias causas per notata per Bar. in l. si vnus. C. de testa. & per ea quæ notat latè Rom. in auth. similiter. C. ad legem falcid.

DCXV.

Vbi est rex irruēs cū exercitu, ibi est ei° territorū. dictū est notabile Bal. in c. 1. in 2. vol. quibus mod. feud. amit.

DCXVI.

Si aliquis simpliciter renuntiat hæreditati, videtur renuntiare omni iure succedendi. gl. est no. in l. 1. §. sed videndum. ff. de successorio edicto. & est communis opinio in l. suum. C. de iure deliberandi.

DCXVII.

Dicitur communiter q̄ res subiectæ restitutioni non possunt alienari. auth. res quæ. C. communia de legat. tamen fallit singulariter, nisi essent tempore periturę, quia tūc pretium ex earum alienatione hæres redigere potest, & veniet in restitutione. textus est singularis in l. pro hærede. in fi. princ. ff. de acquire. hæredi. secundum Baldum vt refert ibi Roma.

DCXVIII.

Rationes defuncti faciūt pro hærede suo aliquam præsumptionem. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. q̄ notabiliter limitat Bal. in l. rationes. C. de probatio. quando cōtinent debita, & accepta, secus si esset simplex scriptura continens vnum debitum tantum.

DCXIX.

Reconuentio habet locum coram iudice prorogato.gl.singu.in l.est receptum.ff.de iurisd.omnium.iudic.

ADDITIO.

Adde Rom.sing.150.in fi.Guid.Pap.sing.837. nu.3.

DCXX.

Si statutum dicit,quod parentes rebellium non possunt habere officia in communi intelliguntur parentes illi,qui attinent per genus vel nuptias.textus est notabilis quem ponderat ibi Ange.in §.œconomus.in auth.de aliena.& emphyt.& nota q̃ illud parentes,est vulgare italicum.

DCXXI.

In rebus subiectis restitutioni alienatis non requiritur restitutio verbalis.gl.est sing.in l.Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel.

DCXXII.

Restitutio in integrum concessa minoribus nunquam prodest eius aduersario,si læsio minoris processit ab aduersario.casus est singularis secundum Bar.ibi, in l.qui res. in versi.huic applicatur.ff.de solut.

DCXXIII.

Si non est productum rescriptum delegatorium,potest impetrans renuntiare rescripto,nec poterit reconueniri,secus si erat productum.Bal.& Alexan.in l.3.ff.quod quisque iuris.

DCXXIIII.

Relictum ad instructionem pontium & viarum dicitur ad causas pias,vt notant doctores moderni,in l.1.§.ad municipum.ff.ad legem Falcidiam.

DCXXV.

Nota ne erres,sicut errauit quidam Iurisperitus.dicebat statutum,q̃ mulier habens filios non possit relinquere vltra tertiam partem dotis.quædam mulier donauit inter viuos,dicebat ille Iurisperitus,quod non poterat,ego dixi,tu malè studuisti,quia tale verbum restringitur ad vltimas voluntates.l.cum hi.in prin.vbi per Bar.ff.de tran sact.gl.in auth.sed hodie.C.qui manu.non pos.& no.hoc quia facit ad donationem causa mortis,si æquiparatur contractui non vltimæ voluntati. per notata per doct. in l.2.ff.de leg.1.

DCXXVI.

Si aliquis doctor de collegio est relegatus ad aliquem locũ non potest interim eligi ad honorem nec habet priuilegium collegii.dictum est not.Bar.per illum tex.in l.2.C. de his qui in exilium.lib.10.& hoc iam fuit in facto.

DCXXVII.

Est consuetudo Paduæ,q̃ scholares eligant rectorem vniuersitatis,& vno anno eligunt Italum,& alio anno Vltramõtanum,quæro,quid si elegerint Italum anno quo debet elegi Vltramontanus,quid erit? Et dico,q̃ est iusta causa appellandi ad superiorem,vt voluit Bar.in l.1.C.de potior.ad mune.nominan.lib.10.

DCXXVIII.

Si propria nomina exprimuntur, vocantur domini inutiles,si exprimantur appellatiua,vocantur in dominicas, sed si vtrunque exprimitur,in dubio inspicitur quod p̃cedit.iste est tex.sing.secundum Bar.in l.si seruus communis ita.ff.de stipula.seruo.

DCXXIX.

Soluens non potest dicere legem quam vult in soluendo.l. in traditionibus.cum gloss.ff.de pactis.sed hoc intellige sic,quia soluens potest dicere legem quam vult circa electionem causæ in quam soluat.aliam vero legem nõ possit dicere,si soluit debitum ciuiliter & naturaliter.gl.est singular.in l.1.ff.de solutio.secundum Bartolum ibi, in 3.oppositione.

DCXXX.

Si fideiussor pro aliquo dedit pignus,& debitor succedat fideiussori,extinguitur fideiussoria obligatio, sed pignus remanet obligatum,secus si ille fideiussor dedisset alium fideiussorẽ,quia omnis obligatio fideiussoria extinguitur.tex.est sing.secundum Bar.l.cum quis.§.fi.ff.de solu. Et ratio diuersitatis est,quia hypotheca habet suas conditiones,vt duret,donec debitum sit solutum,vel aliter sit satisfactum,secundum gl.Istas autem conditiones nõ habet fideiussor fideiussoris.

DCXXXI.

Contestatio litis tollit facultatem soluendi circa rem adiectam ad solutionem,& circa personam.ille est textus singu.in l.si quis stipulatus decem in mille. ff.de solutio.secundum Barto. Dicit enim sic, huic legi nelcirem dare concordantem & intellige hanc legem,quando vnũ est in obligatione ex dispositione hominis,& aliud in solutione,secus si ex dispositione legis,quia tunc non precluditur facultas soluendi,nisi donec iudicati conueniatur. l.miles.§.decem.ff.de reiudic.Et idem dicas, quando vnum est in obligatione,aliud in solutione ex dispositione testatoris,quæ est lex Bar.in l.si quando.§.hæres.ff. de legatis primo.

DCXXXII.

Tu scis q̃ debitor pupilli soluens tutori est ipso iure liberatus.l.Lucius.§.fi.ff.de administratio.tu.hoc verum,si bona fide soluerit,secus si dolo.casus est singularis in l. pupilli.in prin.ff.de solutio.

DCXXXIII.

Tu scis,quod si euincatur res pro pecunia in solutum data non agitur actione 1.l.si prædium. C.de euictionibus accipe singularem limitationem,quia non procedit fauore dotis.iste est casus sing.secundum Bart.in l. quires.iin princ.ff.de solutio.

DCXXXIIII.

Est speciale in dote,vt moriendo dicatur velle sicut in vltimis voluntatibus.iste est textus sing.secundum quintam lecturam,in l.post dotem.ff.solu.matrimo.

DCXXXV.

Pater non habet reuocatoriam in bonis filii,sicut habet patronus in bonis liberti.tex.est singularis in l.non vsque adeo.secundum Barto.

DCXXXVI.

Quando ius reale perditur lite pendente,tunc in reali iudex dabit sententiam, vt illud ius de nouo constituatur, sicut si personali ageretur.te.est singularis secundum Bar. in l.sicut.in versi.planè.ff.si serui.vindi.

DCXXXVII.

Licet nomen vxoris solum sit appositum in instrumento, tamen virum suum in veritate comparasse probatur ex duobus.s.quod ipse vir antequam peruenireturad faciẽdum instrumentum suo nomine emit.Item quod ipsi viro possessio tradita est,vt singu.probatur in l.multum.C. si quis alteri vel sibi.Et si procurator facit aliquid vt nuntius,non valet quod agitur,vt est ibi tex.in versi.si vero. & ideo secundum Bar.in contractibus factis per procuratorem hodie apponũtur illa verba,procuratorẽ,actorem,factorem,& nuntium specialem,vt possit ẽt facere tanquam nuntius.& ad ea quæ habentur in hac lege in principio,adde notata per Bar.in l.si filii.C.de donatio. inter virum & vxorem.& de nuntio no.per Bar.in l.eum qui.§.fi.ff.de constituta pecunia,vbi dẽ,q̃ nũtius cõfert verba in personam.domini dicẽdo sic,constituis te soluturum dño meo.Nuntius.n.præstat nudum ministeriũ, quia non quæritur nuntio & per nuntium dño, sed dicto quæritur dño.Est.n.nuntius quoddã organum, quo mediãte vadit vxor vnius ad alium,sicut per epistolã, vt ibi nota.

ibi notabiliter declarat Bar.qui concludit,quod nuntius priuati nunquam potest esse generalis, vt virtute illius generalis mandati. descendatur ad aliqua specialia,tunc enim non esset tanquam organum,sed ipse per se faceret aliquid vltra id quod dominus dixit.& per ista dicit notabiliter Baldus in rubric.C.de exceptio. quod prohibitus substituere poterit explicare per nuntium .& quod non debeat dari licentia generalis nuntio , Barto. in l.1. C.de iure dominij impetran. Dicit etiam Barto.in dic.l. eum qui.§.fin.quod illud quod quis facit vt nuntius , nõ potest validari rati habitione,si mandatum non præcesserit.Et quod notabiliter voluit Bald. in consi. 184. tertio libro.quod dominus qui est solitus ratificare contractus factos per nuntium bona fide,non potest dicere,nolo in alio contractu bona fide gesto.Addo etiam quod notat Barto.in l.si pupilli.§.1.ff.de negotiis gestis.& quod notat Barto.in l.qui mihi donatum.ff.de donationibus.Nec contra nuntium potest ferri sententia.Barto.in l.prima. C.de sentẽ.in tertia columna.& quod notat Barto.in l. si Titio.ff.de vsufruct.lega.quod si in instrumento dicatur,constituit procuratorem & nuntium specialem,non potest esse procurator & nuntius simul,quia procurator concipit verba in personam suam,nuntius in personam domini,& sic erit procurator vel nuntius,prout sibi placebit.

DCXXXVIII.

Sententia in qua non condemnatur procurator,sed dominus,qui iudicio non interfuit, est ipso iure nulla.textus est singularis secundum Bartolum in l.1. C.de sententi. quod tamen intellige , quando tenor sententiæ patitur vt verba referantur ad procuratorem,aliter referuntur ad dominum licet absentem,vt notatur in l.nihil C. de procurat.

DCXXXIX.

Quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiusdem verbi,debent intelligi,vt vniformiter operetur.textus est sin.secundum Bartolum.in l.fi.C.de sentẽ. & cũ ille tex.velit,q̃ inferior à principe non possit apponere clausulam,appellatione remota,cum istud videatur esse solius principis.l.1.in fi.ff.à quibus appellare non licet.dicas secundum gl.& doctores quod illud est verum,quando appellatur post sententiam,sed iste text.loquitur quãdo appellatur ante sententiam.

DCXL.

Sententia nulla ratione incertitudinis non impedit ferri aliam sententiam,debet tamen primo renuntiari de nullitate primæ.& hoc procedit etiam in dote.textus est singularis in l.fi.C.de sentẽ.quæ sine certa quãtitate.& ibi dicit Bal.q̃ iudex in sententia diffinitiua potest esse sibi contrarius,quando prima sententia est ipso iure nulla. Non.n.est necesse,quod si primo condemnauit non rite, q̃ postea condemnet rite,imo potest absoluere & esse cõtrarius sibiipsi.quod dicit esse notabile.

DCXLI.

Licet ille qui est in potestate non habeat tutorem,insti.de tutelis,in princ.fallit in casu singularissimo,in l.fin. C. de sententiam passis.& hoc propter duo.Primo, quia fuerat datus tutor tempore quo poterat pati.Secundo,quia pater non habet bonos mores & dissipat bona filij , & si pater est dilapidator bonorum filij interdicitur sibi administratio,vt ibi per Bart.& in l.cum oportet.§.cum autem.C.de bonis quæ liberis.& Barto.distinguit sic,quod vbicunque pater dissipat bona filii,si quidem filio ad ipsa bona potest dari regressus,quia vendit res immobiles quæ non consumuntur,tunc non definit esse legitimus administrator,nec filius potest reprehendere patrem.Si vero dissiparet res mobiles,quæ non possunt apparere, & pater non esset soluendo,& esset homo malæ vitæ,potest ei administratio interdici,vt in hac l.fi.Et adde etiã Barto.in l.2.§.quod si in patris.ff.soluto matrimonio.in l.Imperator.ff.ad Trebe.& idem dicit Bal.in hac l.ad finem.q̃ interdicitur administratio patri,si noa expendit quando expendere debet.quod est pulchrum.

DCXLII.

Si statutum punit inferentem iniuriam in personam,comprehendit scindentem vestes.Barto.in l.licitatio,§.quod licitè.ff.de publica. Baldus. in l. Gallus.§. ille casus. ff.de liberis & posthumis.in l.si qua per calumniam.C.de episcop.& clericis.Innocent.in capitu.nuper.de sentẽ.excommunic.

DCXLIII.

Statutum si dicit,quod si quis blasphemauerit,vel iuerit de nocte,& sic quando est crimen quod non committitur contra certam personam,& sic cum non certa& determinata persona quæ passa sit iniuriam,quilibet potest accusare tanquam de crimine publico.Bar.in l.1.ff.de pub. iudic.Bal.in l.reos.in 6.col.C.de accusatio.

DCXLIIII.

Si dico tibi præsenti,promitto,q̃ dabo Titio decem , hæc stipulatio est prorsus inutilis,nec oritur etiam naturalis obligatio.gl.est notabi.valde,in l.stipulatio ista.§.si quis insulam.ff.de verbor.obligatio.

DCXLV.

Si ius superandi alium in emptione alicuius rei minor amisit,restituitur etiam si prætendit interesse ratione affectionis,vt notabiliter probatur in l.si in emptione.ff. de minorib.

DCXLVI.

Omissio solennitatis ex sola consuetudine inducta habet vitiare actum.gl.est sing.in auth.vt præponatur nomen imperato.in princ.quæ dicit,quod licet de annis domini nullibi caueatur,quod debeant poni in instrumento, tamen quia de consuetudine inseruntur,si non apponãtur, instrumentum corruit.

DCXLVII.

Sponsus si nutrit sponsam nondum nubilem,debet lucrari fructus dotis.gloss.est not.vbi per Bald.in l.2.C.de dotis promissio.

DCXLVIII.

Statutum si vult,quod filia dotata non succedat extantibus masculis,si masculi decedant post mortem patris nõ succedit filia,quia perpetuo dicitur esse exclusa,quia filii semel fuerunt in rerum natura.hoc probat glo. secundum Bal.in l.in quibus.C.de secundis nuptiis.

DCXLIX.

Dubitauit semel socer meus,an possit dari curator nurui? & allegaui text.quod sic,in l.cum proponas.C.de interdict.matri.

DCL

Si caput synodi vel capituli est suspectum,tota synodus est suspecta,seu totum capitulum est suspectum allegaui semel vnum tex:ponderatum à Bal.in l.1.C.si rector prouinciæ.contra quosdam canonistas.

DCLI.

Aduertat ille qui vult alium substituere quomodo substituat,quia dicitur illum substituere suo periculo,de eo q̃ male fecit.text.est not.in l.ad similitudinem.C. de episc. & cleric.

DCLII.

Valet statutum,quod filius teneatur pro debito patris,etiã si non sit hæres.hoc probat glo.vbi per Bald. in l. dotis. C.de iure.dot.

DCLIII.

Statutum quod non habet aliam rationem in se , nisi quia sic placuit statuentibus,non trahitur de similibus ad similia.dictum est notab.Bal.in l.3.C.de iure dotium.

DCLIIII.

Statutum si dixit quod victus victori condemnetur in expensis,tunc veniunt iure actionis,dictũ est notabile Bal. in l.3.§.si rem.ff.de lega.3.Bal.in l.non solum.ff.de rei vẽdicatione.in l.terminato.C.de fruct.& lit.expen.Ang.in autheut.de exhiben.reis in princ.

DCLV.

Statutum si dicit,quod extantibus masculis, filia fœmina non succedat ab intestato,si est præterita,non potest rũpere testamentum.Bal.& moderni in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthu.quia non admittitur ad rũpendum,qui non succedit ab intestato.l.Papinianus. §. si quis ex his.ff.de inoffic.testa.

DCLVI.

Stante statuto,quod agnati excludunt fœminas dotatas ab intestato,si filia est dotata minus legitima, & vniuersaliter instituti masculi,non poterit petere supplementum legitimæ,vt pulchrè & latè concludit Alex. in l. Gallus. §.& quid si tantum.ff.de liber.& posthum. allegans Bal. in l.scimus.in princ.C.de inofficioso testamento.in l.maximum vitium.in vltim.quæ.C.de libe.præter. Paulum de Castr.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de cõditio. & demonstratio.

DCLVII.

Stipulatio si est facta cum aliquis moritur,procedit si fuit occisus.Per.de Anch.in clement.2.de pœniten.& remis. per gl.notab.Instit.de c.diminut.in prin.vbi iudicio Dei moritur ille,qui interficitur.Est etiam gl.in l.proinde.ff. ad legem Aquil.& ibi Bal.põderat illam.Alex.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber.& posthu.

DCLVIII.

Statutum dixit,si quis produxerit quatuor falsos testes,puniatur pœna mille.Si produxerit plures,punietur eadem pœna.Domi.in cap.si compromissarius,de electio. in 6. Alex.in d.l.Gallus.§.quod si is.

DCLIX.

Stipendarij non possunt cõstituere procuratorem ad suum stipendium recipiendum,quia per propriam manum debent recipere stipendium suum.textus est notab.vbi per Bar.in l.iubemus.per hanc.C.de erogatio.milit.ann.lib. 12.Et dum hoc obseruaret ad vnguẽ magnificus vir Sebastianus Baduarius præfectus Paduæ,allegaui sibi hunc textum,& multum placuit.noluit.n.ipse tempore magistratus,quod stipendia soluerentur,nisi eis quibus debebantur.& ego semel commisi amico meo,vt prõ me,pecuniam salarij reciperet,recepit,& in suos vsus conuertit, & cum magna difficultate recuperare potui. In dicta etiam lege habetur,quod ille qui tenetur soluere stipendiũ,si habet pecuniam & negligat soluere,& per hoc accepit pecuniam sub vsuris, stipendarius tenetur ipse ad omnia damna,quod est notabile contra illos,qui habent facere solutiones de redditibus publicis,& non curant soluere etiam indigentibus.Habeant ergo ante oculos semper illam regulam naturalem,Quod tibi non velles fieri,alteri non feceris.

DCLX.

Statutum si dicit,quod instrumentum scriptum manu publici notarij de contractu rogati habeat executionẽ non verificatur in instrumento exẽplato etiam cum authoritate iudicis,licet faciat fidem.gl.est sing.in l.probatorias .C.de diuersis offi.lib.12.

DCLXI.

Valet sententia,si iudex dicat,credo Titium debere decem Sempronio.gl.est sing.in l.diem proferre.§.si plures. ff. de arbitris.

DCLXII.

Sententia lata ex priuilegiatis probationibus,nunquã transit in rem iudicatam.dictum est singulare Innocent. in c.ua nos de cohabitatione clericorũ & mulierum.quod dictum,dicit mirabile Ang.in l.diuus.ff.de testamẽto militari.Roma.in l.admonendi.ff.de iureiur.Ange.in l.j C. sententiam rescindi non posse.Anto.de But.in c.fraterni tatis.de frigidis.Abb.in c.proposuisti.de probationibus. vbi limitat hoc.

DCLXIII.

Sequester non potest quis cogi per iudicem ad recipiendũ depositum sequestri.dictum est no.Bar.in l.litibus.C.de agricolis & censit.libro 11.Alex.in l.si fideiussor.§. fin.ff. qui satisdare cogantur.

DCLXIIII.

Dum semel quidam diceret, est locus in hac ciuitate, in quem congregantur sæpe aliqui trufatores. recordor tunc dixisse, locus ille appellatur spelunca. adduxi tex. & ibi Angel.in §.iubemus.in authentic. de ecclesiasticis titulis.

DCLXV.

Dicebat quoddam statutum,q̃ officialis deputatus ad puniendum maleficia, debeat sub pœna mille bannitum captum decapitari facere cito.Dixi quod poterat differre triginta diebus,& in pœnam non incidet.textu. est not.in §.licet etiam.in authen.de defenso.ciui.& ibi per glo.& Ange.

DCLXVI.

Stuprans aliquam iuuenculam cum auri datione, videtur inuitam & nolentem stuprare,quia per deceptionem videtur stuprum committere.tex.est & ibi per Ange.in §. fancimus.in auth.de leno.quod facit contra defensores illius rustici,qui stuprauit ancillam meam,quia dicebãt, q̃ fuit volẽs.dedit enim sibi duos aureos,quibus expediti nunc indiget.iste enim est casus in quo iniuria fit in voluntate.Bar.in l.1.§.vsque adeo.ff.de iniur.& habetur in l.vnica.C.de raptu virginum.vbi Imperator appellat tales nephandissimos viros.Nõ sum ergo ille,qui talem sic appello.

DCLXVII.

Si quis sibilat in aurem iudicis,vt quia secretè loquitur, potest vt suspectus recusari.dictum est nõ.Anto.de But.& Abb.in c.accedens.2.vt lite non contesta.& idgo sis cautus,ne loquaris sic vt videaris.

CLXVIII.

Scutifer,i.famulus stabuli potest petere pro capistro seu fune,quando.equus venditur vel donatur,vt probatur secundum Ang.in l.j.C.de strato.lib.12.

DCLXIX.

Substitutus pupillo potest sibi dari tutor in testamento.casus est sing.in l.amicissimos.in prin.ff.de excus.tut.& si non vult esse tutor,non per hoc repellitur à substitutione pupillari,vt ibi.quem text.pro valde notabili allegat Bartol.in l.post legatum.§.amittere.ff. de his quibus vt indig.

DCLXX.

Si feratur sententia ex probationibus falsis dolosè factis cõtra absentem,est ipso iure nulla.casus est sing.secundum communem intellectum, in l. si prætor. §. Marcellus.ff. de iudi.

DCLXXI.

Tu scis dispositionem l.in hoc iudicio.ff.fami.erciscun.tamen sententia poteris ferri pro parte de consensu partiũ gl.est no.in l.si conuenerit.ff.de re iudi.

DCLXXII.

Statutum si dicit,quod testamenta debeant intelligi ad literam,tunc vulgaris expressa non continet tacitam pupillarem.ita egregie voluit Bal.in l.precibus. in 5. co. C. de impube.& aliis substitu.

DCLXXIII

A sententia fortis non appellatur,quia nõ habet superiorẽ. dictum est sing.Bal.in l.si.in prin.C.communia de leg.si tamen esset enormis læsio,posset per officium iudicis reformari.dictũ est sing.Bal.in l.maioribus. C.communia vtriusque iudi.nec datur ẽt minori restitutio in integrũ aduersus sortem.Bal.in l.ait prætor.§.planè ff.de mino.

DCLXXIIII.

DCLXXIIII.

Studentes in patria propria, sunt immunes à muneribus personalibus, & à custodia ciuitatis vsque ad vigesimũ quintum annum, ne studijs arceantur. casus est vbi per Bar.in l.1.C.qui ætate.lib.10.

DCLXXV.

Statutum dicit, quòd instrumenta dotalia mandentur executioni nulla obstante præscriptione,non obstantib.istis verbis,obstabit præscriptio centum annorum.tex.glo.& Ang.in authen.vt decetero non fiant commuta.Ioan.de Ana.in c.multorum.de Iude.

DCLXXVI.

Licet post sententiam diffinitiuam non possit iudex condemnare in expensis secus in interlocutoria, quia vsque ad finem causæ.dictum est nota.Innocen.in c.fæpe.de appel.&.ibi abbas exultat.

DCLXXVII.

Statutum mentionem faciens de citatione, habet locum in illo qui est præsens sine citatione.dictum est nota.Bal.in auth.si omnes.C.si vt se ab hære.absti.refert Alex.in l.fi. in prin.C.de procura.

DCLXXVIII.

Si statutum dicit, quod nobilis non possit recipere cessionem contra ignobilem,& aliquis nobilis succedit iure hereditario, non incidit in pœnam.text.est notabilis.& ibi per Bar.in l.1.§.penultima.ff.de falsis.

DCLXXIX.

Spoliatus si cõfitetur aduersarium esse dominum, non debet restitui.ita notabiliter voluit Ang.in l. Paulus.§. 1.ff. quibus modis pign.vel hypotheca sol.qui adducit vnum dictum Inno.quod dicit singularissimum.

D CLXXX.

Quæro, si relinquitur aliquid spurio, & grauatur de restituendo,an fideicommissum valeat? Et respondeo quod vbi à principio relictum est nullum,fideicommissum ab eo relictum in consequentiam est nullum.glo.est singul. in l. codicillis. in ver.petere posse.ff. de legat.2. quod est notabile.

DCLXXXI.

Si dicit statutum,quod in instrumentis confessionatis procedatur omni exceptione reiecta, illud statutum non habebit locum,si agatur non contra debitorem, sed cõtra tertium possessorem,quia ista confessio priuilegiata non sequitur tertium possessorem.dictum est singular. Bal.in l.1.C.communia de lega.refert Alexan.in l. 1.§. si hæres. ff.ad Trebellia.

DCLXXXII.

Statutum si dicit, quod valeat contractus factus à maiore decem & octo annis,non impeditur restitutio, operatur enim statutum quod contractus valeat,qui alias non valeret.ita Bal.in auth.n captiul.C.de episc.& cler.

DCLXXXIII.

Spoliatus non restituitur obstante exceptione dominij propter magnitudinem difficultatis restitutionis,vt quando tractatur possessorio recuperandæ vnius castri. dictum est not.Pau.de Castr.in l.2.C.de edicto diui Adria.tollen.

DCLXXXIIII.

Si prælatus possidentem rem ecclesiæ spoliauit, & postea conuenitur possessorio recuperandæ,si offerat exceptionem dominij spectantis ad ecclesiam, & offerat incontinenti probationes,debet audiri.dictum est not. Bal.in l. 1.ad fin.C.de appel.

DCLXXXV.

Nunquam res forte dirimitur, nisi quando dubium est in iure secus si vertitur dubium circa factum.gl.est singu. in l.1.C.vti possidetis secundum modernos,in l.huiusmodi. §.fi.ff.de lega.1. notat Bart.in l. si duo.in princip.in 3.col. ff.vti possid.

DCLXXXVI.

Si sunt plures socij vnius apothecæ,quilibet non potest agere insolidum contra debitores apothecę,vult Barto.in l. eadem.in princ.ff.de duobus reis moderni.in l.si vnus.ff. de pact.per Bar.in l.penul.ff.de stipulatio.seruo.vbi sing. loquitur.per Bald.in rubr.C.de exercito. in l. cum te in Galliam.C.si cert.pet.

DVLXXXVII.

Sententia lata super homicidio &c.vt supra sing.264.

DCLXXXVIII.

Aliquis confitetur sacerdoti, quod habet centum quæ sunt Sempronij, & promittit sacerdoti quod vult restituere, acquiritur actio Sempronio.ita Bart.in l.1.§.1.in fi.ff.de iusti.& iure.

DCLXXXIX.

Fuit semel dubitatum quantum debeat expẽdere hæres in sepultura defuncti. Et Bartolus format quæstionem in l. 1.§.fina.ff.ad legem Falcidiam,& ibi allegat text.in l.at si quis. §. æquum. ff. de religiosis, quod debet expendere quantum dixit testator, & si dixit minus,equum expendat vt ibi, & talis impensa inquantum est necessaria detrahitur vt æs alienum, est pulcher textus ille quod pro dignitate eius qui funeratur & pro modo facultatum impensa fieri debet.

DCXC.

Quidam iuuenis amicus meus dum venisset ad mortem,& vellet sepeliri in sepulchro paterno, oppositum fuit sibi quod non poterat, quia non fuit hæres patris, milit pro me ostendi hæredi patris textum in l.vel quæ pater.ff.de religiosis. vbi est textus in terminis de filio qui non est hæres, quod tamen potest sepeliri in sepulchro paterno, & tunc hæres acquicuit,& ibi est etiam tex.notab.& ibi Barto.quod scriptura posita in sepulchro non tribuit ius alicui,vt ibi possit sepeliri.

DCXCI.

Fuit semel dubitatum. testator habet plures heredes, vtrũ possit iura sepulchrorum vni hæredum tantum applicare? Et responsum est quod sic l. 3. §.si quis.vbi Barto.ff. de sepulchro viola.facit quod habetur in l.monumenta. C.de lega.

DCXCII.

Quidam perdidit equum suum,& tandem inuenit,& dum vellet habere tanquam suum opponebatur, quod nõ erat suus, dicebat ille illud signum seu stigma quod habet in femore,est meum signum, quærebatur,vtrum hoc modo probetur dominium equi?Et Bart. notabiliter quod sic.in l.stigmata.in fi.C.de fabricen.li.11.

DCCXIII.

Si tu vis scire quæ faciunt aliquem suspectum, vide gl.notabilẽ quæ ponit quatuor in l.si fideiussor.§.fi.ff. qui satisd. cogantur.nõ tamen intelligas quod semper illa quatuor debeant interuenire copulatiuè, sed quandoque sufficit vnum,quandoque aliud, secundum diuersitatem causarum, in quibus de suspicione tractatur secundum Bart. & qualiter probetur suspicio fugæ, Roma. consi.245.& 320.& ibi tangit quid si testes sint hincinde pares, quia aliqui dicunt, quod est bonæ opinionis apud populum, aliqui quod non.

DCXCIIII.

Vidi semel in quodam processu quod quidam voluit probare aliquem esse furdum, sed recordor quod tres testes examinati non probabant concludenter. debebant enim dicere sic,quod talis non intelligebat ad vocem,& nihil

nihil percipiebat auditu, sed per aliqua signa, vt declarat Barto.in l.fi.ff.de bonor.possef.insan.vel furio.dela. Et si tu vis scire quis sit furdaster, vide tex.& glo.in l.fin.ff. de legiti. tut. est enim ille qui parum audit. & in l.1.in fi.ff. de tute.

DCXCV.

Statutum si disponit quod instrumentum guarentigiæ habeat executionem paratam, licet in dicto instrumẽto fit pactum nudum, habebit executionem paratam, sicut si esset stipulatio, quia propter instrumentum dicetur legitima conuentio quæ iuuatur l.municipali.ita notabiliter voluit Bal.in l.2.in fin. C.de executio.rei iudi.quod dicit esse memoriæ commendandum. Et hoc dictum refert Alex.in l.legitima.in fi.ff.de pactis.

DCXCVI.

Inciditin falsum ille qui celat tantummodo testamentum. casus est singulatis in l. locum. in versi.& posse.ff.de tab. exhib. quod intellige quando celat quo ad omnes vt nemo habere.Et adde Bar.in l.Paulus.ff.de fallis Bal.in l.fi. C.de eden. Et si probo quod tu subtraxisti mihi instrumentum v enditionis quam mihi fecisti, ista probatio facit plenam fidem pro me contra te, vt in l.fi de possessione.cum sua materia.C.de probatio.& de lacerante instrumentum singulariter per Bal.in l.1.C.de fide instrument. & per Pet.de Anch.consi.172.

CCXCVII.

Si duobus impuberibus est datus tutor per iudicem, & alter reincidit in tutelam alterius qui peruenit ad perfectã ætatem, definit esse tutor datus à iudice. tex.est singu.in l. si tutor.§.si duobus.ff.de iure.& ratio.dist rahen.

DCXCVIII.

Si tu vis scire casum in quo fideicommissaria trahitur ad directam, vide text. qui non est alibi in l.neque.§.fi.ff. de testamen.milit.secundum Bar.in l.1.ff.de vulg.& pupil. in 4.quæst.in versi.vlterius quæro.

DCXCIX.

Si fiat transactio super alimentis simpliciter nõ porrigitur ad habitationem & vestiarium. textus est singularis in l. cum hi.§.qui transigit.ff.de transactio, & ideo debet exprimi de habitatione & vestiario.

DCC.

Sanguinis in pœnis (nisi mœchus, transigit omnis)
In cæteris nulli liceat, nisi crimine falsi.

Textus est singularis in l. transigere. C. de transactio. & ibi gl.adducit ista carmina. Et ratio est, quod de crimine capitali licitum est transigere, quia cuilibet licitum est redimere sanguinem suum. Excipitur tamen adulteriũ propter frequentiam delicti. In alijs autem criminibus quæ pœnam sanguinis non ingerunt, non est licitum transigere, & est rõ publicæ vindictæ, ne delicta remaneãt impunita. l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam. Ratio in crimine falsi est, quia dato quod non ingerat pœnam sanguinis, tamen totaliter hominem viruperat, quia nõ est delictum in mundo ita opprobriosum. Et est sciendum, quod in crimine capitali licita est trãsactio ex parte accusatoris & rei, quantum ad impediendum processum, ne iudex vlterius super eo procedat, quoniam transactio ad hoc principaliter porrigitur, vt impediat processum. l.fratris. C.de transactionibus. ista tamen transactio non nocet alij volenti accusare de nouo, & facere nouum processum, vt declarat Bart.in d.l.transigere. Qui venit contra transactionem iuratam per Deum vel principem infamatur, pœnam soluit, sibi data reddit, & actionem perdit, quæ parti obseruanti applicatur. textus est sing.in l.si quis maior. C.de transact. & scias q̃ ista cõstitutio habet locum in transact. factis nullo cogente imperio, sed libero arbitrio. ex hoc dicit Barto. q̃ si fuerit iuratum super compromisso vel trãsactione quo fiunt à parte inuita ex forma statuti vel præcepto iudicis, q̃ pœna huius constitutionis non teneatur, & hoc verum secundum modernos, si fuit compulsus iurare & compromittere, secus si compromitteret tantum, quia si sponte iurauit, veniendo contra, incidit in istas pœnas, cum illud iuramentum sic præstitum nullo cogente imperio, si tamẽ de consuetudine præstaretur, iuramentum satis diceretur esse de necessitate statuti, & de materia istius legis aliquid per Abb.consi.12.2.l.per Ang.consi.159. & Petrum de Anc. consilio 383.

DCCI.

Si petatur dilatio quæ tempus instantiæ non excedat, tam actori quam reo conceditur, quod si excedit non actori, sed reo conceditur, poterit tamen actor vti dilatione reo concessa. text. est singu.in l. petendæ.C.de tempo.in integ.resti.

Sed quid si actor dedit libellum circa principium quadrienij, tantum fuit disputatum super libello & super legitimatione personæ quod modicum superest ad probationes faciendas an actori debeat dari dilatio quę tempus excedat? & conclude quod sic, per rationem, quę ponitur in text.quia quando denegatur actori, ratio est propter negligentiam suã, quia est in arbitrio eius quando agat. si igitur cessat ista ratio, cessabit ista lex, & sic tempus instantię potest ex causa legitima prorogari, nõ autem est sic in tempore instantię causę principalis. l. properandũ. C.de iudi. quia hic peremptæ instantia perit etiam causa, sed in causa principali peremptæ instãtia remanet ius primum, vt possit etiam de nouo inchoare.

DCCII.

Si testes examinati coram arbitris viuunt, est in eius electione contra quem attestationes producuntur, vel eis stare, vel petere quod de nouo examinentur, sed si sunt mortui, de necessitate attestationibus standum est. text. est singu.in l. final. C. de testi. quod est notabi. secundum Bartolum.

Et adde quod tales testes producti coram arbitris debent compelli ad deponendum per magistratum illius terrę. cap.1.in prin.si de inuestitu.inter dominum & vasallum oriatur, & vide Bald.

DCCIII.

Testamentum imperfectum ratione solennitatis omissę, valet inter liberos tantum. text. est sing.in l.hac consultissima.§ ex imperfecto.C.de testa. secus si testamentum deficeret ratione voluntatis imperfectæ, vt ibi per Bart.

Et videtur concludi, q̃ iste tex.habeat locum etiam in filijs naturalibus, de quo per Spec. in tit. de instr.edi.§.compendiosè, verb. quid si pater per Pau.de Cast.in d.§.ex.imperfecto.in l.fi.C.fami.ercil.& Rom.consi.179. qui adducit Bal.hoc volẽtem. Tamen doctores Bononienses consuluerunt contrarium, non valet tamen testamentum patris inter filios nutu, si valet loqui. Ang.in consi.257.

ADDITIO.

Adde Barto.sing.181.& ibi addit.

DCCIIII.

Testamentum perfectum non tollitur per imperfectum, nisi cursus decennij subsequatur. text. est singula. in l.sancimus. C. de testam. Et dicit Paul. de Castr. notabiliter, quod homo hodie ditissimus mortuus est nullo condito testamento, sed reperitur quod iam sunt quadraginta anni, quando erat pauper, quod facit testamentum, & instituit Titium, per cursum huius temporis & maioris non poterunt excludere venientes ab intestato illum institutum, dicendo quod eo tempore erat pauper, & quod non est præsumendum quod voluerit ei relinquere tam opulentam hereditatem.

ADDITIO.

Adde Bart.sing.182.& ibi addit.

DCCV.

Nisi testes deponant de toto tenore testamẽti non probãt. & sic si aliqui testes deponunt plus, aliquim minus non probant, etiam in eo in quo sunt concordes, quia oportet quod interfint toti testamento. dictum est sing. Bald.in l. cum antiquitas. C.de testamen. & ibi vide per Alexand.

DCCVI.

Testator reliquit ecclesiæ centum vt inde fundum emat, emit, & tandem vult vendere, non potest. intelligitur. n. vt perpetuo possidear. text. est not.in l. Titio centum, in princi. ff. de conditio. & demonstrationibus. secundum Bald.in l.fin. C.de pact. inter empt. & vendi.

DCCVII.

Corrumpuntur quandoque tutores in puellis maritandis. textus est not. quem ibi Bald.ponderat, in l.si pater. C.de sponsa.

DCCVIII.

Testis non debet interrogari, an aliquis possideat bona vel mala fide, cum sit iuris. gloss. est not. in l.mala fide. C.de condict. ex lege.

DCCIX.

Ignorabatur semel, an quidam testator qui pro anima sua certa bona reliquerat, an esset fidelis vel infidelis, fuit quæsitum an disposita à se deberẽt mandari executioni. & fuit responsum per iurisconsultos quod sic. Adducebant text.notab.vbi per Bald.in l.nulli.ver.quod si testator. C.de episcopis & clericis.

DCCX.

Quidam amicus meus qui iacens in lecto volebat instituere hæredem, sed eius coniuncti non permittebãt, venire notarium nec testes, consuluit me de remedio, respondi q̃ deberet implorare officium iudicis, qui veniet, vel notarium mittet. adduxi Bart.in l. curent. ff. de testi. in l.1.ff.si quis aliquem testari prohibue, & ita fuit factum.

DCCXI.

In re non transmissibili ad hæredes appellatione hæredum non veniunt extranei, sed descendentes doctrina est Bar. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liberis & posthumis. nisi dictũ fuisset ad hæredes quoscunque. Bald.in l.1.ff.de rerum diuision. Alexand.in dicto. §. etiam.

DCCXII.

Licet in re transitoria veniat etiam extraneus hæres, fallit nisi esset dictum de hærede masculo, quia tunc comprehenderentur solum descendentes. dictum est not. Bal.in d. §. etiam, & in l. liberti libertæque. in vltim. col. C. de operis. liber. quia cum voluit excludere filias fœminas, multo magis extraneos hæredes.

DCCXIII.

Transactio est generale nomen ad omnem speciem finiendæ obligationis. tex. est. & gl. in l.de fideicommisso. C. de transactio. in l.1.§.1.in versi. transigendi. ff. de pactis.

DCCXIIII.

Si vnus testis deponit de veritate, & alius de confessione facta presente parte, probant, & sic coniunguntur ad plenã probationem faciendam. dictum est not. Bald.in l.si quis ex argẽtarijs. in princ. ff. de eden. sequitur Ale. in l. Gallus. §. ille casus. ff. de liberis & posthu. quia ista est quædam singularitas administratiua dicti testis, quæ non vitiat, secundum notat. per Bal. late in l. de quibus. ff. de legi.

DCCXV.

Si vnus testis deponit de veritate & fama, & alius de fama, concludenter probant. dictum est mirabile Bald. in d.l. Gallus. §. ille casus. secundum Alexan. ibi, quem vide.

DCCXVI.

Duo testes qui sunt tabelliones, præseruntur duobus alijs testibus simplicibus contrariũ deponentibus. gloss. est singu. in §. si vero cuiusdam. in authen. de hæred. & fal. secundum Roma. in rub. ff. de arbitris.

DCCXVII.

Quidam semel appellauit principem quendam tyrannum. Interrogaui eum quomodo cognosceret quod aliquis esset tyrannus, nescit quid responderet, tunc dixi, ille dicitur tyrannus, qui vult vsurpare illa quæ sunt propriè principis suprem. l. sacri affatus. C. de diuersis rescript. vbi per Bald.& Bart. fecit tract. de tyrannide. Bal. in l. decernimus. C.de sacrosanct. eccles.

DCCXVIII.

Duplicatur tempus, si aliquis rumpit confinia, & duplicatur cum sua qualitate, id est cum infamia. textus est cum gloss. in l.si possidonium. C. ex quibus cau. infam. irroga. quod est notabile secundum Bald. ibi.

DCCXIX.

Tyrannus contrahens cum tyranno, si enormiter lædatur, præsumitur in dubio per impressionem. dictum est not. Bal. in l. decernimus. C.de sacrosanct. eccles.

DCCXX.

Titulus C.ne liceat potentioribus. non habet locum, quando ille qui assumpsit patrocinium potentioris litigaret cum pariter potente, quia non videtur fecisse, vt metum inferat, sed vt excludat, dictum est notabile Pauli de Castr. in l. 1. illius tituli.

DCCXXI.

Tutor non potest compromittere de iure & de facto, quia videtur donare cum possit de iure vnius auferre, & dare alteri. dictum est notabil. Angel. in l. imperatores. ff. de pactis.

DCCXXII.

Titulus C.de non numer. pecun. non habet locum in causa pia. Dictum est notabile Baldi in authent. hoc ius porrectum. C.de sacrosanctis ecclesijs.

DCCXXIII.

In translatione bonorum adulti per ingressum in religionem, non requiritur decretum iudicis. dictum est not. Cin. in authent. ingressi. C.de sacrosan. eccles. & Abb. in capit. in præsentia. in prima charta. de probationib. vult quod sic, secus si ad pias causas donaret.

DCCXXIIII.

Titulus, pro hærede, non habet locum in suis. l.nihil. C. pro hærede. hoc verum, nisi suus vellet venire ad hæreditatem tanquam agnatus. dictum est singulare Bald. in rubrica de præscriptioni. in 5. colum.

DCCXXV.

Titulus, ex quibus causis maio. non habet locum, quando quis vellet restitui ad complendam præscriptionem, quia tractat de lucro captando. gloss. est notabilis, in l.3. §. Labeo. ff. de acquir. posses. in l.1: C. de auna. exceptio. hoc limitatur, nisi parum temporis superesset ad præscribendum. glo. est sing. in l.1.§. qui vi. ff. de vi & vi arma. & hoc limitatur, si sit præscriptio fauorabilis. secus si odiosa. gloss. est singularis in l. in vsucapione. ff. de diuer. & tempor. præscriptio.

DCCXXVI.

Vnus testis non facit semiplenam probationem, quando non fuit interrogatus de causa scientiæ, & sic iudex non fuit diligens in perquirendo veritatem. Dictum est notabile Bald. in capitul.1.§. item sacramentum. de consuetud. recti feudi. quod dictum reuelauit mihi Alex. in l. admonendi. ff. de iureiurand. in penult col.

DCCXXVII.

Si dicta teſtium ſunt' recepta & examinata inter alias perſonas, faciunt ſemiplenam probationem cõtra alios, ſi amplius illi teſtes haberi non poſſunt & examinari dictum eſt notabile Bar. in d.l. admonendi. ff. de iureiuran. Ang. in l. 1. C. de eden. Anto. de Butr. in c. fi. de iureiur.

DCCXXVIII.

Licet vbi vertitur turpitudo ex parte vtriuſque, ſi tranſlatũ eſt dominium rei traditæ nullo modo poteſt repeti. l. 2. C. de conditio. ob turp. cauſ. tamen ſecus eſt, ſi non eſt tranſlatum dominium, vt in pignore, quia pignorans poteſt vendicare. Et eſt ratio, quia tunc reus conuenitur, vt quilibet poſſeſſor. gl. eſt not. in l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. ff. de pactis. & ibi Alex. qui allegat etiam gl. in l. 2. C. de condi. ob turp. cauſ.

DCCXXIX.

Tu ſcis quod in obligatione generali expreſſa veniunt etiã futura. l. fi. C. quæ res pig. oblig. poſſunt. Idem dicas in tali hypotheca, quia trahitur etiam ad futura bona. Dicitur quod eſt tex. ſing. in l. hac edictali. in ver. omnib. C. de ſecundis nup. ſed eſt alius in l. 3. C. de priui. iſci. & in pignore prætorio veniunt etiam futura. Caſus eſt ſingular. in l. quamuis. ff. de bon. author. iudic. poſſidendis.

DCCXXX.

Licet tutor ſõlus non poſſit adire ſine pupillo, tamen poteſt petere reſtitutionem in integrum aduerſus aditionem ſine pupillo. text. eſt notabil. ſecundum Angelum in l. ex contractu. ff. de re iudicata.

DCCXXXI.

Tu ſcis diſpoſitionem l. 1. C. de ſenten. Sed accipe pulchrã limitationem, quod licet iudicium ſit fundatum in perſonam pupilli tutore authore, tamen tutor poteſt condemnari. text. eſt ſingularis in l. ſi ideo. in princip. ff. de euictio.

DCCXXXII.

Si teſtes dicant, quod viderunt Titium interficientem Gaium ad ſui defenſionem, ſatis eſt probata defenſio. Dictum eſt ſingulare Bart. in ſuo conſilio incipiente, quidã Maſſiolus, quod approbat Salic. in l. ſolam. C. de teſtib.

DCCXXXIII.

Si teſtis communi opinione reputabatur liber tamen teſtator bene ſciebat eum eſſe ſeruum, non habet locum l. 1. C. de teſtamen. dictum eſt ſingulare Ioan. Fabri. Inſtitut. de teſtamen. §. ſed cum aliquis, quia ſibi imputare debet teſtator.

DCCXXXIIII.

Communis erat opinio, quod pater Titij erat mortuus, & ita probatur, & fecit Titius teſtamentum, non tamen valet. dictum eſt ſingulare Bald. in l. 2. ad fin. C. de ſentent. refert Alexand. in .l.1. C. de teſta.

DCCXXXV.

Eſt magis communis opinio, quod hodie emancipatus nõ tranſmittit hæreditatem non aditam, quia in hoc reperitur ſublata differentia. Alexã. in l. ſi fratris. C. de iure deliberan. licet Bart. in l. ventre. ff. de acquirenda hæreditate, reliquit cogitandum.

DCCXXXVI.

Tu ſcis quod iura dicunt, quod voluntas teſtatoris ſeruanda eſt. §. diſponant. in authen. de nupt. accipe pulchram declarationem, quod hoc verum eſt, quando tranſit ad diſpoſitionem, quia non ſufficit quod teſtator velit, niſi diſponat. tex. eſt notab. vbi per Bald. in l. quidam cum filiũ. ff. de hæredib. inſtituend. nam ibi licet teſtator voluerit hæreditatem venire ad filium, tamen quia non diſpoſuit non poteſt agi ex teſtamento.

DCCXXXVII.

Si filius eſt præteritus à matre cum expreſſione cauſæ legitimæ tenet teſtamentum, quia habetur pro exhæredatione. & debet filius intentare quærelam, & ſi hæres non probabit cauſam obtinebit. eſt magis communis opinio in authen. licet. C. de libe. præterit.

DCCXXXVIII.

Si filius eſt exhæredatus cum expreſſione cauſæ legitimæ teſtamentum valet, licet adhuc cauſa non ſit probata ab hærede, ſed eſt neceſſe intentare quærelam, vt eſt magis communis opinio in authen. ex cauſa. C. de libe. præter. in gloſſ. 2.

DCCXXXIX.

Eſt magis communis opinio hodie, quod teſtamenta condita in caſtrenſibus poſſint querelari & impugnari, ſicut alia teſtamenta, per Barto. & alios in dicta authentic. ex cauſa. C. de libe. præteri. gloſſ. in rubr. ff. ſi quis à paren. fuerit manumiſ.

DCCXL.

Teſtator præterijt poſthumum ignoranter, & adiecta eſt clauſula codicillaris, poſthumus tenetur reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum hæredi ſcripto. ita eſt opinio magis fundata ſecundum Alexandr. in dicta authen. ex cauſa.

DCCXLI.

Si frater reſcindit teſtamentum fratris turpi perſona inſtituta, non habet locum authentic. ex cauſa, quia in correctorijs non fit extenſio ex identitate ſeu maioritate rationis. iſta eſt verior opinio ſecundum Alexandrum in dicta authentic. ex cauſa licet Bald. & Salicet. in l. fratris. C. de inoffic. teſtamen. teneant contrarium.

DCCXLII.

Teſtator fecit primum teſtamentum validum, & ſecũdum facit inualidum propter vitium præteritionis, hoc caſu hæredes ſcripti in primo teſtamento valido non tenẽtur præſtare legata relicta in ſecundo, & ſic nõ habet locum authent. ex cauſa, quæ non loquitur hoc caſu. eſt magis communis opinio dicit Ale. in dicta authentic. ex cauſa. Licet Bar. teneat contrarium in l. ſi iure. ff. de lega. 3.

DCCXLIII.

Teſtator habuit duos filios impuberes, & vnum puberem quos omnes hæredes inſtituit, & poſtea dixit, ſi quis eorum in pupillari ætate, vel poſtea quandocunque decedat ſine liberis, ſubſtituo ſuperſtites, in perſonam nullius comprehenditur pupillaris cauſa æqualitatis ſerdæ, ita ſingulariter conſuluit Richard. de Salic. vt refert Alexã. in l. in teſtamento. in fi. C. de teſtamen. militari.

DCC XLIIII.

Teſtator ſi dixit, Si pupillus in pupillari ætate deceſſerit, ita iis ſit hæres mihi, vel bona deueniant in talem, non videtur quod ſit pupillaris, quia per illam non ſucceditur teſtatori, ſed pupillo. in contrarium eſt caſus ſingularis, vbi per Bartolum in l. ſi ita. §. qui filio. ff. de vulg. & pupil lar. quia habetur perinde ac ſi non dixiſſet mihi. Alexand. in l. præcibus. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionibus.

DCCXLV.

Teſtator quando ſubſtituit eccleſiam, tunc mater non admittitur ex tacita pupillari, quia eſt veriſimile quod teſtator voluerit præferre cauſam piam matri pupilli. Dictum eſt notabil. Ange. & Pau. de Caſtr. in l. præcibus. C. de impuberum & alijs ſubſtitutionib.

DCCXLVI.

Teſtator ſi legat liberationem omnibus debitoribus, non intelligitur legata liberatio eis, qui poſſident res teſtatoris. cauſa eſt ſingularis in l. Aurelius. §. Meuia. ff. de liberatio. legat. ſecundum Bald. in l. cum neceſſitatem. C. de fideicommiſſ.

DCC XL

CCCXLVII.

Teſtator ſi dicat rationem tutelæ quam Titius egit cum Lucio repoſci nolo, non intelligitur liberatus Lucius, quia ibi ponitur cauſa demonſtrationis. caſus eſt notabil. in l. fin. §. Titia. ff. de liber. lega.

DCCXLVIII.

Teſtator non poteſt priuare hæredem ſuum propter negligentiam alterius. caſus eſt ſingularis in l. paterfamilias. ff. de hæredibus inſtituend.

DCCXLIX.

Teſtator ſi legat vni fundum, alij vſumfructum, quilibet habebit dimidiam vſusfructus. caſus eſt ſingularis in l. ſi alij ff. de vſufru. lega.

DCCL.

Volo tibi dicere caſum, in quo teſtamentum probatur per duos teſtes, etiam ſi eſſet quæſtio de voluntate. nam ſi inſtrumentum teſtamenti authenticum factum coram ſeptem teſtibus perdatur, probato caſu amiſſionis & tenore teſtamenti per duos teſtes, erit probatum teſtamentũ. ita ſingulariter probatur in l. teſtium. C. de teſt. & ibi per Bal. & refert Alex. in l. bonorum. C. de bonor. poſſeſ. contra tabu.

DCCLI.

Teſtator legat decem annua vſque ad vigeſimumquintũ annum illi, qui habet quindecim annos, intelligitur habere reſpectum ad ætatem, ſed intelligitur legare vſque ad viginti quinque annos, qui incipiunt currere poſt mortẽ teſtatoris. caſum habes ſingularem in l. codicillis. in pri. in. ff. de annu. lega. Paul. de Caſtr. & Alexand. in l. ſi cui. §. 1. in fi. ff. de leg. 1.

DCCLII.

Teſtator dixit, inſtituo Titium, & poſt mortem eius inſtituo eius liberos, veniunt ordine ſucceſſiuo, vt primo filij, deinde nepotes. Bar. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthum. in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. vbi limitat hoc.

DCCLIII.

Quando petitur reſcindi teſtamentum, inſtrumentum vel contractus, ſententia prodeſt omnibus, quorum intereſt, etiam ſi non fuerunt in iudicio. caſus eſt ſing. in d. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſt. & ibi per Bar. & Ang. & pro limitatione Bal. in l. 2. C. de re iudi. in certa. C. qũ prouocare. in l. fratris. C. de inoffi. teſt. in l. fina. C. de peti. hæred. in l. fi. C. de fideicommiſ. liber.

DCCLIIII.

Vbicunque aliquis de iure ciuili tenetur fœnerari pœcuniã illius, cuius negotia adminiſtrat, vt ſunt tutores & ſimiles, cum vſuræ ſunt hodie prohibitæ, debet dare idoneis mercatoribus ad licitum quæſtum. dictum eſt ſingular. Barto. in l. diuus. ff. ad leg. Falcidiam.

DCCLV.

Si dicta teſtium ſunt inualida, eo quia non ſunt rite recepti. vt quia ante litem conteſtatam, non poſſunt validari conſenſu partium. iſta eſt concluſio vera, quam tenet Alex. allegando multa in l. 1. ff. de ſerijs.

DCCLVI.

Nota vnum pulchrum dictum, aliquis conduxit equum, & iuit ad longinquas partes, accidit caſus fortuitus in equo, ita quod perijt, poteſt facere examinari teſtes, qui faciũt fidem coram competenti iudice, dato quod aduerſarius non fuerit citatus ſi erat in loco longinquo. dictum eſt not. Bart. in l. 2. C. de naufra. lib. 11. quod nota multum, quia vidi in practica.

DCCLVII.

Si teſtis deponit, quod Titius poſſedit decem annis tantum, in eo quod dicit tantum, nihil operatur, quia teſtis vult excludere omne aliud tempus, & in hoc videtur deponere ſuper merè negatiua, ideo non probat. dictum eſt not. Barto. in l. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtem.

DCCLVIII.

Teſtis deponens ſuper negatiua ſeu aſſerens negatiuam, ratione temeritatis ſuæ, poterit puniri extra ordinem. ita Ange. notabi. in l. plagij. C. de plagiarijs.

DCCLIX.

Teſtis ſi dicat, ſcio, quia tetigi manibus, de eo quod tactu percipi non poterat, ſed alio ſenſu, probat, ita notabiliter voluit Barto. in l. fin. C. de pericu. nomina. lib. 11. & hoc dictum adducit Bal. in l. non omnium. ff. de legi.

DCCLX.

Tutor poteſt licitè rem pupilli iuſtè venditam ſibi retinere, ſi emptor pretium non ſoluat, & ipſe tutor pretium de ſuo in vtilitatem pupilli conuertat. caſus eſt ſingula. in l. tutor rerum. ff. de adminiſt. tuto.

DCCLXI.

Tu ſcis quod vſufructuarius poſſidet naturaliter. l. naturaliter. ff. de acquir. poſſ. tamen ius vſusfructus quaſi poſſidet ciuiliter & naturaliter. gl. eſt, ſing. ſecundum Bar. in l. ſi plures. §. deiectum. ff. de vi & vi arma. Dicit tamen quod eſt melior glo. in l. ait prætor. §. item ei. ff. ex quibus cau. ma. Bar. in l. quod meo. ff. de acqui poſſ. allegat gl. in l. 1. §. non autem. ff. de vi & vi arma. quam dicit ſingularem quod aliud eſt, quando dominus deijcitur de poſſeſſione, & retinet per colonum, quia illam non perdit, ſecus ſi ſponte tradit, & in d. §. nõ autem. multum exultat de illa gl. & dicit, ſic oppono, ſi hoc eſt verum, ſequeretur quod conſtituendo me tuo nomine poſſidere non tranſferam poſſeſſionem in te, quam retineo per colonum, qꝫ eſt contra legem, quod meo. ff. de acquir. poſſ. reſpondet gl. notabiliter, & neſcio alibi. Dicit Bar. quod prædicta. ſ. quod ſolo animo non poteſt perdi poſſeſſio retenta per colonum, ſunt vera, quando animus perdentis & acquirentis non concurrunt, vt puta, quia vi deijcior, ſecus ſi ſponte tibi traderem, vt ſit, quotidie in inſtrumentis contractuum emptionis & venditionis.

DCCLXII.

In l. de vſu. ff. eod. tit. ponuntur quatuor caſus ſingulares, in quibus competit iudicis officium. Primus eſt, quando quis habet vſum alicuius ſeruitutis, ſed non habet ius ſeruitutis, ſubuenitur ſibi per officium iudicis, ne impediatur, exemplum patet in l. Aquilius. in fi. ff. de donatio. ſecundum vnam lecturam.

Secundus caſus ſingu. quando riuus nouus conſtituitur, & nocet non habẽti prædium, ibi, tunc ſuccurritur ſibi per officium iudicis. facit quod habetur in l. vltima. ff. de via public.

Tertius caſus eſt, de equis alienis à ſciente poſſeſſis, ſetuque earum, quando quis non poteſt probare dominium vel quaſi, tunc probando de poſſeſſione tantum, ſuccurritur per officium iudicis, quod eſt notabile, & dum dicit de ſœtu earum equarum. hic nunquam fuit poſſeſſus, merito competit officium iudicis.

Quartus caſus eſt de damno dato in prædio, exemplum, ſit haſtiludium extra ciuitatem, & tota gens ponit ſe in prædio vnius, cum deberet diuidi per plura prædia, tunc imploratur iudicis officium, quod eſt pulchrum.

DCCLXIII.

Tu ſcis quod actio, quod metus cauſa, habet locum, quando infertur metus mortis vel cruciatus corporis. l. interpoſitas. C. de tranſactio. Item ſcis, quod datur officium iudicis in caſu. l. prima. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur, & nullum iſtorum remediorum poteſt competere ægro promittendo medico qui non promittit metu quem credat ſibi ab alio illatum, ſed propter volun

voluntatem euadendi. Item non promittit propter reuerentiam, quam habebat ad medicum, sed propter sanitatem quam sperabat ab eo habere, & sic fuit æquum sibi subueniri speciali priuilegio. de quo in l. medicus. ff. de variis & extraordi. cogni. vbi est textus sing, secundum Bartolum.

DCCLXIIII.

Mora principalis nocet fideiussori nisi creditoris mora præcesserit quoad fideiussorem. text. est singu. in l. mora. ff. de verborum obligat. secundum Din. & Bart.

DCCLXV.

Adiectio instantis temporis exactionem non differt, tex. est sing. secundum Barto. in l. liber homo. §. decem. ff. de verbo. oblig. nam ibi dicitur, quod si spondes hodie decem dare, eodem die possum agere.

DCCLXVI.

Ex præsumpta voluntate defuncti plures coniuncti vocantur in virilem, respectu vnius defuncti, sed inter se in hæreditarias portiones, tex. est sing. secundum Bart. in l. qui cumplures. ff. de vulga. & pupilla.

DCCLXVII.

Quando venter est pariturus suum, si vult mitti in possessionem, vt in ea sit vsque ad tempus pubertatis, tunc debet adhiberi plena cauſæ cognitio, vt est tex. sing. in l. vbicunque. §. interdum. ff. de ven. in possess. mittendo. si vero vult in ea permanere vsque quo nascatur, tunc adhibetur summaria cognitio. l. 1. §. si ea. ff. eod. & tunc nato posthumo, oportet vt petat se mitti in possessionem ex Carboniano edicto, per titulum, ad Carbonianum.

DCCLXVIII.

Tu scis quod missus in possessionem ex illo titulo debet custodire fructus. l. is cui. §. qui legatorum. ff. eod. titu. Fallit singulariter in casu l. quæ legatorum. ff. eo. tit. vt in possessorio legat. vbi missus in possessionem ex primo decreto lucratur fructus, vt quando filia, neptis, vel vxor testatoris vel alia fœmina mittitur in possessionem, non procedit autem tex. iste in masculos, cum mulieres sint obsequioris vitæ & debiles.

DCCLXIX.

Restitutio quę officio iudicis conceditur, potest postulari ab ordinario & delegato specialiter ad illam causam vel vniuersaliter, non coram arbitris, vel indicibus chartularijs vel delegatis ab eis. tex. est singu. in l. fi. C. vbi & apud quos, & est speciale fauore minoris, quod iudices delegati possint de causa restitutionis cognoscere. Et si delegatur causa restitutionis principaliter, tunc non est dubium quod potest restituere, vt in hac lege. Si etiam delegatur vniuersitas causarum potest, vt hic, in fin. Quandoque delegatur causa principalis, & tunc siquidem restitutio petatur incidenter super aliqua interlocutoria, vel emergenti potest cognoscere legatus, vt hac l. in fin. Si vero petitur restitutio principaliter contra sententiam latam, in illa causa non posset restituere delegatus. l. adversus. C. si aduer. rem iudica.

DCCLXX.

Alieno nomine possidens, conuentus potest dominum in iudicio nominare, & ei sunt dadæ inducię ad denuntiandum domino, & habet vim quasi contestationis quo ad interrumpendam præscriptionem, & vt reuertus dominus de possessione non audiatur. Ista est text. singu. qui non est alibi in corpore iuris ciuilis, secundum Bartolum in l. 2. C. vbi in rem actio. Et nota pro intelligentia istos casus. Primus est, quando missio in possessionem fit ante litem contestatam, & tunc auditur de possessione & proprietate. l. si quis emptionis. §. penultim. C. de præscrip. 30. anno. Quandoque missio in possessionem fit post litē contestatam vel quasi, & tunc non auditur de possessione, sed de proprietate. casus est in hac l. 2. Quandoque missio in possessionem fit post sententiam diffinitiuam, & tunc non auditur nec de proprietate, nec de possessione. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Bart. in d. l. 2. & ad materiam huius l. vide latè Spe. in tit. de primo decreto. §. restat. versi. hoc etiam nota.

DCCLXXI.

In auth. qua in prouincia vbi de crimin. agi. ponuntur multa singu. secundum Barto. singulare est dum ibi dicitur, omni priuilegio cessante. Item quod datur dilatio ad denuntiādum domino. Item quod dominus absens condemnatur lite non contestata. Item quod condemnato procuratore fit satisfactio in bonis domini, si procurator non est soluendo. Et nota ibi text. iuncta gloss. quod per ista verba, omni priuilegio cessante, non tollitur priuilegium in corpore iuris clausum. ad idem gloss. in l. 2. §. legatis. in l. hæres absens. in princip. ff. de indic. quod Bart. dicit ibi esse multum notabil.

DCCLXXII.

Oblatio & depositio totius debiti legitimè facta, tollit cursum vsurarum, liberat debitorem, pignoratitiam actionem parit, & creditori contra depositarium datur actio, contra debitorem non, nisi debitor pecuniam receperit. text. est singular. secundum Bartol. in l. acceptam. C. de vsuris.

ADDITIO.

Limitator per Ang. in l. si mora, sol. mat.

DCCLXXIII.

Quando bona viri sunt confiscata, potest vxor propria authoritate accipere res suas detentas per virum, nec debet expectare authoritatem iudicis. allegatur pulchra decisio Ange. in l. si quis. C. de bonis proscripto. per pulchras rationes, de quibus ibi.

DCCLXXIIII.

Quid si dicatur, vendo tibi pro iusto pretio, an dicatur perfectus contractus emptionis? Bald. in l. contractus. C. de fide instrumen. quod non valet in vim venditionis, sed in vim contractus innominati. Et si dedi rem emptori, potero agere contra ipsum ad prætium declarandum. Et fuit dictum Azonis secundum Bald. Similiter si dicatur, vendo tibi pro pretio, quo erimus in concordia, per Bal. in l. fi. C. de contrahend. emptio. Alexan. in l. sciendum. ff. de verb. obligat.

DCCLXXV.

Venditor non cogitur præcisè venire ad defendendum, sed sibi denuntiatur, si vult quod veniat. gloss. est not. in l. emptorem. in princ. ff. de action. emptio. secundum Bal. in l. 1. C. de peri. & commo. rei vendit.

DCCLXXVI.

Venditor tenetur se obligare particulariter & distinctè ad omnia, quæ sunt de natura contractus. text. est notab. secundum Bald. ibi, in l. emptor. C. de actio. emptio.

DCCLXXVII.

Venditor si non vult restituere pretium emptori redhibenti condemnatur in duplum. text. est cum gloss. in l. redhibitoria. ff. de ædil. edict.

DCCLXXVIII.

Illud venit in contractu venditionis in dubio, quod tempore contractus demonstratur. l. ædiles. §. vendendi. ff. de ædil. edict. quam allegat Bald. in l. cum proponas. C. de ædil. actio. quòd si ostenditur equus cum ornamento, potest illud petere.

DCCLXXIX.

Si venditor sciuit, emptor supinè ignorauit, non tenetur venditor

venditor redhibitoria. gl. est in l. 1. C. de ædili. actio. quā ibi sequitur Bald. Sed gloss. videtur tenere contrarium, quam non allegat Bald. in l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædili. edi.

DCCLXXX.

Vxor debet præstare obsequia viro non patri. tex. est quem ponderat ibi Bal. in l. si inuita. C. de nupt.

DCCLXXXI.

Vxor funeranda est pro portione dotis, quam vir lucratus est, & de alijs bonis mulieris. tex. est not. in l. Celsus. ff. de religio.

DCCLXXXII.

Vxor intra annum debet ali ab heredibus viri, si non habet aliunde vnde se alat. glo. est in l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ actione de quo latè per doctor. in l. diuortio. ff. soluto matrimonio.

DCCLXXXIII.

Tu scis quod vxor non potest se obligare pro viro, hoc nō procedit quantum ad dotem pro filia. Bald. in l. 1. ff. soluto matrimonio. in auth. si mulier. C. ad velleia.

DCCLXXXIIII.

Violentia commissa per pactum non recipit punitionem. gl. est not. in l. 3. C. vi bon. rapt.

DCCLXXXV.

Venditor antequam tradat, dicitur pleno iure dominus. text. est, & ibi Bal. in l. si ancillam. C. de actio. empti.

DCCLXXXVI.

Relinquitur alicui mulieri cum erit vidua, sufficit quod semel sit vidua, licet non duret. Bal. & Pau. de Castr. per illum textum in l. fi. C. de indicta viduitate tollēda. de quo per Bal. in l. Titius. de excus. tut.

DCCLXXXVII.

Visus non est de substantia stipulationis. gl. est not. in §. item verborum instit. de inuti. stipul.

DCCLXXXVIII.

Vendo rem, & si displicuerit, quod sit inempta, quæro quando poterit dicere emptor, quod sibi displiceat, an sit in iure aliquod tempus statutum? Et respondeo quod sexaginta dies, vt est tex. sing. in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædili. edic.

DCCLXXXIX.

Verbum conuenit, in instrumento positum importat pactū nudum non stipulationem, vt notabiliter probatur in l. lecta. in ver. conuenit. vbi gl. & Bar. ff. si certum petatur.

DCCXC.

Visio exempli dictorum testium non inducit testium publicationem, adeo quod quis non possit alterius producere, si non viderit originale. dictum est notabil. Bal. in l. fin. ff. quemadmodum testam. aperiantur.

DCCXCI.

Res quæ sunt in domo, potius præsumuntur viri quam vxoris, & ideo oportet quod vxor probet suas. tex. est. not. in l. si ego. §. dotis. ff. de iure dot. quem ita allegat Bal. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito.

DCCXCII.

Vsusfructus si relinquitur filio, acquiritur patri commoditas, ipse autem filius habet ius. Bar. in l. fin. C. de vsufruct. gl. in l. 3. §. si filio. ff. commod.

DCCXCIII.

Vulneratus vno vulnere qui mortuus est si essent plures in rixa, nec apparet quis intulerit vulnus, omnes debent absolui. glo. est singu. in l. item Mala. §. primo. ff. ad legem Aquiliam.

DCCXCIIII.

Vulneratus fuit aliquis pluribus percussionibus, nec appareret ex cuius vulnere mortuus sit, præsumitur ex omnib. vulneribus mortuus. text. est not. in l. item Mela. §. si plures. ff. ad legem Aquiliam.

DCCXCV.

Vulneratus si post triduum visus est ire cum baculo, & postea moritur, non tenetur vulnerans de occiso. gloss. est singul. in l. 1. C. de emenda. seruo.

ADDITIO.

Adde Dinum sing. 106.

DCCXCVI.

Vulnerato non creditur exculpanti aliquem. gl. est singu. in l. 2. ff. ad Sylleia. & est text. singu. in l. 3. §. 1. eod. titu.

DCCXCVII.

Vulneratus si non adhibuit medicum, vel adhibuit malum, non tenetur vulnerās de occiso. gl. est sing. in l. si ab hostibus. §. fi. ff. solut. matrim. Et ideo dixit Bart. in l. exceptionem. ff. de fideiussor. allegans gl. in d. §. fin. quod sententia lata contra fideiussorem, qui non adhibuit aduocatum vel malum, non præiudicat debitori.

DCCXCVIII.

Vsusfructus non debetur patri in rebus aduentitijs ex illicita causa quæsitis. Ale. in l. quod seruus. ff. de acquirend. possession. qui adducit Ioan. Andræ.

ADDITIO.

Adde Aluisi. de Albert. singu. 54. qui ponit alias fallentias quando patri non quæratur vsufructus in bonis filij.

DCCXCIX.

Orta est quædam altercatio inter duos doctos viros. Quidam vouerat tradere vnam pulchram vestem cuidam ecclesiæ, vtrum per tale votum absque aliqua traditione ei set translatum dominium in ecclesiam? & in campum venit tex. in l. fi. C. de sacrosanct. eccles. vbi est speciale in ecclesia, q̄ transferatur dominium sine traditione. Et ego adduxi tex. in l. si quis. ff. de pollicita. vbi per gl. & per Barto. quod non est translatum dominium. nec obstat text. in d. l. fi. quia nos loquimur in casu in quo aliquid depēdet ex consensu vnius tantum, ne contingat duo specialia simul concurrere. l. 1. C. de dotis promissio. quæ concurrerent, si transferretur dominium. Intellige tamen, quando hoc non fit in vltima voluntate.

Et adde, quod si testator mandat fieri calicem in vna ecclesia, nec statuit pretium nec materiam, intelligitur de calice honorabili secundum consuetudinem illius ecclesiæ & facultates testatoris. ita Bald. in l. si nondum. C. de fur. & Barto. in l. Titia §. Seia. ff. de auro & argen. lega. dicit quod intelligitur de calice de argento.

DCCCI.

Dum essem in mensa amici, & allatum esset mustum, interrogaui an crederent, quod iura nostra determinarent tempus, quando debemus bibere vinum nouum. Et adduxi textum in l. iubemus. C. de erogatio. milita. anno. libr. 12. quod post Calendas Nouembris.

DCCCI.

Testator legauit mihi vnum vasculum boni vini dulcis, quærebatur cuius expensis deberet portari ad domum meam? Et dixi hæredi quod meis. Bartol. in l. si damnatus. ff. de vino lega. Et vide quod notat Bart. in l. 1. ff. de alimen. leg. & omnino in l. item illa. in fine princ. ff. de consti. pecun.

DDCCII.

Amicus meus habebat pulchram vineam quæ producebat vinum dulce, de quo iam bibi, & in mensa erant fercula delicata, exiccata est propter frigora, soluebat omni anno communitati duos florenos pro collectis. Cõsului quod non tenebatur soluere collectas pro tali vinea. allegaui tex. not. vbi per Bart. in l. forma. §. 1. ff. de censi.

DCCCIII.

Licet res furtiua non possit vsucapi. §. furtiuæ. Inst. de vsuca. tamen res hæreditaria surrepta sic, text. est no. in l. si homo. ff. de vsucap. quam not. alleg. Baldus in l. si abducta, in fin. C. de fur.

DCCCIIII.

Fuit à me quæsitum. Aliquis accommodauit ferramenta ad maleficium committendum, an talis tanquam præstans opem debeat puniri æquè vt principalis? & adduxi not. per Bal. in l. 1. C. de Nili agger. non rumpen. quod ferens opem, punitur eadem pœna qua delinquens, hoc est verum, quãdo fert opem per actum proximum, puta, quia assistit facienti. Si autem fert opem per factum remotũ, tunc mitius punitur. Et quantum sit istud minus arbitrarium est. Et ita consuluit Din. secundum Bal. Ille ergo qui non coadiuuat in actu, sed aliquod præparatorium fecerit, vt quia ferramenta accommodauerit, iste non æquè delinquit, sed minus, ideo mitius punitur, quod est not. secundum Baldum. ad idem Bald. not. l. 1. C. de crim. pecu.

DCCCV.

Si iudex habet arbitrium in impositione pœnæ, potest procedere vsque ad supplicium pœnę corporalis, si hoc criminis magnitudo desiderat. Bald. in l. 1. C. de his qui latro. & sic potest saluari glo. reputata singu. in §. in summa. Instit. de iniur.

DCCCVI.

Aduertant iudices, quod licet possint in criminalibus incipere à captura personæ, tamen si iudex capere innocentem, deberet puniri. tex. est not. vbi per Bald. in l. 2. C. de his qui latro.

DCCCVII.

Fui semel interrogatus, an contumax verus sit in famis? Et respondi quod non. allegaui. tex. notabil. in l. fin. C. de requi. reis.

DCCCVIII.

Fiunt inuentaria per tutores. Sed quæro, quando inuentarium dicatur legitimè factum? Et respondeo, quando cõtinet omnia distinctè & clarè. text. est not. in l. si quis intra. C. de bon. proscrip.

DCCCIX.

Illud quod est valde longè à verisimili, est quædam falsitatis imago. tex. est notabil. in l. milites. §. oportet. C. de quem tex. allegat notab. Bald. in l. 1. C. de seruis fugi. in 3. col. quod in quadam inquisitione fuit manifesta falsitas, in qua dicebatur, quod familiaris domino mandauerat, & idem si diceret, quod filius mandauit patri, & facit q̃ habetur in c. quia verisimile. de præsumptio.

DCCCX.

Iudex fecit capi malefactorẽ in alieno territorio, fuit processum vsque ad executionem, an teneat quod factũ est? Bal. quod sic, nisi sit appellatum, in l. requirendi. C. de seruis fugi. Dicit tamẽ q̃ iudex territorij in quo fuit captus, poterit vlcisci suam iniuriam. c. ex parte. de verb. sig. Sed est aduertendum, posset fortè opponi semper exceptio imcompetentiæ.

DCCCXI.

Locum tenens authoritate hominis non potest imponere pœnã sanguinis, sed locum tenẽs authoritate legis vel principis sic. gl. est notab. & ibi per Bart. in l. 2. C. de offic. eius qui vices alterius gerit. Bar. in l. 1. §. hi quibus. ff. de leg. 3. Bal. in auth. sed nouo iure. C. de ser. fugiti.

DCCCXII.

Caueãt illi qui recipiunt in custodias scienter res furtiuas, quia tenentur pœna furti. tex. est no. in l. eos. C. de furtis, & ibi dicit Bal. quod propter hoc vidit quandam mulierem furca suspendi. Caueant etiam illi qui scienter recipiunt res furtiuas in pignus secundũ Bal. ibi. Et dicit Bal. in l. crimen. C. ad leg. Iu. de. vi publica. quod receptantes furta debent puniri tanquam latrones. tex. & Bal. in l. 1. C. de crimi. pecu.

DCCCXIII.

Præsumitur dignus, qui est electus à principe. l. disputare. C. de crimi. sacrileg. quia princeps aut dignum recipit aut dignum facit, & ideo est impossibile quod non sit dignus.

DCCCXIIII.

Dum semel haberetur sermo de piratis, dixi quod æquiparantur hostibus fidei & principis, & possunt impunè à quolibet spoliari. tex. est in auth. nauigia. vbi per Bald. C. de fur. & Bald. in l. 1. in fi. C. qui bon. cede. pol. quod sunt publici hostes sed infames, licet dicantur militare sicut catulus in syluis.

DCCCXV.

Volo tibi dicere duas laudes seruorum, si illas nescires. Si seruus, ergo iniquus. l. penul. vbi per Bal. C. de libertis & eorum libe. Si seruus, ergo fur. glos. est not. in l. iulianus. in princ. ff. de actio. empt.

DCCCXVI.

Dum mihi semel quidam pater conquereretur de nequitia & inobedientia filij, dixi, ponas illum in compedibus, quia habes hanc potestatem à iure. adduxi text. in l. congruentius. C. de patria potesta. quem allegat ad hoc Bal. in l. libertos. C. de obse. patro præstan.

DCCCXVII.

Conquestus est semel quidam pater habens pulchram fillã, quod princeps suus inuitabat illam sæpe ad choreas, dixi, non mittas, & ipse malè facit, quia debet scire quod ab omni superioritate exceptum videtur ius honestatis l. retractare. C. ne fiscus rem quam vend. euincat. libr. 10. quam allegat Bal. in l. quod ex liberta. C. de oper. libertorum, vbi habetur, quod causa euitandæ suspicionis liberta nupta non tenetur ire ad domum patroni.

DCCCXVIII.

Ego vidi pulchrum casum in facto, quidam miles quando ibat armatus, portabat quoddam insigne regis franciæ, modo legauit equum suum & arma, & omnia ornamenta, fuit dubitatum, an legatarius posset portare illa insignia regis? & conclusum est quod non, quia non potest portare illa sine vituperatione, cum reputetur ad nimiã fatuitatem. l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & argen. lega. & hoc voluit not. Bal. in l. 1. C. de verb. signific.

DCCCXIX.

Nota vnum casum nouum secundum Bar. quod si sunt duo ciues, vnus habet filios alter nõ præferri debet habens filios. tex. est ponens nouum casum, in l. in albo. C. de decurio. li. 10. & ista prælatio consistit in ordine sedendi, scribendi, quod est notabile.

DCCCXX.

Vidi semel doctorem quendam qui erat in consistorio magnus aduocatus, rogatum fuisse à duobus rusticis, vt inter eos scriberet tanquam tabellio contractum vendi tionis, dixi pro certo, si iste doctor esset ita excellens vt fama est, non ignoraret. text. est not. in l. vniuersos. C. de decurio. libr. 10. quem ibi ponderat Bart. contra aduocatos exercentes officium tabellionatus, cum sit vile officium, vt ibi, Fateor tamen secundum Barto. quod instrumenta

menta valent, licet non deberet facere, & ex hoc dicit Ang. in d. l. vniuersos, quod si statutum dicat, quod nullus notarius nisi sit in matricula descriptus faciat instrumenta, contigit quod notarius qui non erat in matricula fecit instrumentum, an valeat? Et dicit quod sic, intellige tamen quod doctor potest perficere antiqua instrumenta, sed noua inchoare non debet, pro hoc quod notat Bal. in l. 2. ad fi. C. de senten. Allegat gl. notab. in c. vt offic. de hæret. in 6.

DCCCXXI.

Caueat actor accusans contumaciam rei, quod non recedat à foro, nisi licentiatus. allegatur text. in l. si quis. C. de decur. lib. 10. & ibi Alex. qui adducit alia.

DCCCXXII.

Tu scis quod nemo debet extrahi de domo inuitus. l. plerique. ff. de in ius vocand. tamen vt acceptet officium ad quod est electus potest extrahi. textus est notabil. in l. ex omnibus. C. de decur. libr. 10. quod est notabil. secundum Bartolum.

DCCCXXIII.

a Illi qui sunt in dignitate positi, non sunt torquendi, sed quæro, an valeat consuetudo contraria? Et respondeo quod non. tex. est notabil. in l. omnes iudices. C. de decurio. li. 10. quod est not. secundum Bart. ibi.

ADDITIO.

a Non sunt torquendi. Adde l. miles. C. de quæstionibus. & ad materiam de qua hic, adde Alex. in l. 1. C. de quæstionibus, post Odofred. in tract. de quæst. Idem tenet & sequitur Angel. Aret in tract. malefic. in verb. fama publica. versi. sexto quæro. nũ. 102. Paul. de Leazar. in cap. grauis. de depositi. Francis. Brun. in suo tract. de iudic. & tortur. ver. quid autem de doctoribus.

DCCCXXIIII.

Tenetur ciuitas parare exercitum, & quando princeps stetit per centum annos, quod ciuitas non parauit, quia necessitas non exigebat, non perdit tamen propter hoc princeps ius suum. ita nota. dicit Bart. in l. in filijs. C. de decurio. li. 10. per illam legem quam dicit esse notandam, & ad hoc potest allegari text. in l. hæc autem iura. ff. de seruitu. vrbanor. prædio. & notata per Baldum & Angelum. in l. 2. ad fin. C. de præscript. 30. annor. & quod voluit Bald. in l. imperium. in 7. column. ff. de iurisdictione omnium iudic. per Barto. in l. cum scimus. C. de agricol. & censi. libr. 11.

DCCCXXV.

Dictum est, quod filius sequitur conditionem patris quo ad notabilitatem, non matris. Sed quero, an per statutum & consuetudinem possit induci, quod filius sit nobilis ex progenie materna? Et respondeo quod nõ. tex. est notab. in l. exempto. C. de decurio. li. 10. Reprobatur. n. talis consuetudo. & ibi Bart. exultat de hoc dicto dicens, perpetuo memoriæ esse commendandum.

DCCCXXVI.

Quæro, fuit lata sententia in contradictorio iudicio, quod aliquis esset ciuis alicuius ciuitatis, an talis sententia facit ius quo ad omnes? & respondeo quod sic. Ad hoc adduco Ange. per illum textum in l. quotiescunque. C. de decurion. libro 10. qui dicit quod ita semel fuit consultum de facto, sed non fuit allegata lex ista, & ideo nota eam, vt scias allegare.

DCCCXXVII.

Semel dũ diceret amicus meus, fuit celebratus talis actus, sed non vt fieri debebat. & ego respondi, ergo fuit debiliter factus. Adduxi tex. & ibi Ang. in l. nominationem. C. de decurio. lib. 10. qui etiam declarat per illum textum, quomodo intelligatur statutum, si aliquis debilitauerit membrum alterius, quod non solum quãdo membrum remanet inualidum vel aridum ex toto, sed etiam si virtus membri est debilitata, quod not. quia iam fuit magna contentio.

DCCCXXVIII.

Quæro, Aliquis non potest esse consul, nisi habeat tot in bonis, an inter facultates viri computentur bona dotalia vxoris? Bart. notabiliter dicit q̃ non, in l. Lucius. § idem respondit si constante. ff. ad municipa. & tu allega etiam gl. in l. ad subeunda. C. de decurio. libr. 10.

DCCCXXIX.

Tu habes quod quis efficitur incola, vbi habet maiorem partem fortunarum suarum. Item, vbi constituit sedem tex. est not. vbi per Bar. in l. ciues. C. de incol. li. 10. ex quo dicit Bar. si probo, quod tu habes in ciuitate ista aliquid, præsumeris incola, nisi probes quod alibi habes plus, quod est notab. secundum Bart. probat etiam tex. iste, q̃ quis dicitur peregrinari, quando nõ est in loco suæ habitationis, & ita de me potest dici. Ego. n. adeo in italia dilexi dominos Germanos propter copiam auditorum de Germania, q̃ ardebam ingẽti desiderio visitare & videre partes, & legere in vniuersitatibus Germanię, quod mihi non displicet feciſſe, imo semper exalrabo vocem meam in laudando loca & personas Germaniæ. Sed non illum trufatorem qui abduxit ancillã meam, qui iudicio meo solus est fæx Germaniæ, & maximè patriæ suæ Frisiæ.

DCCCXXX.

Dum semel obijsset quidam Rex relicto filio infante, interrogaui quosdam adstantes, si crederent q̃ iste infans posset coronari vt Rex, omnes dicebant q̃ non, & ego adduxi tex. q̃ sic, vbi per Bar. in l. 1. C. de munerib. & honorib. non continuan. li. 10. Dicit etiam Bar. q̃ infans potest esse miles, & ex hoc dicit ibi notabiliter Ang. q̃ in quæstione facit respondit, quod quis potest nasci tabellio, nam cum tabellionatus cõcedatur per priuilegium principis, vt in auth. de tabel. in prin. poterit concedi istud priuilegium, vt ipse, & qui nascentur ex eo sint tabelliones, qua. n. ratione potest concedi infanti dignitas, eadem ratione potest cõcedi alicui dum nascitur, secundum Ang. Non poterit tamen exercere officium tabellionatus, nisi prout habetur in l. impuberem. ff. ad leg. Cornel. de falsi.

DCCCXXXI.

Tu vides, quod eliguntur omni anno ciues, qui sunt de consulatu, & etiam proconsules. Vellem scire, vtrum tales si eliguntur extra ciuitatem ad aliquod officium, possint illud acceptare? Et respondeo quod non, sine licentia superioris. tex. est not. in l. duum virum. C. de decurio. li. 10. & dicit Bar. commenda memoriæ.

DCCCXXXII.

Quæro. Dicit statutum, quod gabella soluatur pro rebus prouenientibus ad aliquem ex causa lucratiua, vtrum si maritus lucretur dotẽ propter adulterium vxoris reneatur soluere gabellam? Et idem quero, si statutum vult q̃ maritus lucretur certam partem dotis decedente vxore sine liberis? & respondeo quod non. text. est notab. vbi per Ange. in l. prima. C. de imponenda lucratiu. descriptione. lib. 10.

DCCCXXXIII.

In ciuitatibus Italiæ eliguntur officiales, qui appellantur Potestates, & durant per annum, qui reddunt ius. Quæro modo, vtrum si talis Potestas ponit edictum, quod si aliquis ceperit malefactorem habeat cẽtum, an hoc valeat? Et respondeo quod non, quia hoc debet fieri per principem vel per commune, vt notabiliter probatur in l. 1. C. de præbend. salario. lib. 10. de quo etiam per Bar. in l. 1. ff. de iustitia & iure.

DCCCXXXIIII.

Quidam mihi dixerat. Talis ciuis noster habitat rus, ne vocetur ad concilia ciuitatis. Dixi, iura nostra prouident in hoc. Habemus enim rubric. C. si curialis derelicta ciuitate res habitare maluerit. libro decimo. quod potest

revocari,grauari & puniri.Et recordor illud dixisse,si iura vestra communia obseruarentur, melius mundus gubernaretur. habemus.n. multa statuta & consuetudines inductas, & melius & vtilius esset pro nobis quod non essent,quia nulla sunt munita ratione, sed sic volo,sic iubeo,sit pro ratione voluntas.

DCCCXXXV.

Accipe vnam cautelam,ne fiat tibi præiudicium.Tu habes ex pacto vel priuilegio, quod non tenearis soluere certã collectam,& tu certa ratione motus.vis illam soluere,facias quod semper protesteris,quod non intendi præiudicare pacto vel priuilegio per talem solutionem sponte munera suscepe.li. 10.

DCCCXXXVI.

Dum essem in partib.Pomeraniæ, fui interrogatus, an quidam princeps volẽs maritare filiam suam posset per hoc imponere collectam subditis suis? Et respondi quod sic,
a aquando ex suo non posset dotem constituere. allegaui Alberic.quem allegat Alexan.in l.placet.C.de excusatio. muner.libr. 10. Et ibi enumerat omnes casus,in quibus dominus potest imponere collectam subditis suis, quando ex se non potest facere.

ADDITIO.

a Quod sic.Brunus cons.32.inci.dum quæritur,consuluit, quod subditi non tenentur dotare filiam domini sui. & Bal.in c.1.§.simpliciter.de c.Conrad.notat q vasalli non tenentur succurrere domino, quando vxorem ducit, vel nurum.idem Pau.de Cast.in l.pen.C.de stat. & imagin ib.cum multis quę refert Iac.de S.Geor.in sua inuestitura feudal.in ver.qui quidem inuestiti.circa fin.vbi ponit, quid si filiam spuriam matrimonio collocaret.

DCCCXXXVII.

Fuit quidam electus ad munus publicum,libenter volebat ille illud munus pecunia redimere,me cõsuluit. Respondi quod non poterat.tex.est notab.in l.illud.C.de excusatio.muner.lib.10.vbi per Bart.

DCCCXXXVIII.

Fuit semel iudex crudelis, qui lacerauit carnes cuiusdam malefactoris vt confiteretur crimen,si talis tortus moriẽs in tormentis,debet iudex tanquam homicida decapitari.textus est,vbi per Baldum in l.1.C.de emendatio seruo.

DCCCXXXIX.

Vellem scire, iudex torquet aliquem dolo malo & sine causa, quæ pœna sit iudici?& respondeo quod est pœna capitis.textum habes notabil.& ibi per Baldum,in l.decuriones.C.de quæstio.

DCCCXL.

Si statutum dicit, q si iudex deprehendit aliquem furtum facere,puniatur tali pœna.Quæro,quomodo dicatur deprehendi?respondeo,quod licet iudex nõ repererit cum in flagranti crimine, sed post furtum consummatum,verificabitur statutum, quia iudex dicitur deprehendere conuincendo,vt notabiliter probatur in l.1.C.de petitionib.bon.sublat.lib.10.Et sine dubio hoc procedit, quando statutum loquitur de iudice,qui iudex non potest deprehendere,nisi per actum indicialem in cognitione criminum. Sed si statutum nõ dirigit verba ad iudicem,sed loquitur de illo qui fuit deprehensus, intelligitur de eo qui in actu fuerit deprehensus, de quo per Angelum & Alexandrum,in d.l.11

DCCCXLI.

Fuit interrogatus à quodam principe in partibus istis si poterat facere, quæ poterat Imperator, cum sit loco suiin suo territorio. Et respondi q si ipse recognoscebat imperatorem in superiorem non poterat, & ideo dixi q non poterat auferre in totum ius alterius, quia hoc pertinet solum ad Papam & Imperatorem,qui sunt supremi principes,vt eleganter declarat Pau.de Cas.post Alb.& Arch. in l.quotiens.C.de precibus Imperatori offerendis.& ita dicit Pau.de Cast.se consuluisse. Aduertant tamen supremi principes & alij non recognoscentes superiorem, q licet possint cum causa rem alterius auferre, tamen debẽt soluere prætium illi cui auferunt glos.habes notab.in l.si locus.§.fi.ff.quemadmodum serui.amit.& ita communiter concluditur,licet contrarium de facto seruetur.

DCCCXLII.

Quidam vendidit scholari per hæc verba, vendo tibi hunc librum pro illo pretio, de quo erimus concordes, hæc venditio nihil valet.tex.habes notabil.in l.empti fides.C. de contrahen.emptio.

DCCCXLIII.

Nota vnum in practica. Quãdo testis interrogatur de facto vnius ex pluribus,& dicit se eum non cognoscere, nisi eũ videat,potest petere vt omnes exhibeant, vt cognoscat illum quo testificatur.textus est notab.in l.3.§. quod ait.ff. de publica. Et facit hoc ad multa alia. Nam quando est vnus stipendiarius qui dedit damnum in possessione alicuius,potest passus damnum petere, quod capitaneus ipsorum faciat omnes cõparere coram se,vt ipsum cognoscat,& ita seruant iusti capitanei.

DCCCXLIIII.

Statutum dicit,Qui emit rem immobilem,& non soluit gabellam,incidat in aliquam pœnam, accusatus est aliquis quod non soluit, & petita est pœna, potest euitare condemnationem soluendo gabellam ante sententiam.text. est notab.in l.hoc edicto.in princip.ff. de publi. quod est not.secundum Pau.de Cast.ibi.

DCCCXLV.

Consuetudo est in l.Italia,nescio quid sit in Alemania,q bona immobilia cuiuslibet sunt descripta in vno libro publico,qui appellatur catastrum,seu extimum,quia ciues soluunt certam quantitatem in anno principi seu communitati pro quantitate bonorum.Modo tu habes auth. sed periculum.C.sine censu vel reli.per quam dicit notabiliter Pau. de Castr.allegans Bartolum in l.incola.ff.ad munic.q non debet remoueri de libro venditoris,quando venditur res aliqua immobilis,nisi profiteatur, quod emptor est idoneus ad soluendũ onera fiscalia,& si non reperietur idoneus, quod ipse soluet, quod commenda memoriæ secundum Pau.de Cast.

DCCCXLVI.

In Italia est consuetudo, quod principes vendunt vectigalia,& adiudicantur plus offerenti. Contigit casus,q quidam obtulit decem, alius offert quindecim, deinde iste secundus non reperitur soluendo, vel recessit insalutato hospite,quæritur, an princeps possit compellere primũ ad recipiendum gabellam?Et Bar.notabiliter tenet quod sic,in l.licitatio.in princip.ff.de publica.quod tamen limitat ibi Paulus de Castro,quando adhuc non fuerat adiudicata secundo.

DCCCXLVII.

In ista materia volo adducere aliquos casus quotidianos.Si aliquis habuit vectigal anno præcedenti,non admittitur ad offerendum, nec debet sua oblatio scribi vel admitti, nisi reddiderit rationem anni præcedentis,& eodem modo si erat debitor communis ex alia causa, nisi det fideiussores idoneos de soluendo,vt est tex.nota.in dict.l. licitatio.§.1.

DCCCXLVIII.

Nota vnum casum, qui fuit in facto. Publicanus antiquus satisfecit

satisfecit de tempore præterito, præfertur pro tempore futuro cuilibet alteri, dummodo offerat tantum quantum ille. Dictum est not.Barto.in l.cotem ferro.§.1.ff.de publica.pro quo allegat bonum tex.

DCCCXLIX.

Tu scis quod exactio vectigalis non potest præscribi, nisi tanto tempore,cuius contrarij memoria non extat.text. est qui semper allegatur, in ca.super quibusdam.§.præterea,de verbor.significa.Scias modo quod liberatio à vectigalibus potest præscribi per 40.annos,quia per tãtum tempus non fuit solutum,& tamen erat res quæ debebat soluere.tex.est notab.vbi per Bart.in l.licitatio.§. earum. ff. de publica.& ibi est etiam text. quod gratia facta abvno officiali publico,non est necessario facienda ab eius successore.

DCCCL.

Princeps vendit gabellam vini, postea emit vinum, de qua emptione deberet solui gabella, si fieret per priuatum, quæritur,an princeps ipse debeat soluere? respondeo q non.tex.habes notab.in d.l.licitatio.§.fiscus. Bar. tamen intelligit textum in fisco vel republica Romanorum,ergo non procedit in recognoscente superiorem.

DCCCLI.

Quidam emerunt ab ecclesia Romana salinas Romãdolæ, postea illi portarũt sal ad ciuitatem Bononiæ,in qua exigitur vectigal de his quæ portantur,illi emptores recusabant soluere dicentes, quod ipsi emerunt ab ecclesia, & ipsa non deberet soluere, ergo nec etiam ipsi qui succedunt loco ipsius,queritur quid iuris?At respondeo quod debent soluere, vt notabiliter probat textus in d.l.licitatio.§ mercatores,& ita consuluit Dinus.

DCCCLII.

Tu scis quod emphyteuta cessans in solutione, expectatur per triennium vel biennium ante quam expellatur.auth. qui rem.C.de sacrosanct.eccle.l.2. C. de iure emphyteu. scias tamen quod si emptores gabellarum deficiant soluere in aliquo termino,statim potest sibi auferri gabella tex.est not.in l.vectigalia.§.nondum solutis.ff.de public. quod nota perpetuo.

DCCCLIII.

Aliquis portat merces illicitas vel licitas, & non soluit gabellam, non solum merces ipsæ confiscantur, sed etiam nauis vel animal super quo portabantur illæ merces. text. est notabilis in l. cotem ferro. §. dominus.ff. de publicanis.

Tu scis quod sine traditione non transfertur dominium. lege traditionib.C.de pactis,sed accipe vnum casum singularem in quo transfertur dominium sine aliqua traditione.nam eo ipso quod res incidit in commissum propter vectigal nõ solutum,siue sit res mobilis, siue immobilis, dominium quæritur fisco.tex.est singu.in l.commissa.ff. de publica.Et nota secundum Paulum de castro ibi allegantem Cinum ita consuluisse,quod illi qui emunt gabellas, debent habere res quæ incidunt in commissum, & possunt eas vendere ad eorum vtilitatem. Et addo quod not.Bar.in l.creditor.in prin.ff.de act.emp.in l.in prouinciali.§.sed si ego.ff.de ope.no.nunti.quod isti qui emunt gabellas à communi possunt vendere res non soluentiũ, sicut posset ipse commune.

DCCCLIIII.

Quidã deliquit in portu maris,quæro quis erit iudex competens ad puniendum?Et respondeo quod ille qui habet iurisdictionem in territorio,sicut si deliquisset in ipso territorio,licet delinquat in aqua sibi cohærente,vt notabiliter probatur in l.Cæsar.ff.de pub.& plus dicit sing.Bar. in trac.de insula, quod qui habet iurisdictionem in territorio vel portu, habet etiam in mari sibi propinquo,per centum miliaria, quæ faciunt per aquam duas dietas, & intellige de miliaribus italicis.Et ita dicit Barto.se fecisse practicari in quibusdam piratis captis in mari Pisano. quod est pulchrum.Et hoc dictum approbat Pau.de Cas. in d.l.Cæsar.

DCCCLV.

Quæro,aliquis corrupit vxorem alterius, nam nõ aliud grauius posset facere, & tu habes duos tex. multum singulares qui videntur contrarij.Nam tex.in l.codicillis.§. mater.ff.de leg.2. videtur probare quod deterius est corrũpere vxorem,quod occidere filium,sed tex.in l.interdũ. ff.de publica.probat totum contrarium.& ideo dicas sm Pau.de Cast.in d.l.interdum.istud esse existimandum secũdum qualitatem personarum, quia quidam parum curant,si corrumpatur vxor sua,vt viles homines.quidam econuerso.facit l.isti quidem.in fi.ff.quod me.causa.

DCCCLVI.

Confiscata est quædam domus propter delictum, quæro, an censeatur confiscata instrumenta quæ possunt inde separari,& quæ non veniunt in venditione domus vel fundi?Et respondeo q non.allegatur tex.not.secũdum Pau. de Cast.ibi,in d.l.interdum.§.idem diui, & si tu vis scire quæ sunt illa quæ veniant, & quæ non veniant in venditione domus vel fundi,textus est notab.in l.iulianus.in fi. cum legibus sequen.ff.de actionib.empti.

DCCCLVII.

Quæro,communitates quandoque habent statuta,quod si quis ruperit confinia cum suis animalibus.i.quia caduat in territorium sine sua licentia. quod perdantur animalia,ab aliquo fugerunt animalia, & ingressa sunt alienum territorium,an dicantur rupisse confinia, & sic sint perdita?Et respondeo quod non, per tex.no.in d.l.interdum.§.serui qui in fuga.ff.de public. quod limitat Paul. de Ca.ibi,nisi hoc processerit ex mala custodia dñi.Scias tamen quod potest responderi ad tex.istũ,quia loquitur in seruis habentibus rationem, nos autem loquimur in animalibus,& videtur quod sit diuersa ratio,tamen quæstio est quotidiana.

DCCCLVIII.

Forensis transiens de rebus non soluit gabellam,quæritur, an excusetur per ignorantiam?Et respondeo q non.tex. habes notab.in d.l.interdum.§.licet.Et ratio est,quia iste gabellæ quasi vbique soluuntur, ideo fuit in culpa si non inuestigauit.Nota tamẽ singulariter, q propter ignorantiam minus punitur,quia non incidit res in commissum, sed vectigal duplicatur.textus est sing. secundum vnam lecturam in d.l.interdum.§.diui quoque.

DCCCLIX.

Quidam forensis exiuit portam cum re,pro qua debet solui gabella videntibus publicanis,& nihil sibi dicentibus, quæritur,an possint ire post eum, & accipere rem illam, & pœnam,illo dicente,quare non petijstis,quia libenter soluissem?& respondeo quod sic.tex.est quotidianus in d.l.interdum.§.diui quoque.

DCCCLX.

Quæro etiam,ego petij an sit gabella soluenda,& publicanus respondit quod non, & postea aufert rem propter gabellam non solutam,qua pœna debet puniri iste publicanus?& respondeo quod debet restituere rem cum altero duplo. text. est notabil. in dicto §. diui. secundum vnam lecturam.

DCCCLXI.

Statutum est in ciuitate, q pro animalibus quæ introducuntur in ciuitatem,debeat solui gabella.si aliquis intro

duxit timore latronum, non debet ſoluere, vt eſt text, not.in l.fi.§.ſi propter neceſſitatem.

DCCCLXII.

Quæritur,ſi aliquis portat res de quibus non debet ſolui gabella,an ſaltem debeat hoc denuntiari publicano, vt fiat vna apodiſſa? Et reſpondeo quod ſi eſt certum,quod nõ debet ſolui,non tenetur denuntiare,ſecus ſi eſt dubium. tex.eſt ſingu.uncta doctrina Barto.in d.l.interdum.§.diuus quoque.

DCCCLXIII.

Tu vides quod homines inferioris gradus exhibent reuerentiam hominibus ſuperioris gradus,volo tibi allegare vnam gloſſ.ſingu,quod tenetur,in l.1.§.ſicut autem.ff.de aqua pluuia arcenda.

DCCCLXIIII.

Actio ex titulo de aqua pluuia arcenda datur,quando vicinus aquam pluuiam decurrentem ad fundum ſuum opere manu facto diuertit ad fundum vicini, ita vt ſibi noceat, cogitur.n.opus deſtruere, & ad priſtinum ſtatum aquam deducere,vt in l.1.ff.de aqua pluuia arcenda.Fallit tamen in quibuſdam caſibus vt ibi,& patet per decurſum tituli.Et nota vnum ſingular.text.limitantem hanc materiam in l.ſumma.§.idem Labeo ait.ff.eodem tit.de aqua pluuia arcenda. quod ſi vicinus opere manu facto excludit aquam,ne ſibi noceat,quam non tenebatur recipere de natura loci vel iure ſeruitutis,licet ex hoc alteri noceat,non tenetur hac actione.

DCCCLXV.

Nota etiam vnam legem ſing.in l.Labeo.eodem titu.quæ limitat totum tit. & multas leges de aqua pluuia arcenda. etiam declarat tit. de operis noui nuntiation.q̃ ſi video te facere aliquod opus, quod poteſt mihi eſſe nociuum, & quod tu non potes facere me inuito, licet in tua, quia facis contra debitam ſeruitutem,cautela eſt,quod ſtatim contradicam,vel nuntiẽ tibi nouum opus,alias non poſſum agere vt deſtruas,quod memoriæ commẽda perpetuo, niſi per errorem fuiſſem paſſus. hoc tamen declara prout habetur in l.Sabinus.ff.communi diui. vbi eſt tex. valde not.vbi diſtinguuntur tres caſus Primus eſt, ſi expreſsè conſenſi,ad nihil agere poſſum.Secũdus caſus eſt, quando expreſsè contradixi,& poſſum agere,vt deſtruatur,& etiam ad intereſſe. Tertius caſus eſt,quando ſciui & tacui, & ſeruatur media via,quia non ago vt deſtruatur,ſed ad intereſſe.

DCCCLXVI.

Tu habes tit.de lege commiſſoria, & tit.de in diem adiectione Sed nota vnam gloſſam ſingular.qua non eſt melior in toto corpore iuris ſecundum Pau.de Caſtr.ibi,in l.1.ff.de donation.qualiter dicatur pactum legis cõmiſſoriæ & adiectionis in diem, vt ex eo trãsferatur dominiũ ipſo iure in venditorem ſine noua traditione,vt quando agitur vt res habeatur pro inempta, vel quod vẽditio habeatur pro nõ facta, ſecus ſi dicatur q̃ reuertatur res vel pertineat ad venditorem,quia hoc pacto nõ facit videri venditionem factã non fuiſſe,ſicut in precedenti,& ideo ſic cautus. habeas etiam vnam aliam gl.ſingularem pro limitatione,quia requiritur quod hoc fiat à principio,ſecus ſi ex poſt facto.in l.ab emptione.ff.de pactis.

DCCCLXVII.

Tu ſcis quod donatio ſimplex exceſſiua requirit inſinuationem,ſecus ſi ſit remuneratoria, vt in l. Aquilius.ff.de donat. Sed quæro, reperitur in inſtrumento donationis quod Titius motus affectione quam habebat ad Seium, quia erat ſuus amicus, vel propter eius bene merita, an iſta ſit donatio ſimplex?Et videtur quod non, quia non mouetur ex mera liberalitate,ſed affectione & bene meritis.l.1.cum ſua gl.ff.de donatio, Sed in contrariũ habes tex.notab. in l. affectionis.ff. de donat. quia affectiõ quã habet ad perſonã donatarij,eſt cauſa quod exerceat liberalitatem. Nec obſtat etiã dum dicitur de bene meritis, quia illud non procedit,quando nõ deſcenditur ad ſpeciẽ meritorum,& non probantur eſſe vera. Et notato hoc, quia quaſi in omnib.donationib.ponuntur iſta verba.

DCCCLXVIII.

Dubitatur quomodo cognoſcatur contractus emptionis à contractu locationis.Barto.ponit in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de public.in l.1.§.1.ff.de ſuperficie. Sed ego volo allegare tibi vnam glo.ſing.in l.qui ſaxum.ff.de dona.quod quãdo in locatione miſcetur factũ cum tranſlatione dominij,ſi iſtud factum venit principaliter in contractu,dicitur locatio,ſed econuerſo,ſi principaliter veniret dominij tranſlatio,diceretur emptio & venditio.Exẽplum primi,in l.item ſi precio.§.2.ff. locati. Exemplum ſecundi,in l.2.ff.locati.

DCCCLXIX.

Regula eſt in venditione, quod quouſque res ſit euicta, licet poſſum probare quod ſit aliena, non poſſum agere contra venditorem de euictione,quia ſufficit, quod mihi liceat habere.l. habere licere. ff. de euictio.l. qui rem. C.de euict.hoc ſingulariter limitatur,niſi venditor ſciuiſſet rem alienam.text.eſt ſing.in l.ſeruus.§.ſi.ff. de actio. & emptio.quem tex.ſingularem Paulus de Caſtr.in l.Ariſtot.§.fi.ff.de donationib.

DCCCLXX.

Fuit ſemel facta magna contentio inter nonnullos Iuriſperitos,an ſit mihi licitum recipere pecuniam,vt pro te fide iubeam?audiui illos multa dicentes pro & contra. Dixi tandem,quid laboratis in tot verbis?caſus eſt notabilis,quod ſic in l.hoc iure.§.1.ff.de donatio.in l. ſi remunerandi.§. fina. ff. mandat. nec iſta dicitur vſura, quod eſt pulchrum.

DCCCLXXI.

Tu ſcis quod ille qui non habet poſſeſſionem ciuilem vel naturalem ſed nudam habet detentationem, non habet interdictum vnde vi,vel vti poſſidetis.l.1.§.deijcitur.in fi. ff.de vi & vi arma.habet tamen officium iudicis,vt reſtituatur ſibi detentatio ablata,vel vt in ea defendatur.text. eſt ſingu.in l. Aquilius.in fin.ff. de dona. quod perpetuo commendat memoriæ Pau.de Caſt.ibi.

DCCCLXXII.

Fuit à me ſemel quæſitum, certum eſt quod poteſt donari & legari concubinæ.l.donationes.ff.de dona.l.qui concubinam.ff.de leg.3.Sed ponamus quod habes filios ex concubina extantib. legitimis. vtrum tunc poſſit donari vel legari concubinę?& reſpondeo q̃ non,& ſic debet diſtingui,an habeat filios vel nõ,quia ſic fieret fraus legi, quia poſtea veriſimiliter concubina relinqueret filijs, & certum eſt quod per interpoſitam perſonam poteſt fieri fraus legi.l.1.C.de naturalib.liberis. Fateor tamen quod Pau.de Caſt.in d.l.donationes.in hoc paſſu relinquit cogitandum.Item dat ſingularem limitationem ad prædicta iura, vt procedãt in concubina propriè, ſecus in adultera,quod eſt pulchrum.

DCCCLXXIII.

Quidam donauit domum Titio ad vſum ſuum, quærebatur,an videatur donata proprietas? & quidam Iuriſperitus dicebat quod non, ſed tu habes text.notab. in contrarium in l. donationes in concubinam.§. ſpecies.ff de donatio. & vide notat.per Bartolum, in l.libertis.ff.de aliment.leg.

DCCCLXXIIII.

Tu ſcis q̃ donatio facta filio in poteſtate confirmatur per mortem

mortẽ donantis,ſi moriatur ante filiũ.l.2.cibi no.C.de inoffic.donat.l.donationes.C.de donatio.inter virum & vxorem.Sed ſcias modo, quod etiam confirmatur,ſi pater emancipat filium & non reuocat.caſum habes ſingular.in l.donationes.§.pater quæ filiæ.ff. de dona. & ideo ſcholaris cui pater tradidit libros, faciat ſe emancipari nulla facta mentione de liberis,& tunc erunt præcipui, quod eſt pulchrum.

DCCCLXXV.

Tu habes diſpoſitionem l.diſcretis.C.qui teſtameta facere poſſunt.Scias quod diſtinctio illius legis habet etiam locum in contractibus inter viuos,gl.do tibi ſingularem in l.qui id q̃.§.mutus.ff.de dona.quod eſt pulchrum & perpetuo memoriæ commendandum.& ibi Paul.de Caſtr. multum exultat.

DCCCLXXVI.

Tu ſcis,quod ſi filius inſtituatur hæres & grauatur de reſtituendo,intelligitur illa conditio,ſi deceſſerit ſine liberis l.cum auus.ff.de conditio.& demonſt.hoc non procedit, quando donaret filio cauſa mortis,& rogat de reſtituendo alteri poſt mortem ſuam.gloſſ. habes ſingu.in l.2.C. de donatio.cauſa mortis.quam Paulus de Caſtro in l. ſi cui.ff.de dona.cauſa mort.dicit perpetuo memoriæ commendandum,licet mihi videatur,quod illa gloſſ.nõ probet hoc.

DCCCLXXVII.

Quid diceres de iſto caſu.Mutaui cuidam pecuniam,& poſtea mihi reſtituit pecuniam falſam,quam pro bona expendi,an ipſe ſit a me liberatus?Et videtur dicendum q̃ ſic,quia fuit vtilitatem conſecutus ac ſi eſſet bona.Sed in contrarium habes glo.no.& ibi per Bar.in l.eleganter. §. qui reprobos.ff.de pigno.actio.teneor tamen ſibi ad æſtimationem reprobæ pecuniæ.

DCCCLXXVIII.

Tu ſcis q̃ qui poteſt teſtari,poteſt etiam codicillare.l.2.ff. de le.1.Quid diceres de donatione cauſa mortis,an poſſit illam facere?& allego tibi ſing.gl.q̃ non,in l.tam is.ff. de don.cauſ.mor.niſi quando non poteſt,quia eſt in alie na poteſtate,vt in §.1.illius legis.Ex quo ſequitur ſingulariter,q̃ pupillus etiam cum authoritate tutoris nõ poteſt donare cauſa mortis.ſecundum Paul.de Caſt.ibi.Sed tu allega ſingu.tex.de quo ipſe non fui memor, in l.1.in prin.ff.de tute.& ra.diſtra.

DCCCLXXIX.

Tu iam habuiſti q̃ abſque aliqua traditione in pacto legis commiſſoriæ,& adiectionis in diem tranſfertur dominium ipſo iure.de quo per gl.in l.1.ff.de dona.Dicas idẽ in donatione cauſa mortis,quia tranſfertur dominium in donantem ipſo iure.tex.eſt cum ſua gl.ſing.in l.ſi mortis cauſa.ff.de don.cau.mor.

DCCCLXXX.

Volo tibi dicere vnum modum nouum inducendi malam fidem,poſito,q̃ emptor credat rem eſſe vendentis, & q̃ licite poſſit vendere,quia eſt maior 25.annis,& ſibi non eſt interdictum bonis,& etiam q̃ venditur iuſto pretio, ſi tamen ſcit q̃ venditor in certum malum vſum eſt conſumpturus pretium,reputatur malæ fidei.tex.habes ſingularem,in l.ſi quis cum ſciret.ff.de vſucap.pro empto. quod eſt pulchrum.

DCCCLXXXI.

Si tu vis ſcire differentiam quæ eſt inter illud, q̃ habetur pro delicto,& illud quod ſpargitur in vulgus,vide gl.magiſtram in l.ſi id quod.ff.pro derelic.

DCCCLXXXII

Requiritur quidam,q̃ debeatur tradere alimẽta boui ſuo, denegat & mandat q̃ alteri tradatur,dicitur habere illũ bouem pro derelicto.tex.habes notabilem in l.Sempronius.ff.pro derelicto.

DCCCLXXXIII

Tu ſcis,quod in actione pro ſocio in vniuerſalibus tranſit dominium ſine traditione.l.2.ff.pro ſocio. Sed quæro, quid in venditione ſeu donatione omnium bonorum, tranſeat dominium ſine traditione? Et reſpondeo quod non.gloſſ.habes ſingularem in l.1.ff.pro dote.quod commenda memoriæ ſecundum Bartolum ibi. Sed tu allega textum in terminis in l. qui tibi. C. de hæredita. vel actio.vendi.

DCCCLXXXIIII.

Aduerte tu qui metus quandoque pecunias,ne perdas illas quia habes titulum C.de non nume.pecu.qui emanauit contra creditorem recipientem confeſſionem,& volentem extorquere quod non numerauit,& frequenter cõtingit,quod etiam ſi vere numerauit, remanet in damno,quia ignorantes naturam iſtius tit.recipiunt ſcripturam de manu debitoris in qua continetur ſe habuiſſe & recepiſſe mutuo talem quantitatem,& eam vere recepit tamen debitor malignitatis confiſus,negat etiam ſe recepiſſe.& conqueritur intra biennĩ. Et quia creditor non poteſt aliter probare numerationem,reus abſoluitur,& ipſi creditori imponitur perpetuo ſilentium,& ſic eſt magnum periculum mutuantis. & ideo caue ne confidas de ſcedula debitoris,ſiue dicat cõfiteor me habuiſſe & recepiſſe,ſiue habui & recepi,ſiue ponat vtrunque,etiam ſi diceret hoc non confiteri ſpe futurę numerationis,quia totum hoc eſt de confeſſione,quia non poſſes conuincere debitorem.Sed accipe duo remedia.Primum eſt,q̃ adhibeas notarium & teſtes,in quorum præſentia fiat numeratio.Et ſi diceres,non poteſt haberi ſemper notarius, vel eſt parua quantitas, tunc non facias ſcribi ſcedulam de mutuo,ſed de depoſito,confitendo habuiſſe tantam quantitatem,quia tunc confeſſio eſt ſtatim valida,& probat numerationem.l.generaliter.C.de non nu. pecu.q̃ eſt pulchrum & quotidianum.

DCCCLXXXV.

Depoſuiſti pœnes Titium aliquam rem,& dicitur in inſtrumento,quod illam rem habuiſti à me in depoſitũ. Iſtud inſtrumẽtum licet ſit factum inter te & Titium, probat tamen intentionem meam contra te,etiam non poſſum aliter probare quod depoſuerim,ſufficit hoc inſtrumentum ad probandum.dictum eſt ſingular.Bal.per illũ tex. in l.ſi deſiderium.C.depoſi.quod eſt perpetuo memorię commendandum ſecundum Paulum de Caſtro,propter authoritatem Bald.

DCCCLXXXI.

Quæro,aliquis fuit poſitus in exilio ad certum tempus,reuertitur ad ciuitatem,ſi capitur,quid de eo fieri debeat? Et reſpondeo,quod debet in carcerari,& ibi debet ſtare tantum quod compleat tempus exilij,vt nota. probatur in l.omnes.C.de pœnis, quod eſt notabile, ſecundum Baldum.

DCCCLXXXVII.

Pœnæ legales de iure communi quadruplum non excedũt & ideo ſi quis cõmitteret vnum dictum cum mille qualitatibus,& quælibet qualitas haberet per ſe pœnam,tamen inter omnes non poteſt excedere quadruplum. & hoc in pœnis pecuniariis.Sed quid de pœna amputandæ manus vel pedis, nunquid ſtatutum de pœnis duplicandis locum habeat? & dicas quod non. Sed imponitur illa pœna perſonalis ſimplex,vltra hoc pecuniaria arbitrio ſuo,quaſi perſonali non cadente. Et quia mutilatio ſecundæ manus eſt longe maior pœna quam primæ, & ideo eſſet plus quam duplicatio.Ita ſingulariter voluit Baldus in l.vnica.C. de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.in vltima colum.& vide quod not.Barto.in l.ſanctio legum.ff de pœn.

DCCCLXXVIII.

Si aliquis debet habere præmiũ, si probauerit aliquod maleficium, probauit sclum aliqua indicia, propter quæ vẽtum est ad torturam iudicis officio, iste non meretur habere prẽmium, quia ista probatio potius est facta officio iudicis inquirentis, quam per ipsum delatorem. Dictum est notab. Bal. per illum textum in l. 1. C. in quibus causis serui pro præmio libertatem accipiant, quod didicit memoriæ commendandum.

DCCCLXXXIX.

Ille qui renuntiat liti, licet sibi præiudicet, non tamen fatetur. tex. est sing. secundum Bar. in l. si te, in verbo, probationem. C. de ingenu. & manu.

DCCCXC.

Videtur quis se adstringere ad probandum in quod est probandum, nec valet protestatio in contrarium, quia protestatio non iuuat, vbi necessitas est à iure imposita. text. est not. secundum Bald. in l. non ideo. C. de libera. cau.

DCCCXCI.

Si Papa vel Imperator facit aliquam ciuitatem confiteri esse suam, cum non sit, & iurare fidelitatem, talis confessio & iuramentum non valet, quia rediguntur ad instar tyranni, ita notabiliter dixit Bal. per illum tex. in l. nec si volens. C. de libera. causa. vnde dicit ipse, quod si ciuitas Perusina non esset Romanæ ecclesiæ, omnia instrumenta in contrarium facta essent cassa & irrita. quod dicit Bal. pro deo rota & perpetuæ memoriæ commenda, & hoc dicto facit contra illos malos Christianos, qui negant donationem Constantini, qui solum versantur quotidie in historiis infidelium, nec curant sacras & canonicas scripturas.

DCCCXCII.

Tutor qui non potest satisdare, remouetur ab officio. tex. est notab. in l. 2. C. de tut. vel curat. qui non satisde. secundum Bal. in l. 1. §. 1. C. de assertio. tollen. & sic nota casum in quo non sufficit iuratoria cautio.

DCCCXCIII.

Valet statutum, & videtur mirabile, quod qui capit bannitũ fiat dominus eius. text. est singular. secundum Bald. ibi, in l. 2. C. quibus ad liber. proclama. non licet. nam de iure communi debet statim iudici consignari. textus est, singular. in l. fi. C. de malefic. & mathema. secundum Baldum in dicta l. 2.

DCCCXCIIII.

Res empta ex fructibus loco fructuum succedit. tex. est singular. secundum Bal. in l. si quis in libertatem. C. quib. ad libẽrta. proclama. non licet.

DCCCXCV.

Scias quod de iure antiquo nulla præscriptio currebat male fidei possessori. glo. est notab. in l. fin. C. ne de stat. defun. ad quod ius antiquum rediit ius canonicum secundum Baldum.

DCCCXCVI.

Vitium libidinis principaliter homini tribuitur. l. 1. C. de Senatuscul. Claudian. & ibi Bald. & ibi etiam habetur & mulier incontinens est dedecus totius cognationis, & fulgoribus eius, & quod dedecus est seruire inferiori vel deteriori se.

DCXCCVII.

Si deficit titulus, nõ minori tempore præscribitur res mobilis quam immobilis, & ideo sit cautus scholaris qui emit pulchrum librum, vt de hoc faciat publicum instrumentum, nec deficiat in probatione tituli libro comperto apud alium. nam alias nõ poterit vincere in reali, per text. singular. in l. fi. C. de rei vendi. ita notabiliter dicit Bal. in l. in seruorum. C. in quibus causis cessat fõgi tempo. præscrip.

DCCCXCVIII.

Nota & ille qui in uita non potest morari in ciuitate, post mortem non potest reduci ad ciuitatem ad sepulturam. tex. est sing. qui non reperitur alibi, secundum Bar. in l. si quis in insulam. eo. tit. de cadaue. punito.

DCCCXCIX.

Quidam dum ordinaretur ad sacros protestatus est, & nolebat continere, & ita fuit ordinatus, demum cõtraxit matrimonium. matrimonium non tenet, & sic protestatio quantum ad hoc nihil operatur. Sed non est deponẽdus ab officio, & sic in hoc sibi prodest protestatio, quia propter authoritatem episcopalem non carebit officio, & sic authoritas episcopi malè interpositа excusat à pœna, vt ista notabiliter habentur in c. diaconi. 28. dist. & istud potest adduci ad multa alia.

DCCCC.

In Italia fuit semel magna altercatio inter publicanum, & rusticum, qui cæperat, vnam aquilam, & illam vendiderat, quia ibi erat statutum, & de omni bestia vendita soluantur tantum secundum quantitatem prætij. Publicanus volebat sibi solui, procurator rustici negabat, allegans in fauorem rustici & appellatione bestiæ veniunt solum animalia terrestria, non aues, secus si diceretur de quolibet animali. allegaui tex. notab. iuncta gl. in c. 6. die 35. distin. & ibi est etiam gl. & appellatione animaliũ veniunt pisces, & rusticus ille donauit mihi vnum par gallinarum, quas libenter comedi.

DCCCCI.

Fui interrogatus semel, an Episcopus possit facere cõstitutionem, quod nullæ literæ apostolicæ mandentur executioni, nisi prius præsententur sibi, vt per eum videantur, an in illis sit vitium alicuius falsitatis? respondit & sic, & adduxi Inno. in c. ex eo. de pœni. & remis. Dixi tamen & debere cauere Episcopus, ne hoc faceret ĩ fraudem causa differendi executionem papalem, quia illud saperet rebellionem & inobedientiam contra romanam sedem. Item quod caueret etiam, ne hoc cupiditatis causa fiere.

DCCCCII.

Testator quidam legauit in testamento, quod famulus suus sustentaretur in domo sua toto tempore vitæ suæ. Fuit quæsitum quomodo intelligatur sustentare? Et respondeo, quod debet habere victum & vestitum, vt probat tex. iuncta gloss. in capi. omnino. 31. distinct. & adde gloss. in cap. episcopus. 10. quæst. 2. quod appellatione ciboriorum non veniunt vestimenta, nec appellatione alimentorum continentur medicinæ. gloss. fina. in capit. nihil. 7. quæst. 1.

DCCCCIII.

Tu scis, quod in actibus iudicialibus requiritur trina citatio vel vnica peremptoria in multis casibus. Inno. in ca. ad petitionem. de accusa. notatur in l. si finita. §. Iuhanus ff. de damno infecto. in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iudex. Hoc non procedit in extraiudicialibus, quia vnica vocatio sufficit. gloss. habes notabilẽ in c. si episcopus. 18. distin. quod est pulchrum pro requisitionibus & protestationibus quæ fiunt extra iudicium. Quod intellige, quando fit à pari ad parem, vel à superiore ad inferiorem. Secus si inferior vellet conuincere negligentiam superioris, vt est textus singular. in c. 1. de supplen. negli. præla.

DCCCCIIII.

Nos videmus, quod clerici & religiosi ante prandium & cenam benedicunt mensam, & postea reddunt gratias, vel lẽ scire, si omitterent quid esset. Et respondeo, quod peccarent mortaliter, per te. no. in c. non liceat. 44. dist. quia facerent contra legis præceptum,

DCCCCV.

Quæro, aliquis habebat sex digitos in manu, fecit sibi abscindi voluntarie vnum, an impediatur promoueri? Et est gl. allega tu tex. in c. ab exordio. 35. distin.

DCCCCVI.

Nota vnum pulchrum dictum in materia purgationis canonicæ. Quidam est diffamatus, propter aliquos actus extrinsecos, non indicitur tali canonica purgatio, sed monetur & desistat ab illis actibus, quando pro diffamato est aliqua præsumptio, quod non versatur in delicto propter fœdus naturale. te. habes notabilem cum gl. in c. quorundam. 34. distin.

DCCCCVII.

Vidi semel quoddam mandatum episcopale directum ad suum officialem, vt deberet corrigere quendam clericũ, dixi quod ista erat materia pœnalis, & ideo mitius erat intelligenda, & quod intelligebatur tale mandatũ de verbali correctione, non autem actuali, scilicet cum appositione pœnæ, quia verbum corrigere, intelligitur ĕt de verbali correctione. tex. est in d. c. quorundam. 34. dist. in c. licet. 45. distin. & pro hoc etiam facit quod voluit Domi. in ca. degradatio. de pœn. in 6. vbi statutum mentionem faciens de degradatione, debet intelligi de verbali non actuali.

DCCCCVIII.

Quidam theologus dum allegarem sibi Bar. dixit, allega te. quia ego nolo credere Bar. & quia mihi ante allegauerat sanctum Thomam, respondi, & ego nolo credere sancto Thoma. Replicauit thologus. Ergo es hæreticus, quia doctrina sancti Thomæ est approbata ab ecclesia. Sed sua replicatio non caruit responsione. Dixi. n. non vidisti cũ bona venia tex. in cap. ego solis. 9. dist. vbi dicitur, quod quantacunque doctores sacræ scripturæ polleant sanctitate, quacunque etiam doctrina præfulgeãt, nisi ratione vel authoritate sacræ scripturæ dicta sua muniant, non est eis necessario credendum. Respondit iratus theologus. Sanctus Thomas mouetur ratione. Et ego, Etiam Barto. mouetur ratione, tandem post conflictum orta est pax inter nos, & pro pace firmãda fecimus duos hanstus boni vini.

DCCCCIX.

In quodam consistorio contra me fuit adducta vna decisio Rotæ, Respondi, nego illam. non. n. habuerunt ipsi potestate legis condendę, & doctorum dicta possunt reprobari. tex. est not. in capitu. neque. 9. distin. & ibi dicit Domi. quod decisiones Rotæ possunt reprobari, & illas reprobat in cap. duobus. de rescrip. in 6. ad idem refert Cardin. & Petr. de Anchar. Dicit tamen, quod domini de Rota nolunt recedere à suis decisionibus, etiam si adducantur rationes validiores in contrarium. Habent tamen ipsi iudicare secundum ius, nec possunt condere ius de nouo, quia istud est solius principis. probat etiam textus in dicto capitu. neque. quod laudati homines & famosi in scientia sint maioris authoritatis quam alii, ex fama enim inducitur præsumptio veritatis & existentiæ. ad quod facit quod habetur in l. prouidendum. in fin. C. de postulan.

DCCCCX.

Dum semel visitarem quandam ecclesiam in itinere, in ea erat quidam magister docens & verberans suos scholares, dixi sociis meis, iste præceptor peccat, quia in ecclesia nihil debet fieri nisi orare. tex. us est no. vbi per Arch. in c. in oratorio. 42. dist.

DCCCCXI.

Semel reprehensus fui à quodam qui se tenebat sapientem & doctum in iure, quod appellassem episcopum summum pontificem, ita inualit me, & dixi, & ego ĕt sum iurista, & habemus iura in quibus episcopi appellantur summi pontifices, in c. si officia. in c. qui ecclesiasticis. 49. distin. in c. si episcopus. 18. dist. fuit necesse, quod deuenire mus ad libros, volebant tamẽ pertinaciter suum errorẽ defendere, nec potuit.

DCCCCXII.

Tu scis, & gl. in c. constitutionem. de senten. excommunic. in 6. vult & incurrit minorem ille qui mittit literas excommunicato, ac si personaliter loqueretur. pro hac gl. allega tu optimum textum, in c. perlectis. 25. dist. quod scribens dicitur loqui.

DCCCCXIII.

Vidi quoddam compromissum, in quo dabatur arbitrium arbitro, quod faceret ad libitum suum. Fui consultus de istis verbis. Respondi, quod illud dicitur fieri ad libitum alicuius quod fit iure communi repugnante. tex. adduxi not. in c. nulli. 38. distinct.

DCCCCXIIII.

Casus iste fuit in facto. Officialis deputatus ad capiendum malefactores reperit quendam flagranti crimine, statuit ipsum capere, quod vt facilius facere posset, tradidit vestem longam, qua erat indutus amico ibi assistenti, & scienti, captus fuit malefactor per istum, & suspensus patibulo à me fuit quæsitum, an ille qui tenuit vestem esset inhabilis ad ordines suscipiendos tanquam irregularis? Et respondi quod sic, & adduxi notata per gloss. in §. cõtra. 50. dist. dum loquitur de Paulo qui tenebat vestes lapidantium beatum Stephanum.

DCCCCXV.

Quidam ingeniosus iuuenis emit sibi libros iuris, & in domo studuit, nec vnquam voluit audire in iure legentem, nec priuatè nec publicè, tandem ostendit se iniure peritum disputando, petijt sibi dari doctoratum, dixi quod non debebat doctorari, quia ille qui non fuit primo discipulus, non debet effici doctor. tex. est notab. in c. ordinatos. 56. distin.

DCCCCXVI.

Supra mentionem feci de quodam sapienti viro, vel, vt rectius loquar, qui affirmabat se esse sapientem, erat. n. aliorum reprehensor, & in omnibus mordax, dum interloquendum dixissem, talis doctor semper studet, incontinen. respondit, hoc est falsum, quia quando dormit, nõ studet confundi ipsum, dicens, dicto semper denotat actum continuum quando iungitur actui, qui continue potest fieri, sed si adiungitur actui, qui continue fieri nõ potest, intelligitur semper fieri quod fit debito tempore. adduxi tex. notab. cum sua gl. in c. sanctimonialis. 13. dist. & illud apostoli primæ ad Thessa. vltim. Sine intermissione orate.

DCCCCXVII.

Volo tibi allegare casum sing. in quo fama facit plenam probationem, quando. s. agitur de idoneitate ordinandi, te. est sing. in c. nullus. 24. distin.

DCCCCXVIII.

In quadam publica disputatione quidam Bacchalarius argumentis factis non respondebat, argumentans elatus dixit, tu non respondes, quia nihil scis. & ego defendi illũ bacchalarium. dixi. n. non tacet ex ignorantia, & nescit respondere, sed potest tacere ex alia causa. textum habes singular. in c. in mandatis. in fi. 44. dist. & tandem elegan ter respondit.

DCCCCXIX.

Dum in sermonibus meis quandoque adducerem historias Romanorum, in quibus continebãtur aliqui actus virtuosi ad excitandum Christianos ad actus virtuosos,

quidam me carpsit dicens, ista non debere deduci in sermonibus, sed solum sacrā scripturam, quia qui vult alios reprehendere, oportet ꝙ habeat omnia iura mundi. solū reperitur prohibitum adducere in sermonibus fabulas poetarum. tex. est notab. cum sua glo. in c. cum multa. 86. Inter historiam autem & fabulas poetarum nō parua est differentia.

DCCCCXX.

Dum ducerētur quidam fur ad furcas, interrogaui socium meum, an crederet ꝙ suspensor posset peccare illum furem suspendēdo. Et respondit ꝙ non, propter iustitiam. Sed dixi, ꝙ poterat peccare grauiter, si faceret liuore vindictæ, vel delectatione fundendo sanguinem humanum, propterea in c. miles. in c. cum minister. in cap. lex æterna. 23. q. 6. sunt notabiles textus. Et idem dicendum est de iudice.

DCCCCXXI.

Aduertant illi, qui sunt faciles in occupando dignitates, & beneficia iniustè, & maximè per potentiam laicorum, quales dicuntur inferre iniuriam tali dignitati, vt est text. not. in c. multi. 40. distin. Et ideo si postea impetrant à papa collationem illius dignitatis, sint cauti, quod faciant mentionem ꝙ prius iniustè occupauerant illam dignitatem, quia alias collatio esset subreptitia, quia papa verisimiliter de facili non remisisset illam iniuriam illatam dignitati si sciuisset,

DCCCCXXII.

Fui consultus de hoc casu à quodam sacerdote, qui fuit suspensus ab officio sacerdotali, qui cantauit psalmos & antiphonas cum alijs, an incurrerit irregularitatem? Et respondi quod non, per not. per doct. in cap. presbyterum. 23. distinct. quia istud cantare cum aliis non videtur esse deputatum ordini sacerdotali. Sed tunc incurreret irregularitatem, quando ministraret propria & conuenientia illi ordini.

DCCCCXXIII.

Tu scis quod aliqui sunt suspensi à canone non propter crimen, sed propter defectum, vt illegitimi & corpore vitiati. Quæritur, si celebrant, an incurrant nouam irregularitatem ante dispositionem? Et concluditur communiter quod non, per doct. quia curia seruat, quando dispensat super defectu, non super irregularitate quam contraxit celebrando ante dispensationem. ca. veniens. de fili. presbyte.

DCCCCXXIIII.

Tu habes dictum Innoc. quod allegatur semper in d. c. veniens. de fil. presby. quod si superior facit actum scienter cum inhabili, si est inferior à papa cum causæ cognitione videtur secum dispensare, etiam si aliter non dicat, quod dispenser. Sed pro eius dicto habetur text. notab. in cap. apostolica. 56. distin.

DCCCCXXV.

Tu habes dictum Host. in c. 2. de cle. excom. mini. ꝙ suspensus vel depositus ab ordine sacerdotali, pōt in aliis minoribus ordinibus ministrare, sed tu habes glossam in c. presbyterum. 50. disti.

DCCCCXXVI.

Dubitatur, an si est aliquis priuatus officio sacerdotali possit prædicare? est tex. in c. presbyteros. 50 dist. facit & nō. ex quo infertur, quod si suspensus ab officio sacerdotali prædicat populo, quod incurrat irregularitatem. Hoc tamen non audeo firmare, per textum in clemen. cupientes. §. qui verò. de pœnis.

DCCCCVII.

Tu scis qualiter iura canonica & ciuilia persequuntur blasphemiam in Deum, & sanctos. ca. statuimus. de maledi. in authec. vt non luxu. contra naturam. Sed scias vnum dictum singulare, quod accusans de iniuria illata in diuinam maiestatem dicitur iniuriam propriam persequi & ideo admittitur ad denuntiandum vel accusandum, siue sit infamis, siue seruus, siue cuiuscunque conditionis prohibitæ accusare de crimine publico. dictum est, singulare. Angel. in §. fina. in authentic. quomodo oporteat Episcopos.

DCCCCXXVIII.

Hoc in loco volo adducere quædam pulchra verba Per. de Anch. in sua solenni dispositione inspiciente, Antiquis & modernis temporibus viri catholici & conscientiæ timoratæ &c. cuius dicta si seruabunt celeberrimi sacræ theologiæ, & iuris doctores, nunquam inter ipsos erit aliqua altercatio, sed perpetua pax & concordia. Tractat igitur Petr. de Ancharano in illa disputatione. An decisio quæstionum emergentium in materia vsurarum spectat ad Doctores Theologiæ, an vero ad doctores iuris Canonici & Ciuilis? Et dicit ꝙ prima facie videtur, ꝙ ad doctores sacræ Theologiæ, quia prohibitio vsurarum trahit originem à iure diuino veteris, & noui testamēti. c. quia in omnibus. c. super eodem, de vsu. ergo ad peritos in illa scientia debet recurri ad decisionem dubiorum. Nam in omnibus hoc dicimus, quod cuilibet experto & perito in arte sua est standum siue credendum. cap. fraternitatis. de frigi. l. prima. in princi. ff. de ventre inspiciend. l. semel. C. de re milita. libro 12. Tamen contrarium concludit ipse, s. quod spectat talium casuum decisio principaliter ad doctores iuris canonici, quia scientia canonica specialiter ad hoc tendit interpretando ius diuinum, in casibus dubijs pertinentibus ad moralem philosophiā, vt patet in proœ. decre. Scientia vero theologica pertinet ad interpretationem iuris diuini, quo ad opera domini nostri Iesu Christi, & istud bene dicit probari in libris moralium beati Gregorij super Iob. super illa expositione noui & veteris testamenti. Et videmus quod in libris decretorum sunt decisiones summorum pontificū super dubijs iuris naturalis & diuini, vt patet etiam hoc in compilatione decretaliū, vt habemus de decimis, de baptismo, de voto, de matrimonio, & de simonia, tractatus speciales, quorum proprium est dubia lucidare, quæ erunt super dictis materijs originem trahentibus à iure naturali & diuino, & sic reside, quod interpretatio iuris naturalis & diuini quatenus spectat ad mortalitatem, q̄ dirigit actus nostros in Deum, pertinet ad doctores decretorum, qui ex constitutionibus canonicis, & decretis sanctorum patrū debent ius diuinum adiuuare, supplere, & limitare iuxta notata per doctores, in c. quæ in ecclesiarum. de constitutu. Sed quatenus ius diuinū tendit ad spiritualem & cognitionem veræ fidei in hæreticos, Iudæos, & alios infideles spectat ad Theologos, secundum Petr. de Anchar. in dicta dispositione, qui subdit, ꝙ sæpius vidit magistros in sacra pagina respondentes super dubijs, quæ occurrunt super decimis, testamentis, matrimonijs, vsuris, & similibus errare. Et ideo periculosum est eis aliquid affirmare vel negare. Hæc sunt verba Petri de Ancha. & non Petri Rauen. Et istud idem vult præceptor meus Alex. de Imo. in consi. 107. in 4. volum. Et ego semel legi in quodam libro excellentissimi doctoris Theologiæ, quem quotidie allegamus, & quem nominare nolo, quod in nullo contractu inter aliquos celebrato posset vnus ab altero petere aliquod interesse, propter moram, nisi à principio sibi caucrit de interesse. Hoc est falsum & contra iura nostra, & solum mouetur vna ratione quæ nihil valet, postquam est contra legum latores. Et dum magnificus vir Io. de Reida optimus senator Colonien. & doctorum virorum fautor me inter rogasset de vna materia, quæ erat in iure nostro tangēte conscientiam & animam dixi hoc pertinere ad doctores decretorum.

DCCCCXXIX.

Lex canonica respectu irregularitatis est strictior, quam lex ciuilis, vt inquit glos. in cap. quantum. 50. dist. Nam lex ciuilis,

ciuilis non punit lege Cornelia homicidium dolo non prepetratum, & tamen lex canonica pro tali homicidio imponit pœnam irregularitatis.

DCCCCXXX.

In Italia est consuetudo in multis ciuitatibus, ꝙ quādo aliquis malefactor debet puniri pœna mortis, pulsantur cā panæ non ecclesiarum, sed quæ sunt in turri ciuitatis, modo vellem scire, an ille qui pulsat secuta morte sit irregularis? Et reperio quod non, Domin. in c. ius militare. 1. distin. tenet quod sic.

DCCCCXXXI.

In materia irregularitatis fuit multoties consultus in partibus istis. Quidam diaconus fuit impulsus à socio, ex quo impulsu alius cecidit in terram, & illæso capite in quodā saxo post duos dies expirauit, volebat scire ille diaconus an esset irregularis? Respondi quod non quia ipse nihil egerat in mortem illius, vt vult Cardin. in clemen. 1. de homicid. doctor. in capit. sæpe. 50. distin. Et sic nota hoc, quod vbi quis non agit aliquid in mortem alterius non est irregularis.

DCCCCXXXXII.

Volo tibi dicere vnum pulchrum & singulare dictum: Tu scis ꝙ inimicus testis repellitur. c. cum oportet. de accusatio. Sed scias ꝙ quantum ad repellendum testem tanquam inimicum, vt non possit deponere contra aliquē, non est necesse, ꝙ ipse testis sciuerit illum contra quem deponit fecisse sibi aliquam iniuriam, dūmodo sit facta, vt eleganter voluit Bar. in l. 1. in fi. ff. de his quibus vt indignis. Imo. in c. Raynaldus. de testam. Inn. in c. cum I. & A. de re iudic. Bald. in l. præscriptione. in antepen. col. C. si contra ius vel utili. publi. Roma. in rubrica. de arbitr. in 10. columna. quod est not.

DCCCCXXXIII.

Tu scis quod non potest committi pretio cura animarum, vt in c. quoniam. ne præla. vices suas. Scias tamen quod sacerdos. peregrè profecturus potest pretio conducere sacerdotem, qui exerceat officium. gloss. est notab. in capi. præcipimus. 21. quæst. 2. secundum Abb. in dict. capitul. quoniam.

DCCCCXXXIIII.

Dubitatum est semel, quando clericus dicatur residere'. & adduxi gl. & Archi. in c. id constitujmus. 17. q. 4. ꝙ sufficit, quod sit in ciuitate vel in loco vbi est beneficium, licet non habitet in circuitu.

DCCCCXXXV.

Causa pietatis potest solus prælatus concedere vni indigenti vnam possessionem ad vitam suam. tex. habes. not. iuncta gl. in c. possessiones. 16. q. 1. quem ita allegat Abb. in c. continebatur. de his, quæ fiunt à præla.

DCCCCXXXVI.

Remedium recusationis non potest tolli in rescripto. gl. est notab. in cap. si quis in quacunque. 2. quæstione 6. quam ita allegat Abb. in cap. secundo requiris. & in cap. nouit de appel.

DCCCCXXXVII.

Quidam formosus iuuenis qui duxerat sponsam per verba de futuro, narrauit mihi ꝙ sua sponsa fuit oppressa per vim dixi, si tu non vis non potes compelli illam habere in vxorem. gl. est in c. raptor. 27. q. 2.

DCCCCXXXVIII.

Hic coloniæ mulier adultera ducitur ignominiosè per ciuitatem cum candelis in manu ad ecclesiam. Sed si posset probari, quod vir non faceret debitum vxori, si ego essem iudex liberarem adulteram, per text. not. in ca. si tu abstines. 27. quæst. 2. & in quibusdam locis Franciæ est cō suetudo, quod si vxor alicuius committat adulterium, ipsa nullam patitur penam, sed maritus super asino ducitur per totam ciuitatem præcone alta voce clamante, sic fit maritis qui permittunt vxores suas nimium iciunare. & gl. in c. de benedicto. 32. q. 1. dicit ꝙ in quibusdam locis est consuetudo, quod mulieri adulteræ incidunt capilli & vestes ante & retrò.

DCCCCXXXIX.

Leges imperiales non se extendunt ad illos, qui de facto nō obediunt romano imperio. gloss. not. iuncta cum text. in c. ius. Quritum. 1. distin. Cin. & Bald. in l. cunctos populos. C. de summ. trin. quia non sunt digni laqueis legum. Bart. autem ibi tenet contrarium, non extendunt ergo se leges ad reges Franciæ & Hispaniæ, nisi ex quadam tacita tolerantia in quantum permittunt reges quod subditi vtantur legibus imperialibus, quando leges suæ non disponunt.

DCCCCXL.

Tu scis dispositionem l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. ꝙ filij pro crimine paterno patiuntur pœnam, de qua ibi, hoc non procedit in filijs emancipatis. gl. est notabilis in c. si quis 6. quæst. 1.

DCCCXLI.

Habuimus semel obuiam presbyterum carentem vno oculo, fuit habitus fermo vtrum inhabilitas per quam corpore vitiati repelluntur, vt non promoueantur, sit inducta de iure positiuo vel diuino? multa dicta sunt. Dixi, ꝙ recordabar vidisse tex. probantem quod esset de iure diuino. in c. vsque adeo 33. distin. Et ex hoc infertur, quod papa non possit dispensare cum corpore vitiatis, & tamē quotidie dispensat. & quia est te. in d. c. vsque adeo. quod demoniaci sacerdotes remouentur ab executione ofhcij ibi doctores ponunt vnam facetiam, quod quidam Iudæus improperauit Christiano, quod eorum secta erat magis Deo accepta quam secta Christianorum, & probabat hoc fundamento Iudæus ille, quia nunquam Iudæi à demonibus obsidentur, sed Christiani sic. Sed Christianus respondendo confundit illum per fidum Iudæū. Dixit enim, ideo Christiani flagellantur à Deo, quia ab ipso diliguntur, sed Iudæi sunt diaboli, & ideo quomodo vexabit diabolus alium diabolum? digna pro certo fuit responsio. Et nota pulchrum tex. in ca. nulli dubium 3. quæst. 1. quod diabolus semper tentat meliores. & ibi dicitur, quod circuit quærens quem deuoret, sed quantum ad Iudæum obstinatum non est opus circuitu, quia iam illum deuorauit.

DCCCCXLII.

Caueant sacerdotes habitātes cum mulieribus & sit memores textus, qui totus est aureus, in c. oportet. 81. dist. & in ter alia ibi dicitur, non recipiam sacrificia de manibus vestris, quia polluti estis. Et dū quidam sacerdos amicus meus & auditor mihi obuiasset & dixisset, ꝙ volebat ire ad loquendum cum quadam muliere, dixi vbi est socius? non conuenit sacerdoti, ꝙ solus vadat ad mulierem. tex. est in c. in omnibus. 81. dist. erubuit, & suum iter me vidente dimisit, sed forsitan. per aliam viam reuersus est in regionem suam.

DCCCCXLIII.

Quidam testator legauit mille pro decem mulieribus maritandis. ad hoc legatum non veniunt viduæ quæ volūt maritari, quia intelligitur illud verbum maritandis, de
a primo matrimonio. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verbor. significa. Dictum est notabile Bald. in proœmio decretalium, quod dictum referunt aliqui moderni in rubric. de sponsalib.

ADDITIO.

a §. hoc sermone. Limita regulam d. §. hoc sermone, vt habeat

beat locum in sermone permissiuo,non autem in negatiuo secundum glo.fin.quæ est singularis in l.hoc genus. quam ibi scribentes sequuntur,ff.de conditionib.& demonstrati.& secundum eam consuluit in contingentia facti Oldrad.consi.15.in cip.thema tale est vbi testator in testamento suo mãdauit filiæ suæ ne nuberet nisi mercatori,vel filio mercatoris, & si aliter faceret, priuabat eam hæreditate,ipsa primo nupsit mercatori, postmodum eo mortuo contraxit secundas nuptias cum quodam nobili,dubitabatur vtrum deberet consequi hæreditatem?Et consuluit Oldrad.in d.consi.quod non,sed q̃ debeat priuari dicta hæreditate,quia sermo negatiuus actũ priuario non finitur,secundum d.glossa.fina. in d.l. hoc genus.Et illud consilium Oldrad.refert & sequitur Paul.de Castr.in d.l.hoc genus.& dicit quod de illo consilio & de illa glosl.semel fuit recordatus,& habuit honorem.Adde Iason.in l.diuortio.§.quod in annos.column. 4.ff.solut.matrimon.Felin.in cap.innouamus . colum.vltim.de treug.& pac.

DCCCCXLIII.

Si tu vis scire differentiam quæ est inter inuitum & reclamantem,vide gl.not.in c.1.74.dist.quod reclamans dicitur ille qui voce restitit,inuitus qui alio signo , licet non voce.Ille ergo qui non restitit voce aut signo, præsumetur voluntarius.

DCCCCXLV.

Tu scis dispositionem l.lis nulla.ff.de iudic.q̃ inter patrem & filium,non potest esse iudicium.& quod gl.dicit ibi,q̃ nomine alieno potest alter agere contra alterũ.Sed hoc procedit ad commodum alienum nõ proprium,vt cum ageret iure cessio,quia alter contra alterum nõ potest recipere cessionem.duas habes gl.notab.in l.si pater.§.1.ff. de iure do.in l.actiones.ff.de actio.& oblig.quas extollit multum Paul.de Castr.in d.l.lis nulla.Ittas tamen gloss.limita secundum Bal.in l.si pater.§. 1. in lectura antiqua, quando fieret cessio ex ea causa,ex qua inter eos nõ posit esse iudicium, alias secus.ad idem Barto. in d.l. actiones.Limita etiam d.l.lis nulla.per tex.not.in l.si putas. ff. de peritio.hæredi.

DCCCCXLVI.

Quod acquirit vxor constante matrimonio in dubio præsumitur acquisiuisse de bonis mariti.l.Quintus.ff. de don. inter vir.& vxor.l.etiam.C.eod.titu.Limita notabiliter, nisi maritus in contractu confiteretur pecuniã processisse ab vxore,tunc non poterit postea allegari,quod illa pecunia sit acquisita de bonis viri.Alex.in consi.24. in 1.volumin.multum extollit hoc dictum quod fuit Bald. Secundo limita nisi vxor administraret bona alterius , vt voluit singulariter Salice.in d.l.etiam Alex.in consi.40. in 3.volumine.

DCCCCXLVII.

Quæro,Est positum interdictum in ciuitate,vbi est vniuersitas,an illud interdictum noceat vniuersitati?Et respondeo quod ciuitas interdicta non habet priuilegia studij, quia organa sunt suspensa. Dictum est notab. Bald. in procœmio Digestorum.§.hæc autem tria.vbi ipse allegat Ioan.Andr.

DCCCCXLVIII.

Allegaui semel in corona doctorum virorum vnam gl.fin. quæ placuit omnibus,in fi.24.q.1.q̃ sacramenta quæ spectant ad officium sacerdotis,ita demum sunt licita laicis etiam in necessitate,si expressum in iure,quam glo. multum notat Abb.in cap.decernimus.de iudi.in c. quanto. de consuetu.

DCCCCXLIX.

Illustrissimus dux Pomeraniæ in quadam causa ardua fecit examiminari testes ad æternam rei memoriam. interrogauit me,quia tunc eram consultor suus,an sufficeret citatio ad domum,an requireretur citatio personalis? D. hoc dixi in alphabeto.Sed dixi quod ad tollendum dubium erat tutius,quod fieret citatio personalis.Alex.consil.348.in 2.volum.

DCCCCL.

Communiter dicitur,quod fama facit semiplenam probationem,vt not.in l.3.§.eiusdem.ff.de testi.Sed scias quod vbi probatio à communiter accidentibus difficilis esse solet,fama facit plenam probationem.Anton.de Butr.in cap.præterea.de testi.in capit.transmissa.qui fil. sint legi. Barto.not.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de operi.nou.nun.in 8.q.Facit quod not.Cin.& Bar.in l.si quidem.C.dolut.matrim.Et ideo consuluit eleganter Alex. consi.66.in 3.volum.quod per famam potest probari,q̃ filius percusserit matrem,quia à communiter accidentibus istud est difficilis probationis , quia istud non consueuit fieri palam sed clam.& Alexande.in consilio 166. in 1.volum.consulit quod fama probat , quod aliquis in domo fuit percussus,quia est difficilis probationis. Et consuluit Roma.in consi.7 quod ex pluralitate præsumptionum inducitur probatio,& licet sint diuersi generis,tamen simul iunguntur,quando sumus in casu qui difficulter probatur,vt in damno de nocte dato . Et not. ista,quia quotidiana.

DCCCCLI.

Si statutum dicit,quod quæstiones compromittantur inter affines,hoc statutum intelligitur durante affinitate.tex. est notab.vbi per Barto.in l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de postu.Et ideo dixit ibi Bal.quod licet quis pro vxore fratris viuentis non possit testificari,tamen secus , si est vidua,quia dissoluta est affinitas.Et ideo dixit glos.singul. in l.sed hoc ita.ff.de re iudic.quod dissoluta affinitate est dissolutum amoris vinculum. quam adducit Bal.in d.§. affinitatis.& in l.fina.C.de verbo.significa.& ibi Paul.de Castr.dicit illam ordinariam.Et ideo in quadam ciuitate Italiæ est hæc consuetudo,quod mortua vxore sine filijs vel marito congregantur omnes coniuncti viri & vxoris in ecclesia,& tactis manibus dicunt, eramus boni affines,modo sumus amici.Quo ad quoldam tamen effectus per dissolutionem matrimonij non dissoluitur affinitas.textus est singu.in l.fin.C.de verbo.signi. & ibi per Bald.& Paul.de Castro.

DCCCCLII.

Si aliquis consentit,q̃ alius de re sua testetur,sibi præiudicat.tex.habes sing.in l.sicut.§.venditionis.ff.quibus mo. pig.vel hypo.sol.quem dicit sing Bal.in l.quoties.C.de fi deicom.in l.vendition.C.pro.emp.in l.si tibi.§.de pigno re.ff.de pac.in c.1.§.præterea.quibus.mod.feu. ami. Pro cuius tex.intellectu sunt videnda no.per Bar.in l.cũ quis in prin.c.ff.de leg.3.

DCCCCLIII.

Ecclesia magis subiacet fraudibus quam minor . Et est ratio,quia ecclesia regitur alieno animo tantum. Sed minor suo animo & alieno,& ideo strictiores sunt prohibitiones ecclesiarum quam minorum.Ita no.Bald.in c. 1. in prin.episcopum vel abbatem.allegat.gl.quam dicit singu.in l.1.C.de contra.iud.illam etiam allegat in pulchra quæstione in authen.quibuscunque.C.de sacrosan. eccl. & ibi illam dicit ordinariam,& perpetuo memorię commendandam esse.

DCCCCLIIII.

Vectigalia quæ soluunt ipsi ciues ex statuto ipsorum ,non dicuntur regularia,sed quoddam pactum ciuium.gl.est sing.in l.nec ex prætorio.ff.de reg.iur.secundum Bald.in c.1.in fi.prin.episcop.vel Abb.

DCCCCLV.

Volo tibi allegare vnam glossauream secundum Bal. in l. ab hostibus.§.si vir.ff.soluto matrimonio quod si maritus negligat vxorem infirmam,non debet lucrari dotem propter mortem ipsius, siue tale lucrum proueniat per pactum,siue per statutum,siue per consuetudinem. De quo etiam per Bald.in l.quod in vxorem.C.de negotiis gestis.quod tamen limitant Bar.& Moderni, quando marit' potuit adhibere medicum,vt quia erat in loco insigni & ipse abundabat facultatibus,ita quod sibi impensa non erat difficilis.Et no.vnum pulchrum dictum Paul.de Ca. in d.§.si vir. quod si maritus se absentabit nec prouidit vxori de alimentis,mortua est vxor,non debet consequi lucrum ex forma statuti.Et de isto dicto exaltat vocem suam dicens se ita Florentiæ de iure respondisse.

DCCCCLVI.

Maritus est excommunicatus,persueuerat in excommunicatione,& vxor non vult secum cohabitare, potest dotem repetere,quia culpa sua non potest secum stare,vt notabiliter voluit Ioan.And.in additio.Specu.in titu.de donatio.inter virum & vxorem.§.fin.in additione incip. quia hic de bannito.refert Alex.in consi.88.in 5.volum.

DCCCCLVII.

Vidi semel vnum processum in quo erant examinati quidã testes ad probandum,quod quidam erat clericus,qui dicebat , sic vidi, quod talis erat clericus.fuit dubitatum,an ista esset bona ratio?aliqui dicebant quod sic,ego allegaui Bal.in cap.cum causam.de testi.qui dicit, quod non probant,quia oportet ipsos adiicere rationem. Et si testes dicunt,quia viderunt ordinari,probãt plene.Si autẽ dicũt quod viderunt eum publice in habitu & tonsura, probãt præsumptiue,secus si non adiiciant publice,quia portare habitum in domo,non facit præsumi aliquem clericum, nisi probetur quod superior ei imposuit habitum.capitu. si iud. x alcus.de in senten.excomm.6.

DCCCCLVIII.

Recordor semel dixisse cuidam iudici,quod quando examinaret testes,deberet interrogare hoc modo, quid scis? quia tunc videtur interrogatus de causa,quia indefinita æquipollet vniuersali, ac si iudex diceret,dic omnia quę scis, & tunc non valeret dictũ testis,si non redderet causam,quia implicite est interrogatus de ipsa, vt not.dicit Bald.in dict. cap.cum causam.de testibus.Et idem si testis iurauit expresse dicere oẽm veritatẽ,siue fuerit interrog.siue nõ. Ista est no.glo.in c.fraternitatis.de testib.secundũ Baldũ in dicto cap.cum causam,qui etiam ibi in fine dicit,quod si testis dicit credo,quia vidi,probat allegat illud Thomę apostoli quia vidisti me Thoma,credidisti.Secus si dicat, vidi,quia credo.

DCCCCLI&.

Fuit factum semel vnum interrogatorium,quod testes interrogarentur,an esset tempus pluuiosum vel clarum? Dixi illud fore impertinens , nec debere interrogari. allegaui glossam singularem in dicto capi.cum causam in ver.tẽpore quod tamen limitatur,nisi testis esset suspectus secũdum illam glossam.& istud cõmittitur iudicis arbitrio.

DCCCCLX.

Aduersarius meus impedit testem meum testificari,quæro quid est agendum?allego gl.singul.in d.c.cum causam. in verti.compellas. quæ vult quod habeatur pro confesso. quod intelligit Bald.ibi si dolo impedit, quia tunc statur iuramento aduersarij,secus si illud impedimentum præstet tertia persona secundum Bal.Et pro ipso allego gl. no.in c.venerabilibus.in verti. captus.de senten. excommunica.in 6.quæ allegat legem allegatam per Baldum.

DCCCCLXI.

Accipe pulchrum dictum Bald.examinati sunt duo testes, vnus est iufamis infamia facti, alter vero testis est valde dignus,isti duo faciunt plenam probationem,quia integra fides vnius supplet imperfectum alterius,in l.si quis ex argentariis §.1.ff.de eden.per illum textum, quem te. allegauit etiam not.Bald.in l.1.C.de testibus.quod dictũ testis inualidum confirmari potest per depositionem cõ testium & commenda memoriæ hoc, quia milies habebis in practica.

DCCCCLXII.

Multum amicus nõ est integer testis,nec est omni exceptione maior.Dictum est Bart.in l.admonendi in 9.colum.ff. de iureiurand.Alexan.consi.13.in 1.volumi.Areti. cõsil. 71.de quo per Baldum , in l.data opera.C.qui accus.non pos.in 22.colum.Sed est textus in contrarium,in l.iciẽdũ ff.de vsu.& mirum est,quod præfati doct.conſulentes nõ allegauerint illum.Et hunc textum allegat Bal.l.eos.C.de testibus.per quem dicit,quod iudex debet arbitrari,quod sit idoneus testis,nisi sit alia ratio quam sola amicitia.Et allegat Aristo.dicentem.Amicus amico vult bene, ergo non vult falsum testificari pro eo,quia hoc esset sibi malum non bonum.Sed Bald.in l.2.C.de testibus allegans illum textũ,intelligit illum in testibus instrumentalibus. Nam cum vtraque pars hunc testem adhibuit,valet testimonium.Et ita proprie loquitur tex.ille cum gl.Pro quo allego glo.not.in authen de testibus.§.& licet.quæ voluit quod etiam non fide digno credatur,ex quo est rogatus, quam pro notabili allegat Bald.in l.parentes.C. de testib. Illum etiam textum allegat Baldus,in l.si quis testibus.in vltima col.C.de testibus.vbi dixit, quod nunquam amicitia repellit testem,nisi per accidens,scilicet quando ex amicitia vnius resultat odiositas alterius. Nam amicitia est virtus,inimicitia est vitium,vnde vitium repellit nõ virtus,Bald.in l.3.in prin.ff.de testib.distinguit inter leuẽ & magnam amicitiam.

DCCCCLXIII.

Tu scis,quod domestici & familiares à testimonio repelluntur.l.etiam.C.de testibus.Volo tibi dicere singularem limitationem hoc non procedit in familiaribus & domesticis episcoporum vel nobilium dominorum , quia isti non tenent secum,nisi familiares discretos & bonæ opinionis.Dictum est singul.Innocen.in capit.in literis.de testibus.in c.in sinuante.de offic.deleg.sequitur Bald.in d.l. etiam illa ergo lex etiam intelligitur in familiaribus pauperibus & vilibus,sed intelligendum est hoc dictum in dubio,nam etiã episcopi habent apud se suspectos familiares & malæ opinionis.cap.nulli.cum gl.de ac.

DCCCCLXIIII.

Nota tu iudex quod habes iudicare ex dictis testium , quod licet testes videantur in aliquo esse discordes, si tamen in facto principali de quo agitur sunt concordes, dicuntur legitime probare.glo.habes in cap.cum ecclesia.in verti. vacillasse.de causa posses.& proprieta.in c.dudum in verbo,substantia.de conuersio.coniugato.Bald.in l.qui sentẽtiam.C.de pœnis.Bar.in l.eos.ff.de falsi.Bald.& Imol.in l. his verbis.§.ti.ff.de hæred.insti. Consuluit Ioan.de Ana. consilio 76.in cuius consilio hæc allegata sunt.Tu autem allega.Alexand.in cõsilio 5.in 1.volu.vbi dixit, quod vbi testes variant circa aliqua extrinseca,non circa negotium principale,non infringitur dictum eorum & ibi alleg.singulare dictum Anto.de Butr.in cap.2.de regula quod si testes in modico sint contrarii,non nocet, vt quia vnus testis dicit de vno anno,alius dicit de anno & die pro quo dicto allego gl.no.in procœmio Gregoriano,in ver.in iudiciis.quæ probat quod non vitiatur dictum testis, si dicit omnes egerunt sic licet pauci ex illis hoc non fecerint, quia propter modicum nõ debet vitiari dictũ testis allego etiã Bal.in l.1.in vltima col.C.de testa.in l.1.in fi.C.si vnus ex pluribus.Et vt bene intelligas,volo ponere exẽplũ,qñ varietas esset circa aliquas demõstrationes, vt circa agnomẽ vel cognomẽ,vel circa locũ originis vnus ex partibus .Et

faciunt notata per Bar.in l.ob carmẽ.§.fi.ff.de testib. vbi dixit testes inducuntur ad probandum aliud non limitatum certo tempore,tunc varietas temporis non reprobat eorum dicta.addo etiam quod voluit Ioan.And.in capit. nihil obstat.de verb.signific.vbi dixit quod testes dicuntur melius probare,quando deponunt per diuersa verba. facit tex.in l.qui sententiam.C.de pœn.quod testes dicuntur concordes,quando concordant in eundem eiusdem rei finem.l.3.§.1.ff.de testibus.Et no.singula.dictum Bal. in cap.1.§.si enim domino.in titu.quid.sit inuestitura vbi dixit per illum textum in versi. reminisci.quod qui non reminiscitur modo, potest reminisci cras. quod verbum est multũ notab.in depositione testiũ,q in vna causa dixerũt se nó recordari,ĩalia deposuerũt sup facto q ppetuo no.Et sin.dictũ Ba.in l.cũ antiqtas.C.de testam.vbi dixit quod nisi testis probet totum tenorem testamenti perfecti nihil probat,& si aliqui probant plus,aliqui minus deponunt,& totum nesciunt,non videntur esse testes legitimi,nec probant aliquid,etiam id quod deponunt, quia non videntur interfuisse toti testamento, ex quo totum nesciunt,quod est mirabile secundum Baldum.Nota tamen ad predicta singularem limitationem,quod licet testes vario modo factum recitent,ex quo in substantia cõueniunt,non debent dici contrarij hoc intellige, quando testes inducuntur ad probandum substantiam facti,secus autem vbi haberent probare verba materialia & formalia ab alio prolata. Vnde fuit hæc quæstio in facto. quidam dixit se heredem Sẽpronij,& articulauit Sempronium dixisse,facio te heredem meum,& ad hoc probandum induxit testes.vnus testis dixit Sempronium dixisse, facio te heredem meum,alius dixit illum dixisse, instituo te hæredem meum. Pronuntiatum fuit testes fuisse contrarios,quod est singulare,vt probatur in c.nihil obstat.vti per Abb.de verbor.signific vbi testis dicit,antequam Titius veniret ad prandium,filius suus percussit Sempronium,probatur,quod Titius non venit ad domũ illo die, nunquid testimonium sit falsum?Et decidit quod nõ per illum te.quia satis est quod non venerit tempore percussionis.Vnde ex facto negatiuo, non sequitur necessario aliqua affirmatio. ad prædicta etiam allego gl.sing.in l.ob carmen.§.fin.ff.de testi.quam dixit ordinariam Areti.in consilio.60.quod quando testes variant in his, quæ non sunt desubstantia actus super quo inducuntur,neque actũ contingunt,per hoc non impeditur probatio,& ideo si testis dicit falsum super his,quæ omnino sunt impertinentia ad casum,non reprobatur p p hoc dictũ in cæteris,de quo per Baldu.in l.si ex falsis.C.de transac. Nota bene in practica. testis primo asseruit se vidisse, postea subdit se credere,non propter hoc destruitur dictum eius, quia quod scimus,etiam possumus credere.Ioan.Andr.in cap. presentium.de testi.in 6.in nouella.doct.in cap.quotiens. de testi.Ista duo allegat ad hoc Areti.in consilio 44. Ego autem addo Ale.in consilio 109.in 1.volum.Speculatorẽ in tit.de teste.§.iam.de interrogatorijs ad fin.vbi dicit contra cautos procuratores,qui faciunt interrogatoria,vt interrogentur testes,an credant quę dixerunt esse vera?Ioã. And.in cap.inquisitionis.de accusatio.Anton.de Butr.in dict.cap.quotiens.dicit,quod si testis deponit per verbũ credo,tamen si causa assignata per testem concludit scientiam,non inficitur dictum testis.de quo etiam per Bald. in l.conuenticulam in 6.colum.C.de episc.& cleri,vbi si testis dicit,credo,& assignat rationem,quia vidit,& præsens fuit,probat Bal.in l.solam.C.de test.in 6.quæ.& ideo si verbum videtur,iungitur cum sensu corporis testis,probat Bar.in tractatu de teste. in 3.col.in l.quid tamen.§.si arbiter.ff.de arbit.pro quo facit, quia verba rusticorum capiuntur grosso modo,vt dispositio valeat.glo. est sing. & ibi per Bart.in l.stipulatio ista.§.hi quoque.ff.de verbor.oblig.Et no.in materia duas pulchas cõclusiones. Prima est,quod vbi credulitas est proxima sensui,per quem percipitur veritas,valebit tale testimonium.Exemplum, si testis dicit se vidisse nudum cum nuda in eodem loco per quod credit illos adulterium cõmisisse,talis testis probat.c.præterea.& cap.in literis.de test. Secunda est conclusio,quando credulitas est remota à sensu,per quam veritas percipitur,dicit testis,quod vidit virum & mulierẽ confabulantes,& quod ex hoc credit quod se cognoscant carnaliter,vel quod vidit aliquem de fero cum armis, & ex hoc credit quod interfecerit illum, qui repertus fuit mortuus de mane,certe talis testis nõ probat,qa talis credulitas est nimis remota à sensu vel ab actibus, per quos veritas percipitur.Oportet ergo quod illa credulitas eliciatur ex actibus,ex quibus homines communiter aliqua præsumunt,& verisimiliter credũt.Et ad hoc bene faciũt notata per Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff. de quæstio. in quæstione de infamia probanda.

DCCCCLXVI.

Nota in practica, q ille qui dicit in se possessionẽ trãslatã p constitutionem precarij,debet esse cautus in probando cõ sitipentem possedisse tẽpore constitutionis precarij,alias succumberet.Dictum est no.Ang.per notata per glo.ibi. in l.quamuis.§.si conductos.ff.de acquir.possess.

DCCCCLXVII.

Tu scis quod naturalis non potest querelare,neque dicere testamentum patris nullum,vt est glo.ordinaria in l.1.ff. de contratab.glo.in l.si qua illustris.C.ad Orphicia. pro q bus est tex.in l.humanitatis.C.de natur.libe.tamen si esset legitimatus & præteritus,potest dicere testamẽtum nullum.Roma.consi.33.qui allegat iura in authen.quod legitimatus est similis legitimis.

DCCCCLXVIII.

Statutum est in quibusdam locis,quod si mulier est nupta extra territorium,non succedit in matrimonio sui territorij,si antequam nubat se immisceat hereditari paternæ, non amittit illam hæreditatem, licet nubat extra territorium,quia per additionem effectum est proprium patrimonium filię. ita notabiliter voluit Romanus ex intẽtione Bald.in consi.40.

DCCCCLXIX.

Vt quis sit idoneus fideiussor debet esse eiusdem fori.glosse est notab.in l.neque fœmina.ff.de procurator. quam allegat Roma.in consi.62.& dicit allegari à Bal.in l.2.C. per quas perso.nobis acquir.

DCCCCLXX.

Sicut incidens & enuntiatiua confessio inter dominum & alium emanans,quod talem constituit procuratorem,p deest ad probandum procuratorem,vt est te. singu.in l.ne satisdatio.ff.rem ratam haberi.ita quando quis confessus est in instrumento se esse procuratorem probat contra eũ illa cõfessio,licet fuerit enũtiatiue pro lata, vt notabiliter consuluit Roma.consil.63.

DCCCCLXXI.

Sententia lata super inepto libello est ipso iure nulla. glosse est sing.Instit.de oblig.in prin.in ver.secundum.in fi.secũdum Roma.cons.69.qui dicit illã allegari à Bal.in l.actori. C.de rebus credi.Pro qua gl.allegat Roma.te.iuncta glo. in l.nisi finita.§.fi.ff.de tute.& ratio.distrahen.

DCCCCLXXII.

Quilibet de populo potest implorare officiũ iudicis, quod legata ad pias causas mandentur executioni.tex.est sing. in auth.de ecclesia.ti.§.finautẽ,secundũ Roma.cons.69.

DCCCCLXXIII.

Fiscus per cofiscationem & incorporationem bonorum non proprie efficitur hæres.glosse est singul.in l.non intelligitur.§.cum ex causa.ff.de iure fisci.tamen quasi hæres extraneus existimandus est glosse. est ordinaria in l.1.C.de

l.1.C.de bon.lib.secundum Roma.consilio 73.& consil. 93.& ideo omnia iura transeunt in fiscũ actiuè & passiue.

DCCCCLXXIIII.

Bannitus non potest consentire electioni de se facte ad aliquod officium,cui sit dignitas annexa,quod si fecerit, capite puniendus est.tex.est singul.in l.qui cum vno.§.insulam.ff.de re milita.secundum Bald.in l.Cassius.ff.de senator.& Roma.consi.73.

DCCCCLXXV.

Si dominus comparet,vna cum procuratore, videtur comparere,vt assistat causæ,non vt reuocet procuratorem.causus est singul.in l.Paulus respondet.ff.de procurat.& sic limitatur c.si quem.de procurat.in 6. quia intelligitur qñ sol p cõparuit,& casu quo intelligat reuocatus restauraſ,sciente domino & non contradicente causam reassumat. glo.est singul.in l.qui mutuam.§.non ideo.in versi. instaurauit.ff.mandati.secundum Romanum consil.76.

DCCCCLXXVI.

Testes deponunt contractum emptionis fuisse celebratum, sed non deponunt de pretio,quia sunt obliti.Probant tamen emptionem,quia iustum pretium iuris presumptio ne interuenisse præsumitur.ita singulariter voluit Roma. in consilio 91.qui adducit dictum Bal.quod alibi non legit in l.1.C.de rebus alien.non alienandis.

DCCCCLXXVII.

Quæro,statutum mentionem facit de artifice seu artificio, an comprehendat facientem herbam venalem vel deferẽtem lapides?& habes glosse.singul.quod non,in l. lex quæ tutores.in versic.labore.C.de administrat.tutor. secundũ Romanum consilio 92.& doctor etiam non dicitur artifex.tex.singu.in cap.relatum.2.de testamen.ibi,artificio aut doctrina.

DCCCCLXXVIII.

Paria sunt dicere non alienas,vel semper apud te habeas.glo. est no.in l.filius familias.§.diui.ff. de leg.1. secundum Bald. in c.1.in prin.qui feu.dare possunt.

DCCCCLXXIX.

De iure ciuili reperitur glosse,quę dicit, quod iuspatronatus ecclesiæ transit in extraneum hæredem.in l.si operarum. ff.de oper.quæ est allegata à Bald.in c.1.§.& quia.qui feu. dare possunt.

DCCCCLXXX.

Tu scis quod quis præsumitur viuere vsque ad centum annos,in l.fina.C. de sacrosanctis ecclesijs. tamen contra talem præsumtionem sufficit vnus testis, qui deponit de morte,licet non plene probet de morte.glosse.est not.in l. 2.§.si dubitetur.ff.quemadmodum testamen.aperian. secundum.Bald in c.1.§.fin.qui feudum dare possunt.

DCCCCLXXXI.

Paria sunt ditere,talis adulterauit vxorẽ alterius, vel iacuit cũ illa.gl.est nota.in l.Gaij.ff.de fideicommissa.liberta.

DCCCCXXXII.

Quis præsumitur decipi in eo quod ignorat.glosse.in l.qui habebat.ff.de rebus dubiis.quæ est allegata à Bald.in cap. 1.de feudo guardiæ.

DCCCCLXXXIII.

Colonus tenetur ad collectas,quia recipit fructus,non autẽ ille qui recipit pensionem.glosse.est singular.in l.1.C.de anno.& trib.libr.10. secundum Roma.in consil.73.qui etiam subdit, quod feudatarius tenetur non dominus, quia ipse recipit fructus non directus dominus.allegat Bald.in cap.1.per quos fieri inuesti.

FINIS.

SINGVLARIA
DICTA INNOCENTII, RECOLLECTA, ET SINGVLARI LECTIONE TRADITA per egregium vtriusque iuris Doctorẽ, D. Lanfrancum de Oriano dum ordinariam legeret in iure canonico in florentissimo Ferrariensi Gymnasio, Anno M.CCCCLVII.

I.

INNOCENT. in cap. constit. de elect.dicit,quod licet, regulariter possessor non teneatur dicere titulum suæ possessionis,hoc singulariter fallit secũdum eum, nisi præsumptio sit contra ipsum possessorem,quia tunc interrogatus debet dicere titulum suæ possessionis,alias habebitur pro confesso.

II.

Innocent.in cap.auditis de prescript.dicit,quod l.sæpe.ff.de re iudic.non habet locum in transactione, & alijs contractibus,vt cõtractus cũ vno factus noceat illi,& p sit aliis.

III.

Innocen.in cap.dudum.de elect.dicit, quod quis non tenetur respondere positioni,etiam non criminosæ, per quã tñ.peruenit ad positionẽ criminosam,vt ꝺ respõdẽdo positioni nõ criminosę,in cõsequẽtiã respõderet criminosę.

IIII.

Innoc.in ca.cum ad monasterium.de electio.dicit,quod Eremita est persona religiosa,& gaudet priuilegio ecclesiastico,vt etiam no.glosse.16 q.1.cap.qui vere.& 17.q.4.caquisquis.Et quod Eremita delinquens debet puniri secũdum formam iuris canonici,nõ autem secundum formã iuris ciuilis,& statutorum.istud etiam probatur per glo. & tex.in l.1.ff.de in ius vocand.

V.

Innoc.in ca.nihil.pe electio.dicit q̃ prelatus intrusus in beneficio de facto & propria authoritate non potest exigere debita beneficij,& soluentes non liberantur.idem est in prælato electo tantum,& non confirmato,quod est verũ nisi debitores soluant.d.prelato electo ex contractu suo Nam tunc liberarentur per solutionem.pro quo allegat Inno.tex.no.in l.si vrbana.ff.de cond.indebit. liberantur etiam debitores per solutionem, si prælatus est electus, & confirmatus,licet electio & cõfirmatio de iure non valeat,tñ talis ꝑlatus nõ possit alienare rẽ beneficij & in casibus alias permissis etiã consentiente superiore, secundũ Bal.qui allegat casu no.in l.si is.qui.ff.pro emptore.q̃ not.

VI.

Potestas habens arbitrium puniendi fures in plus & minus

quam dicat ſtatum, debet ſeruare ſpeciem illius pluris, id eſt ſimilitudinem illius pœnæ ordinatæ à ſtatuto, quam tamen poteſt augere & minuere aliqualiter.l. hodie. de pœnis.non, quod per hoc concedatur pœna muncipalis ſi fuerit pecuniaria facere corporalem, ſecundum Angel.in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fugit.

VII.

Innoc.in capit.cum à nobis.de electio.dicit quod vbi debẽt vocari eligentes pro electione fienda, & arbitratores pro ſententia ferenda, ſufficit quod ſemel citentur nec requiritur trina citatio, nec peremptorium etiam quoties parci tat parẽ.gl.eſt fin.in cle.1.de hæreticis, in verbo reliquerit.

VIII.

Libertus eccleſię & eius deſcendentes perpetuo ſunt adſtricti eccleſiæ, licet ſecus ſit in liberto laici, vt not.Innoc.in capit.3.de ſeruis non ordi. Item patronus non habet ius ſuccedendi in bonis liberti clerici, nec poteſt eum in ſeruitutem reuocare, licet ſecus de liberto laico, eccleſia tamen libertum ſuum clericum & laicum poſſet in ſeruitutem reuocare.hæc Ange.in l.1.de bonis liber.C.

IX.

Ius patronatus eccleſiæ tranſit ad hæredẽ etiam extraneum, & poteſt donari, permutari & vendi cum vniuerſitate tamen, & acquiritur ex fundatione Eccleſię & donatione & collatione territorij ad fundandam eam, nõ ex poſtfacto, etſi deſtructa alibi fiat, conſtructor ſecũdus fiet patronus non primus, quam tenetur ab inquietatoribus defendere, vt no.Inno.ſingu.in rub.extra de iure patro.& ponit Ang. in l.ſi.C.de bon.liber.

X.

A ſententia arbitri non licet appellare.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi.& l.ſi dictum.ff.de euict. Vtrum autem ſi de facto appelletur poſsit iudex appellationis ſententiam iudicando confirmare? dixit Inno. quod non.in ca.innotuit. extra de arbi.& Bald.in rubric.C.de appella.

XI.

Clericus præ dolore abſcindens ſibi membrum incurrit irregularitatem, vt no.Innc.in c.ſignificaſti.extra de corpore vitiatis.& dicit quod hoc non habet locum quando euellit ſibi dentem.ratio, quia dens nõ eſt membrum, vt dicit Angel.in authentic.ſed nouo iure.C.de ſeruis fugi.

XII.

Poſt concluſionem in cauſa nulla admittitur ſcriptura ius & factum continens, vt no.Inno.in cap. paſtoralis.de. cauſa poſ.& proprie.& Bald.in l.ne cauſas.C.de appella. de hoc vide not.in l.admonendi.de iureiurando.& Ange.in tracta.malefi.in verbo, qui iudex terminum.

XIII.

Innõcen.in d.capit.cum nobis.de electio. dicit quod licet vbi eſt appellatũ ab interlocutoria ſuper aliquo articulo, debet pendente appellatione ſuperſederi, tamen poterit procedi ſuper articulo connexo.quod nota.

XIIII.

Innoc in cap.ſuper hoc.de renuntia.dicit, quod plus creditur duobus teſtibus deponentibus de violentia, quam centũ deponentibus de ſpontanea traditione, quæ videri non poteſt, ſicut violentia quæ conſiſtit in facto.& ita debet intelligi gloſſ.in l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbitr.

XV.

Inno.in d.c.ſuper hoc.dicit quod vbi quis renuntiat beneficio per vim & per metum licet talis renuntiatio nihil valeat, tamẽ ſi poſtea ex interuallo libere & ſponte reſignet dictum beneficium, valet reſignatio, quia cenſetur purgatus metus & vis. Tamen hoc caſu non videtur remiſiſſe expẽſas & damna habita in d.beneficio niſi hoc expreſsẽ dixerit, idem eſt in eo qui promiſit centum perpetuum & ex interuallo ſponte ſoluit, nam non repetet, quia cenſetur metus purgatus, quod bene not.

XVI

Innocen.in c.1.de fil.presbyt.dicit quod licet illegitime natus non poſsit eſſe clericus nec ordinari, vt in toto titu.de fil.presby.quod tamen poterit eſſe monachus, ſed tamen poterit aſſumere aliquam dignitatem.

XVII.

Innoc.in ca.ex grandi.de ſupplend.negli.præla.dicit, quod licet regulariter curator adulto inuito dari non poſsit niſi in lite, vt in §.item inuiti.Inſt.de curat. tamen poterit adulto inuito dari qui eſt princeps, & neſcit ſe recte gubernare, nam tunc dari debebit curator ipſi inuito à ſuo ſuperiore, puta, ab Imperatore, ad inſtantiam ſuorum ſubditorum conquerentium de iniquo regimine ſui principis. quod bene no.

XVIII.

Licet ſi non appelletur, purgetur vitium omne primæ ſententiæ, tamen iudex ſi fecit litem ſuam inique iudicando, poterit conueniri tempore ſyndicatus, vt not. Innoc.in c. ſæpè, de appel.in glo.& peremptorie.item poterit in ſyndicatu reaccuſari, vt no.Innoc.in cap.paſtoralis.de offi.& poteſt.iud.dele. ver.& ex ea, &c.& licet ſoluat id in quo damnatur, non poteſt petere ſibi cedi actiones vt repetat ab eo quẽ iudicando abſolucrat. de quo vide per Doc. in l.quicunque.C.de ſer.fugiti.item licet victus appellet ſemel.& bis, & ſuccumbat, & appellationem deferat, nihilominus tenetur in ſyndicatu iudex ſi litem ſuam fecerit, ſecundum Innoc.in d.cap.ſæpe.& in d.cap. paſtoralis. de quibus per Ang.in d.l.quicunque.de ſer.fugitiuis.& vide materiam ſyndicatus per Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offic.procõ.& lega.& vide Marti.Lauden.in l.1. ff.quod quiſq.iur.& quod no.in l.argentarius.§.cum autẽ. de eden.& p Ba.in rubri.C.de pœn.iu.q mal.iu. Excõmunicans abſque debita maturitate à canone introducta, tenetur ad omnes ſumptus, damna & intereſſe.c.1.de ſentẽ. excõmu.lib.6.item quando iudex facit litẽ ſuam, quia nõ recepit probationes partis, qua actione conueniatur.glo. & Bal.in præalleg.l.argentarius.§.cum autem.&c.

XIX.

Dimittere coronam, id eſt clericatum non eſt apoſtatare. not.Innocent.in cap.inteleximus.de æta.& qualit.

XX.

Licet ex iuramento oriatur actio.l.actori, C.de iureiurã. & l.nam & poſtea.§.penul.ff.e. tamen ſi iuratur de tali facto quod non potuit obligare, non oritur actio, vt no.Inn.in cap.fin.extra quod met.cauſ.vide Bald.in l.1.C.de confe.

XXI.

Quando lata ſententia in principali contra eum qui in appellatione probauit de iuribus ſuis, & ſua defenſione, ſed tñ adeo parce, vt iudex nõ intelligat quæ partiũ foueat, iuſtitiã, vel iniuſtitiã, nõ debet iudex abſoluere aliquo mõ diffinitiue, ſed ab obſeruatione iudicij duntaxat. ita dixit Innocen.in cap.1.in fi.de confir.vtil.vel inutil.in antiq.

XXII.

Inno.in d.ca.ex grandi.dicit, quod licet tutor non poſsit donare de bonis pupilli, tamẽ hoc fallit in tutore principis, qui donare poteſt de bonis principis, vt not.in l.præſes. C.de tranſactio.

XXIII.

Inn.in cap.veniens.de fil.præſby.dicit, quod Papa, vel alius ſuperior

ſuperior non poteſt diſpenſare, niſi cauſa cognita ſaltem ſuperficialiter abſque diligentiſsima inquiſitione.

XXIIII.

Inno.in cap.ad hæc.de offic.Archi.dicit, quod iudex videns libellum fore ineptum, & fouere iniuſtam cauſam, poterit officio ſuo ipſum reiicere & denegare audientiam actori.pro quo eſt glo.ſing.in l.vbi pactum.C.de tranſact. & eſt tex.ſing.in l.poſtquam.ff.de peti.hæred.

XXV.

Inno.in cap.ſignificaſti.de offic.deleg.dicit, quod delegatus Papæ non poteſt mittere executioni ſententiam ſuã in bonis laicorum, ſed ſolum clericorum, ſed per iudicem ſeculærem exequi debebit.

XXVI.

Sententia quæ continet manifeſtam iniquitatem vel notoriam.Innocen.in cap.inter cætera.extra de re iudic.& per eum, & alios in c.quoniam contra falſam.de probat.& in cap.ex inſinuatione.extra de appel. Et illud dicitur eſſe notorium, quod conſtat ex actis. Ange.in l.ſi vt proponis.1. C.quo.& quan.iud.& in l.vbi.C.de falſis.

XXVII.

Inno.in d.cap.ſignificaſti.de offic.deleg.dicit, quod delegatus Papę non poteſt mandare executioni ſententiam ſuam etiam in bonis clericorum manu militari, ſed debet implorare brachium ſeculare.idem tenet Specul.in §.conſtituitur.in tit.de offic.delega.& Ange.in l.qui reſtituere. ff.de rei vendicat.

XXVIII.

Innoc.in c.cum omnes extra de conſtit.dicit, quod communitas non collegium ſeu vniuerſitas non poteſt imponere pœnam per ſtatutum contrafacienti ſtatuto.

XXIX.

Innoc.in c.prudentiam.de offic.deleg. dicit, quod vbi ſunt deperdita acta iudicialia, in quibus inerant depoſitiones teſtium, quod non poteſt iterum dari dilatio, vt iterum producantur teſtes. quod etiam voluit Angel.in l.fin.l.ff. de ferijs.

XXX.

Inno.in dict.cap.prudentiam. dicit, quod licet prorogatio iuriſdictionis impediatur per errorem prorogantis, tamen non impeditur vſus iuriſdictionis per errorem, quod eſt notab.

XXXI.

Innoc.in c.conſuluit.de offic.deleg.dicit, quod vbi citatio generalis eſt facta ad totam cauſam, ſi reus compareat in vno tantum actu, poterit procedi ad omnes actus ſequentes abſque alia citatione. quod no. perpetuo.

XXXII.

Innocen.in cap.1.de offic.delegat.dicit, quod quando actus eſt omni iure nullus, quod ratihabitio facta ſuper eo nihil operatur.

XXXIII.

Iudex ſi videt reum opponere aliquam exceptionem calumnioſe, ea non obſtante debet procedere ad vlteriora. ita dicit Inno.in c.poſt electionem.de conceſſ. præb. in l.officium.& in l.qui cum maior.§.ſi patris.de bon.lib.

XXXIIII.

Licet pater poſsit procuratorem ad iudicia conſtituere ante litem conteſt.l.1.de bon.mater. licet glo.ibi contrarium dicat, tamen non poteſt conſtituere ſine cõſenſu filij vbi adhiberi poteſt, ſecundũ Inn.in c.accedens.extra de proc.

XXXV.

Rei animate non perdo poſſeſsionem donec ſeruat animũ redeundi, ſecus ſi non habet, quia amiſſa eius cuſtodia perdo poſſeſsionem.no.Inno.in c.ſeruorum.de ſer.non ordi. Ang.in l.1.de ſer.fugit.

XXXVI.

Teſtis interrogatus ſi poſſet eſſe, quod res ſe aliter haberet, & ipſe neſciret, quam teſtificetur, ſi dicit, quod ſic, non cõcludit.Inno.in c.in præſentia.de probatio.

XXXVII.

Conſcientia non eſt obligatoria quando quis eſt tutus præſcriptione approbata à iure, vt no.Inno.in ca.conſulti.de iur.patro.& Bal.in c.1.de conten.int.dom.& vaſ.

XXXIII.

Licet procurator ad lites non poſsit procuratorem conſtituere ante lit.conteſt.vt l.nam tutores.C.de procu.tamen pater qui eſt legitimus adminiſtrator poteſt.vt no.Inno. in c.accedens.extra de procur.& ſequitur Ang.in l.fin.§. vlt iautem. de bo. lib.

XXXIX.

Inno.in c.paſtoralis.de offic.deleg.dicit, quod licet iudex appellationis poſsit facere inhibitionem iudici principalis cauſę, vt non procedat vlterius, vt in c.non ſolum.de offi. delega.in 6.tamen talis inhibitio non valebit niſi pars citetur in ipſa inhibitione fienda, alias talis inhibitio ſperni poterit.

XL.

Inno.in c.cum in iure peritus.de offic.dele.dicit, quod licet regulant, quod iudex ordinarius debeat exequi ſententiã alterius iudicis ordinarij ſcribentis literas ſecundum cap. paſtoralis.de offi.deleg.tamen ſi illa ſententia erit iniqua prout ex actis & tenore apparet, debet ſuperſedere & non exequi, nam quod dictum eſt, intelligitur ſi eſt iuſta.

XLI.

Innoc.in d.c.cum in iure peritus, dicit, quod vbi notarius ſcribit aliquod verbum falſum in verbis narratiuis per errorem, in quibus non conſiſtit ſubſtantia inſtrumenti, nõ eſt falſarius, nec punitur de falſo, nam notarius non intelligitur rogatus ſcribere verba narratiua inſtrumenti, & præambula, ſed ſolum ſubſtantialia inſtrumenti, ideo non punitur, & ſic debei intelligi l.iubemus.in fin.C.de teſtamen.

XLII.

Inno.in c.fraternitatis.de reſcri.dicit, quod teſtis deponens & errans in aliquibus circunſtantiis non punitur de falſo, imo eius dictum valet.ſecundum Ia.But.& Ang.in l.Lucius.ff.de his qui no.infam.

XLIII.

Inno.in c.plerique.de immu.eccl.dicit, quod vbi actor qui obtinuit in cauſa, dicit ſententiam fore iniquam, quod nũ quam talis ſententia poterit executioni mandari.

XLIIII.

Inno.in c.conſuluit.de offic.deleg.dicit quod ſi ſententia dicit, condemnamus talem præſentem, &c. quod per hæc verba probatur, & præſumitur condemnatum fuiſſe præſentem, licet non appareat ipſum fuiſſe citatum.

XLV.

Inno.in d.c.conſuluit dicit, quod tenor inſtrumenti producti in iudicio, exteſus in actis, non dicitur eſſe de actis nec de proceſſu, ſed productio inſtrumenti ſic, ſcilicet verba quę inducunt productionem, & talis tenor extenſus non probat, niſi notarius ſubſcribat.

XLVI.

Iudex ſi dixit, condemno per talem legem, quæ nihil facit. non eſt ſententia nulla. vt dicit Innoc.in cap.cum ex officij.de præſc.& Innoc.in capi.ſicut.de re iud.Hoſti.in ſumma de ſent.& re iud.dicit, quod non eſt tutum aſsignare cauſam in ſententia, quia ſi malam exprimat, licet bonam exprimere potuiſſet, nõ valet ſententia.l.qui teſtamento.

& ibi Bartol.ff.de excuſ.tuto. & in c.cum ex literis.§.nos gitu r.de in integ.reſti.ideo ſit cautus iudex, vt nullam ex primat.cap. ſicut nobis §.fin.de ſenten.niſi in 8.caſibus not.per Hoſt.in ſumma.& Paul.de Caſtr. in l.1. quæ ſenſine appel.reſcin.cautela tamen eſt, vt dicat maxime per talem legem.vt not.in capi.ſuper eod.extra de appella. & per do.Flor.in l.1.§.1.ff.ſi menſ.falſ.mod.dixe.Inno. in c. in præſentia.de renunt.dicit,quod ſi ſententia exprimuntur duæ cauſę,& vna eſt falſa,alia vera valet ſententia.& vi de omnino Lu.Rom.in ſingul.46.incip.iudex pronuntiat.

XLVII.

Filius in poteſtate vouens etiam cum iuramento, licet non adſtringatur ad præſens, tamen factus ſui iuris adſtringitur ad obſeruantiam iuramenti, vt voluit Innoc.in cap. ſcripturę extra de voto.quem ſequitur Ioan.de Imol.in c. cum contingat.de iureiur.in 2.char.

XLVIII.

Inno.in cap.ſuper quæſtionem de offi.deleg.dicit,quod vbi eſt lata ſententia in cauſa principali, & eſt confirmata bis per iudicem appellationis,quod tamen poterit iudex primus conueniri in ſyndicatu propter illam ſententiam, ſi continebt iniquitatem.

XLIX.

Innoc.in ca.paſtoralis.de offic.deleg.dicit quod licet,iudex ad quem poſsit facere inhibitionem iudici à quo, vt appellatione pendente nil innouetur, quod talis inhibitio non erit ſeruanda,ſi iudex à quo viderit appellationem fore friuolam,& ſententiam fore iuſtam,& quod poterit illam exequi ſpreta inhibitione.

L.

Peccans mortaliter,dicitur pati maximam capitis diminutionem.vt no.Archi.in c.ſequenti viam.2.q.7.& Laur.in cap.qualiter & quando.de accuſat.vbi dicit,quod amittit ciuitatem Dei,& eius familiam,& efficitur de ciuitate & familia Diaboli,item remanet ſeruus peccati, & ſic mutat ſtatum.

LI.

Inno.in capi.cum contingat.de offic.deleg.dicit, quod vbi porrigitur libellus coram iudice,in quo petitur ſententiã exequi,& aduerſarius porrigit aliũ libellum coram eodem iudice,petendo ſententiam infirmati, tanqnam iniquę latã,quod ſecundus libellus nõ debet admitti. ꝙ no.

LII.

Inno.in dict.cap.cum contingat.dicit, quod teſtes non debent reduci ad concordiam,niſi quando ſunt contrarij, & ideo æqualiter pares.

LIII.

Innoc.in cap.licet in corrigendis.de offi.ordin. dicit, quod reſcriptum principis non alterans proceſſum, non facit iudicem ordinarium eſſe delegatum. ſecundum gloſſ. in clementi.1.de æta.& quali. tamen hoc caſu ſi reſcriptum vtatur verbo præcipimus,facit ordinarium eſſe delegatum.per gloſ.ſingula.in capitul.cum in aliquibus.de ptumptis libro ſexto.Si vero reſcriptum principis alterat proceſſum,tunc ordinarius efficitur delegatus. & legiſtæ ſequuntur Innocen.ſed Angel.in l.& quia.ff.de iuriſdict. omn.iudic.& Ang.in l.qui procuratorem dat.ff.de procu.

LIIII.

Innoc.capit.cum in eccleſiam de conſtitutio.dicit, quod licet iudex non poſsit exequi ſententiã ſuam niſi in his rebus quæ ſunt de ductæ in iudicio, & ſuper quibus iudicatum eſt,tamen hoc ſingulariter fallit in iudicio vniuerſali vbi ſi lata eſt ſententia vniuerſalis non poterit fieri executio ad res pertinentes ad illud ius vniuerſale, licet ſuper eiſdem rebus non fuerit iudicatum.

LV.

Delegatus apoſtolicus licet habeat poteſtatem exequendi ſuam ſententiam.capit.conquerenti. de offic.deleg. non tamen poteſt exequi inferendo violentiã cũ armis.ita dicit.Innocen.in capi.ſignificaſti.eod.titul. Nec poteſt vti manu militari in dicta executione, ſecundum Innocen. in cap.cum olim.de priuileg.quem ſequitur Ange.in l.qui reſtituere.ff.de rei vendi.& in l.2.C.de ſeruis fugiti. item ille ſolus ordinarius vtitur manu militari,qui habet merũ & mixtum imperium, ſecundnm Angelum ibidem.

LVI.

Non valet datio vocis,eligo illum quem maior pars elegerit.vt voluit Inno.in cap.cum in iure.de elect.refert Ang. in l.2.ff.de procu.quia datio vocis in incerto non admittitur.ca.1.de poſtula.præla.

LVII.

In dubio pro ſententia preſumitur.l.Gerennius.§. Caia.ff. de euict.potiſsime cum tranſiuit in rem iudicatam, quia tunc nemo poteſt contra ſententiam venire.l.1.cum glo. & ibi not.C.quando prouocare non eſt neceſſe.Verumtamen ſi pars in cuius fauorem lata eſt,fateatur iniquitatem ſententię etiam poſtquam traſiuit in rem iudicatam, dicta ſententia,debet reuocari,quia tunc ceſſat præſumptio pro ſententia,cum in certis non certis locus eſt coniectu ris.l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de verborum, obligationibus. ita dixit Inno.in cap.quia plerique.de immunitate eccleſiarum.& in capitul.fina.de ſponſa. vbi etiam Antonius de Butrio.& Bartol.cum gloſſ.in l.Iulianus.ff. de condictione indebiti. Necauditur ille ſi velit iterum cognoſci de parte in.qua iudicatum eſt contra ſe,puta quia ille cõfeſſus de iniquitate habuit ſententiam pro ſe in parte & in parte non vt no.in dict.cap.quia plerique.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. PAVLI ANTONII DELBENE, Iuriſconſulti Veronenſis.

I.

BIcitatur quis quem non fuerat opus citare,ſi non expectetur,non propterea vitiatur proceſſus.ita dixit innocent. in capit. cum inter.extra de elect.Item adde quod vbi de natura iudicij non requiritur libellus,ſi fiat inepte,non tamen vitiatur iudicium.Bal.& Ang.in l.vinum.ff ſi certum petatur.& ibi glo & Ang.in §.fuerat.Inſtit.de actio.& in tracta.maleſ. in verbo,& Catum.& voluit Bartolus in l.1.in fin.prin.ff. de edend.& in l.inſulam.ff.de præſcript.verb.& ſentit in authentica, offeratur.C.de litis conteſt.Item.adde quod fruſtra expectatur dies,cuius euentus nil operatur,& non prodeſt.Bald.inſti.de bon.poſſeſ.§.in petenda.Item fruſtra expectatur conditcius euentus nihil operatur.l. ſi quis ſub conditione.ff.de condi.iuſti. Item fruſtra citatur qui præſens non poteſt contradicere.l.1.§. cum dicitur. ſi cui plus quam per legat. Falcid. facit not. gl.in l.ſi cũ dies.ſi arbiter.ff.de ar.Itę fruſtra.queritur de ꝓbãdo ꝙ probatũ nõ releuat.l. hæc ſtipulatio.§.1.vt le. nomi.caueat.& gloſſ.& Bartol.in l.1.C.de iuramento cal. & vide Barto in l.ſi poſthumus.§.fin. de lib.& poſthum.

II.

In his quæ principi reſeruantur, nulla poteſt currere præſcriptio. ita dixit Innocent. & Ioannes Andr.in capi.bonæ.de poſtul.prælat.

III.

III.

Ille dicitur habere eminentem ſcientiam per quam poteſt ſine librorum reuolutione quæſtiones arduas & difficiles reſoluere,ſecundum Inno.in c.cum in cunctis.de elec. dicit etiam quæ dicatur mediocris & ſufficiens.

IIII.

Quicquid narrent partes,attenditur concluſio ad ſpecificandum qualitatem iuris intentati.ita dixit Innoc.in cap.ex litis.extra de reſcriptis.aliquando etiam concluſio declaratur per narrata,quando concluſio eſſet dubia,ſecundum Inn.Anton.de But.& alios in c.examinata.extra de iudi.

V.

Libertati præſcribitur 20.ann.inter præſentes & abſentes, ſecundum gloſſ.in l.2.C.de long.i temp.præſcrip.quæ pro liber.Contrarium voluit Inno.in cap.ſeruorum.extra de ſeruis non ordi.videlicet quod inter preſentes ſufficiant 10.inter abſentes 20.pro quo facit glo.quæ communiter tenetur in l.ſi fideicommiſſaria libertas.§.Ariſto.ff.qui & à quibus.vide in l.Titia.ff.ſolu.mat.opp.de l.pen,C.ne de ſtat.defunct.

VI.

Sententia arbitri dicta ſine ſcriptis non valet.l.1. & 2.C.de ſent.ex periculo recitan.& l.prolatam.cum gloſſ.C.de ſen & inter.omnium.iudi.ſecus in ſententia arbitratoris,quæ valet dicta ſine ſcriptis.voluit Innoc.in cap.quintauallis. de iureiurando.& Bald.in l.ſi.C.de contrahen.emp.& ſentit Bart.in l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.

VII.

Imperitia literam non repellit magiſtratu.glo.eſt in l.2.ff. quod quiſque iur.repellit tamen à prelatura eccleſiaſtica, ſecundum Inno.in cap.cum noſtris.de conceſ.præbend. facit tex.in authen.de ſanct.epiſ.in prin.

VIII.

In acceſſorijs ſemper admittitur generalis libellus, vt not. Innoc.in cap.cum ad ſedem.extra de reſtit.ſpo.quem refert Angel.in l.ſi.C.de anna.except.& voluit Bar.in l.patronus.§.1.de leg.3.

IX.

Quando quid reſidet in mero arbitrio iudicis, ſi ipſe denegat,non tenetur in ſyndicatu.ita dicit Inno.in cap.fin. extra quod met.cauſ.& ſequitur Ang.Areti.Inſtit.de actio. circa prin.ſecus ſi non reſidet.vide Bar.in l.1.§.permittitur.de aqua quotid.& æſti.& in l.1.de priuil.cred.

X.

Iurans dicere puram & meram veritatem,non poteſt verbum ſuum ambiguum declarare,ſecundum Inno.in cap. cum ad ſedem.de reſtitut.ſpol.Quinimo nec poſſet reuocare propriam confeſsionem licet erronea,ſecundum cũ in cap.cum dilecti.& ibi not.de accuſ.Et vide de interpretatione quod no.per glo.Bar.& ſcribentes in l.idem Pomponius.§.fi.de rei vendic.

XI.

Eremita poteſt habere proprium.capi.cum monaſterium. & ibi Innoc.de electio.27.q.2. capit.ecce. Ioan.Andr.in cap.vno.de exceſ.præla.in gloſſ.pen.& ibi decidit, quod religioſus de conſenſu ſui prælati poteſt effici eremita.

XII.

Inſtitor conſtitutus pro domo ædificanda poterit ſuſcipere pecuniam mutuo pro ea ædificanda,& obligat me domi num ad illud mutuum,etiam ſi ſpeciale mandatum non habeat,licet ſecus in procuratore ad ędificandam domũ, quia non intelligitur habere mandatum ad ſuſcipiendum mutuum. ſecundum Innocen.in capit.quod quibuſdam extra de fideiuſ.quod not.

XIII.

A ſententia qua quis pronuntiat ſe iudicem competentem poteſt appellari gloſſ.eſt notab.in authen.habita. in fine. C.ne fil.pro patr.ſecus quando eſſet diſcordia inter duos iudices ordinarios vel delegatos, & ſuperior, vel arbitri electi ad finiendam controuerſiam pronuntiarent eorum alterum competentem, quia tunc à tali ſententia non appellatur.ita dicit Inn.in c.ſuper literis.de reſcri.quę ſequitur Ang.in l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius voc.non ier.

XIIII.

Iuramentum licet ex parte perſonę iurantis ſit perſonale quo ad vinculum ſpirituale iuramenti, tamen quo ad cũ cui iuratur,eſt reale,vt trãſeat in ſingularem ſucceſſorem ita notant eleganter Doct.maxime Inno.& Anto.de Bu. in c.veritatis.de iureiur.& ſequitur Bald.in proœ.feud. & Bar.in l.cum quis decedens.§.codicillis.de leg.3.& Ang. in authen.de iureiur.à mor.præſt.in princ.& vide no.in l. ſi pecuniam.per gl.& doct.ff.de condict.ob cauſ.

XV.

Pactum in dubio præſumitur reale.l.ſi pactum.ff.de probat niſi allegans quod ſit perſonale,ſit in quaſi poſſeſsione illius iuris.no.Inno.in cap.cum veniſſent.extra de inſtit.

XVI.

Propter terribiles delictorum cauſas,in pœnis licet iudici leges tranſgredi.ita dixit Innoc.in capit.1.extra de conſtitutionibus.quem ſequitur Bald.in capit.1.in quibus cauſis feudum amitt.in vſib.feudor. Quandoque etiam liceret diminuere,puta ſtatuto cauetur,quod quicunque tale dixerit,vel commiſerit,patiatur carlum,modo ſenex qui dam & infirmus incidit in ſtatutum, quiſi pati debeant carlum,morientur in tormento,ideo iſto caſu licebit mutare genus tormenti,ita dixit notab.Bal. in l.quicunque. in 3.colum.C.de ſeruis.fugitiuis. Quod ſi faciat ſine cauſa.efficitur infamis.vt voluit Hoſtien.in capit.de cauſis. de officio delegat.per l.ſeruos qui.C.ad legem Iuliam de vi.quem refert Ioan.And.in nouel.patitur etiam pœnam qua puniri debuit reus.l.fin.in fin. C.ne ſanct.baptiſ.reite. & l.ſi quis intra.C.de bon.proſcript.

XVII.

Iudex ſi iudicat ſuper acceſſorijs non habet neceſſe ſeruare ſolennitarem,quam in principali ſeruaret, puta ſententiando in ſcriptis.ita dicit not.Innoc.in capit.ſacro.in fine de ſent.excom.in l.ſi marito.§.fin.ff.ſolu.matrimon.

XVIII.

Iuramentũ recipit interpretationem ſecundum naturã contractus cui accedit.l.ſi.C.de non numerata pecunia.idem voluit Innoc.in cap.per tuas.extra de arbitr.quod iuramẽtum præſtitum de laudo & arbitrio ſeruando,intelligitur conditionaliter præſtitum,id eſt,quod & laudum ſeruabitur,& pœna ſoluetur, quia hoc eſt de natura ipſius arbitrij,vt eius oblatio ſit alternativa,quod notatur.Item iuramentum de non feudando,intelligitur niſi ſit res conſueta feudari,& ſic regulariter ſecundum conſuetudinem ita dicit Inno.in cap.2.de feudis.Per hoc cogita an bene loquatur Bar.in l.ſi inſulam.1. quęſtio.de verb.oblig. de ſtipulatione pœnali iurata,vt non poſsit mora purgari.vide in l.ſi pecuniam.in prin.de condict.ob cauſ.

XIX.

Vt nanque not. dicit Bartol.alibi dicta & opinio gloſſ.debent reputari & teneri, ſecundum quod examinando dubium aliquod in eo opinio.ſuam firmant,non autem vbi perfunctorie ſuper aliquo dubio loquuntur, & ſic dictum illius gloſſ.non debet trahi ad id quod non exprimit,& maxime cum id non eſſet iuridicum,vt in propoſito

sito nostr o patet,pro quo vid endum est quod no.Barto. in l.non solum.§.liberationis verba.ff.de lib.leg.

XX.

Nota quod illa regula,qui prior est tempore,&c.habet locũ quando sunt creditores diuersorum titulorũ,& habet istas exceptiones. Primo fallit in l.licet. C.qui potiores in pignore habeantur.Secũdo in l.diuersis.eodem titulo.Tertio in l.scripturas.eo.Quarto in l.assiduis.C.eo. Quinto in auth.item possessor.eo.Sexto in l.interdum.ff.e. Septimo.in l.fi.C.de pigno·Octauo in l.latis.C.in quibus caus. pig.tacit.con.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. ALVISII DE ALBERTIS IVRIS vtriusque Doctor.celeberrimi,ac Patricij Veronensis.

I.

LEXECVTIO recte &,non rite facta,quia non sit seruatus ordo in exequendo,nõ debet propterea retractari,nisi primo debitũ soluatur.tex.est nota.in l.fin.infine.ff.quod met.caus.

II.

Sicut per mortem mandantis tacite reuocatur mandatum. l.mandatum.C.mandati.ita quando dubitatur an viuat. text.in l.libera.ff.de pecul.

III.

Doctor iuris ciuilis tantum,non posset alium doctorem facere in iure canonico.l.qui in aliena.§.interdum.ff.de acqui.hæred.& l.2.C.de hæreticis.

IIII.

Allegans leges correctas,& nõ insertas in corpore iuris potest accusari de falso.l.1.§.hunc igitur.C.de Iustinian.Codic.confir.Et quando liceat allegare leges correctas,vide Bartol.in l.fin.ff.de falsis.item procurator,& alius ostendens iudici statuta ex confirmatione correcta, punitur pœna falsi.vt per Bar.in dict.l.fin.

V.

Si conceditur priuilegium actori citra iuramentum,intelligitur concessum etiam reo,& econtra,vt paritas seruetur in iudicio.l.fin.C.de fruct.& lit.expens.quod est verum vbi militat vtrinque eadem ratio,secus si sit diuersa,quia tunc non habet locum dicta regula.casus est in l.fina.circa mediũ,versi.cum sit certum.C.vbi sena.vel clarissimi.

VI.

Si princeps concedit alicui vt possit eius nomine,& vice de causa cognoscere,intelligitur ei iurisdictionem delegasse casus est in l.fin.C.eod.

VII.

Filius magis dolet,si pater donet fratri quam extraneo.l.cũ omne.§.1.C.de bon.quæ lib.& in auth.de trien.& semis. §.quod sæpe nobis.collat.3.

VIII.

Seruus alienus mala fide possessus licet possessionem domino quærat,non quia ab alio possidetur,tamen possessori quia mala fide,& c.tamen querit dominium vero domino.l.1.§.sed per eum.cum gl.ff.de acquirẽda possessione. Querit etiam publicianam.casus est singularis iuncta gl. in l.si seruus.ff.de publiciana.

IX.

Verbum placet,& verbum videtur,denotant arbitrium boni viri,puta,testator dicit hæredi,te rogo manumittas seruũ,si tibi videbitur,& placuerit-te.est nota.in l. Thais §.sorore.& in l.fideicõmissaria libertas.ff.de fideic.liber. & Bartol.in extra.ad reprimendum.in versic.videbitur.& in l.si fic.de lega.1.

X.

Institutus in solidum si impugnet voluntatem testatoris repudiando hæreditatem,priuatur omni commodo quod habet,nedum ex ipsa hæreditate,sed etiam quod inter vivos à testatore habuit.casus est singularis cum glos.in l.4. C.de omni agro deserto.lib.11.quia non potest sortiri effectum vltima voluntas testatoris,secus si institutus ex parte,quia cohæres,exequitur dictam voluntatem,& cõsequenter non fraudatur dicto commodo.l.qui filiabus. §.fin.cum l.seq.de leg.1.

XI.

a Vsufructuarius[a] re deficiente in qua habet vsumfructum cogitur eam reficere,si modica est refectio,alias non,facit l.hoc amplius.in fin.cum l.seq.ff.de damn.infect.vltra quã si expendat,potest repetere.l.hactenus.cum glos.in verb. pertinet.ff.de vsufruct.Nouum autem ædificium non potest facere,etiam si rem meliorem faciat.d.l.hactenus.in fin.cum seq.&l.vsufru.nouum riuum.& l.vsufruct.nouũ tectum.ff.de vsufru.quod nota.Tenetur etiam ad collectas & tributa.dict.l.hactenus.& l.si pendentes.§.si quid cloacarij.ff.de vsufruct.& hoc verum,nisi sit tanta solutio tributorum,vt euanescat vtilitas vsufructus.iuxta glo. singul.in l.qui concubinam.§.qui hortos.de leg.3.facit q̃ notat Angel.in l.1.de bon.mat.idem in marito,vt l.licet. cum glo.C.de iur.dot.& l.neque.ff.de impen.in reb.dota. idem in feudatario.vt no.in cap.1.& ibi Bal.per quos fiat inuest.de vsurario autem,habes casum singul.in l.ũ donatio.ff.de vsu & habi.

ADDITIO.

a Vsufructuarius.Adde Roma.singul.157.tu scis quod vsufructuarius.& consi.230.præsupponitur.& hoc sequuntur Alex.Aret.& Ias.in l.quod seruus.& in l.si res obligata ff.de leg.1.Alexan.in l.1.§.fi.ff.de not.oper.nuntiat Are. & Ias.in l. fructus.solut.matri.

XII.

Prætor si requiratur,æquam distributionem peritorum litigãti dabit,etiam si iam pars aduersa peritiores aduocatos elegisset.l.nec quicquam.§.aduocatos.ff.de offic.procon. & l.1.§.ait prætor.ff.de postul.& l.properandum.C. eod. Quod hodie non seruaretur.cum salaria non habeant de publico,secundum glo.in d.l.prouidendum.quod cõmuniter tenent docto.reprobantes dictam glo.quia salarium priuati subrogatur loco publici,& subrogatio sapit naturã,&c.facit tex.cũ glo.in l.fori.C.de aduoc.diuer.iudi.

XIII.

Si constat de claro sensu legis non debet fieri interpretatio l.3.C.de liber.preter.facit l.ille aut ille.de leg.3.

XIIII.

Quælibet causa etiam iniusta excusat à delicto.l.si putater: ff.ad leg.Aduil.Excusat etiam à contemptu,ne per id incidat in edictum,si quis ius dicenti non obtempe.iuxta gl. notab.in l. satisque.ff.de in ius voc.& glo.in l.non potest dolo carere.ff.de reg.iur.item excusat à pœna cõpromissi secundum Hosti.Inno.& Ioan.And.in cap.dilecti.de arbi. & Ioan.And.in add.Spec.in titu.de arbi.§.fi.versi.itẽ quid si compromissum.& Bar.in l.ab executione.C.quor.appellat.non recip.& ibi Bal.& gl.in l.plagij.C.ad leg.Fla.de pla.& in c.fi.de le.Corra.in visib.fe.& no.in l.1.ff.de oblig.

XV.

Ad positionem vnius ex contrariis sequitur destructio alterius.l.sed & si pupillus.§.si institor.ff.de institor. cum gl.

XIV

XVI.

A propria significatione verborum non debemus recedere. l.non aliter.de leg.3.cum simil.per Bartol.in l.omnes populi.de iustit.& iur.Fallit si recedimus,vt sequamur honestatem.l.4.ibi,quod est honestius.iunct.gl.in ver.penes ff.de,in ius voc.Fallit etiam vt deseruiamus intentioni cõtrahẽtiũ.vt in l.scire oẽs.§.sed & si maxime.ff.de excu.tu.

XVII.

Casus fictus habetur pro vero in eo in quo lex fingit.l.lex Corn.ff.de vulg.& pup.ideo contra actionem legis non admittitur probatio in contrarium.voluit glos.in l.si duo ff.de acquir.hære & in l.siue possidetis.C.de proba.Contra præsumptionem autem iuris potest probari contrariũ nisi sit iuris & de iure.l.fi.C.ad Mace.cum simil.Fictionẽ autem legis ideo dixi,quia homo non posset inducere istã fictionem.l.si pater forte.ff.de castr.pecu.Et est natura huius fictionis,quod fingat super eo,quod certum est ita nõ esse,& sic super falso,præsumptio autem fit citra verisimile,vt voluit gl.in §.accedat.C.de rei vxo.actio.Vnum no. quod licet fingat super falso,non tamen fingit super impossibili de natura,vt declarat Bart.in l.eandem.in prin.ff. de duob.reis.& no.in no.Bart.& glos.

XVIII.

Clericus non potest conducere prædia,nec pro conductore fideiubere.§.alium autem.in authen.de sanctiss.epil. poterit tamen in causa necessitatis.c.dilecti.cum glo.de decimis.& videtur causa satis necessaria,si prædia conducta confinita sint ecclesiæ,secundum tex.cum gl.in d.§.alium autem.versi.si autem aut ecclesiis,&c.idem in adstricto curiæ principis ẽm gl.in ca.quod quibusdam.extra de fide iuss.& glos.in §.alium autem.in verbo cautis.

XIX.

Iuramentum dicitur esse præcisum,& habet clausulam illam vt valeat omni meliori modo & via qua potest.text. est in l.cum pater.§.filijs matrem.ff.de leg.2.dummodo non inducat iniquitatem.ita sentit Bart.in l.sed & si quis. §.quæsitum.ff.si quis cautio.

XX.

Qui nõ habet in ære luat in corpus.l.fi.ff.de in ius vo.Quod est verum nisi talis luitio sit maior castigatione. Angel.in d.l.fin.An autem si post castigationem perueniat ad pinguiorem fortunam teneatur in ære?dic quod non,quia castigatio successit in eius locum.l.sed & si vnius.§.si ante. ff.de iniur.facit l.interdum.§. qui furem.ff. de furt.item predicta regula non habet locum,nisi in vilibus personis.l. hæ operæ.in fi.de ope.lib.vide Bar.in l.1.§.fi.de pœnis.facit quod dicit Bal.in tex.C.de pœn.iud. qui ma.iud. item vbi non potest habere locum pœna ordinaria,debet obtẽperari,secundum Docto.in authen, sed nouo iure.& in l. quicunque.C.de ser.fugi.in mulcta autem non fieret alternatio,sed remittitur si præstari non possit.l.illicitas.in fin.de offic.præst.Ang.in d.l.quicunque. & pro declaratione huius regulæ,vide in l.si quis id quod.in fin.ff.de iurisdic.omn.iud.

XXI.

Liber homo non debet in facie buliari.te.est in l.si quis in metallum. C.de pœnis.& voluit Inno.in cap.ad audientiã extra de cri.fal.licet consuetudo seruet contrarium.vt dicit Angel.in authen.sed nouo iure.C.de seruis fugi.

XXII

Præpositus ad custodiendum portã in vno castro, & tenens stationem de vili merce,puta oleo,sale,sæpo, & simil.dicitur constitutus in vili officio,quia non potest ad dignitatem promoueri.l.ne quis.cũ gl.C.de digni.li.12.

XXIII.

Mulier tempore nuptiarum renuntiauit omni iuri quod habet,& habere posset in bonis patris,deinde decedens pater eam instituit hæredem,& aliquid tibi legauit,dubitatur an ipsa admittatur ad hæreditatem & legatum?& dicitur quod sic,quanuis enim illa verba & habere posset,cõcernant futurum tanquam verba extentiua, tamen in proposito concernunt tantum tempus præsens.ff.de condi.cau.da.l.quod Seruius.in fi.vbi gl.in verbo potest.in fi. ideo volens eam excludere, faciat eam renuntiare omni iuri quod habere posset ex quacunque causa.

XXIIII.

Concupiscentia alienæ mulieris est causa damnationis ad ignem æternum,text.est no.iuncta glos.in l.fi fugitiuus. ff.de verbo.signifi.vbi vide quando quid dicatur concupisci.Verba sententię & libelli impropriantur quandoque vt sententia & libellus potius valeat quam pereat.casus est cum glo.in l.& puto.in prin.ff.famil.erc.& ibi Bal.& Bar. in l.sed & si possessori.§.item si iurauero.de iureiurando. Item licet non pronuntietur super petito, si tamen pronuntietur super eo quod includitur in petito,valet sententia,text.glos.& Bartol.in l.4.§.si prætor.de suspec.tuto.

XXV.

Proponens ambiguam intentionem,& orationem in iudicio potest eam declarare & interpretari.l.si quis intentione ambigua.ff.de iudi.vbi Bartol. Idem in principe.l.inde Neratius.de reg.iur.idem in prætore.l.in conuentionalib[a] de verbo.oblig.secus in contractibus.l.veteribus.cum simil.de pact.quia contra eum interpretatur.quod est verũ nisi ex tali interpretatione resultaret turpis effectus, quia tunc proponens etiam in contractibus declarat ambiguum suum dictum. casus est not.cum glos.in l.nepos Proculo.de verbo.signi.

XXVI.

Legum correctio euitari debet.l.præcipimus.cum simil.facit l.1.C.de inof.dot.& c.cum expediat.de elec.lib.6.Potissime quando inducereturper subauditum sensum, qa non debet induci,secundum gl.sing.in ca.cupientes.§.q. si per 20.de elec.in 6.in verbo ex quo autem.& in verbo, priuatis & vide Ang.de Are.in l.ex hæredatũ.ff.de re iu.

XXVII.

Ad propulsandum iniuriam potest quis amicos conuocare. l.3.§.cum igitur.ff.de vi & vi ar.& c.significasti.extra de homicidio,& voluit Bar.in dic.§.cũ igitur.& in tractatu suo de repre.sal.5.quæ.prin.in 3.quæst.Ignorãtia est iusta causa excusationis à pœna.te.est in l.2.ff.in ius voc.vt eant.

XXVIII.

Simplex concessio non extenditur vltra iurisdictionem cõcedentis.l.cum vnus.§.pen.de bon.author.iudic.pos.cap. vt animarum.extra de constit.& Bartol.in tract.repres.al. in 8.quæst.princ.in 1.quæst.

XXIX.

Interpretatio debet esse certa,& verisimilis.cap.cum dilecti de accusat.nec debet fieri nisi semel.l.quicquid adstringẽdæ.de verb.oblig.facit q̃ no.gl.in l.ab executione.in prin. ff.de appel.facit quod no.in l.post dotem.ff. solut.matri.

XXX.

Sententia diffinitiua habet executionem paratam.l.minor 25.annis cui fideicommissum.& ibi Bartol.ff.de minor. & l.4.§.si ex conuentione, de re iudic.& l.si pignora.ff. de eui. Quod est verum si agatur officio iudicis,nõ actione iudicati in factum ita dixit Bartol.in l.intra dies.ff. de re iudi.& Bald.in l.1.C.de sent.quę fine certa quantitat. Contractus autem non habet executionem paratam.l.1. C.de exec.rei iudic.Stipulatio autem de iudicio sisti habet executionem paratam.l. tale pactum.§. qui prouocauit. secundum nostram lecturam.ff. de pact.& l.eum pro quo

pro quo.ff.de in ius vocand.& vide in l.si prætor.§.1.de iudicijs.

XXXI.

Officium iudicis non est actio,sed succedit in locum deficientis actionis.l. quod si minor.§.final.ff.de mino.& l. Quintus.in fin.ff.de annu.leg.& glos. Instit.de actio.in princ.& l.si alius.§.bellissime.ff. quod vi aut clam. item non est exceptio.l.plane §.fi.ff.de petit.hæredi. Est tamẽ defensio.vide Bartol.in l.1.quod vi aũt clam.quod no.pro statutis.

XXXII.

Liber homo non debet damnari ad perpetuos carceres.l.incredibile.C.de pœnis.& l.aut damna.§.solent.ff. eod. Nec potest damnari, vt de saxo præcipitetur.te.est in l. si diu turno.in fin.ff.eod.

XXXIII.

Præscriptio seu vsucapio dicitur esse titulus lucratiuus, vt probatur in l.ex hoc edicto.circa princip.ff.de eo per quẽ fact.erit.

XXXIIII.

Iudicium constituitur ex iudice,actore,& reo.l.seruus.cum glos.C.de iudic.& l.2.§.si quis in iudicio.si quis cautio.

XXXV.

Nullum simile est idem.l.quod Nerua.ff.depo.l.1.cum glo. ff.quod iussu.& bonum simile debet esse quo ad omnia. Bartol.in l.sacrilegij.ad leg.Iul.pecul.

XXXVI.

Dolus tertij non annullat contractum.l.& elegãter.in prin. cum glos.ff.de dolo.item non impedit vsucapionem.l.fi. in princip.ff.de eo per quem fac.erit.l.pen.ff.de dolo.& est glos.in l.is qui se obtulit.ff.de rei vend.id circo ad istum, contractum non potest opponi de except.doli ex persona ipsius tertij,quod intellige nisi immediate ex hoc dolo quereretur ilti,alias potest opponi tibi de dolo tertij. l.si procurator.de dolo.& Barto.in rub. & l.1.si quis aliquem testari prohib.

XXXVII.

Clausula generalis adiecta obuiãdi specialiter expressis refertur ad minora,& similia expressis specialiter non maiora.te. est in l.fin.§.cui dulcia.de vin.tritic.& oleo legat.& est te. in ca.sedes.de exceptio.& in clemen.non potest. de procur.& Bar.in l.sed.& si quis.§. quæsitum.ff.si quis cautio.

XXXVIII.

Procurans quominus citatio eum comprehendat, habetur pro citato.l.1.§.sed & Aristo.quod vi aut clam.& ibi Bar. & l.quamuis.ff.quib.ex caus.in possessio.eat.& l.stipulatio.§.fina.de euictioni.Et sufficit citari ad domum,& quo quo modo ad eius notitiam veniatur,vt habeatur pro cõtumace.l.ex consensu.§.fin.de appell.& l.1.§.fin. cum gl. ff.quand.appel.sit.

XXXIX.

Licet ad constituendum quem contumacem,in iudicialibus requirantur tres denuntiationes,& vna pro tribus,& pro omnibus,& peremptorie.iuxta no.per Bar.Bald.& Doc. in l.consentaneum.C.quomod.& quand.iud.& Bartol.in extrauagant.ad reprimendum.in verbo,per nuntium.tamen in extraiudicialibus ad constituendum quem in mora sufficit vna interpellatio idoneo loco & tẽpore.l.mora.ff.de vsur.& l.qui Romæ.§.cohæredes.de verb.oblig. & l.Titia tesseram.& ibi Bartol.§.vsuras.ff. de legat.2.

XL.

Acceptilatio,licet inuentione fit de iure ciuili, tamen propter pactum dicitur de iure gentium.l.an inutilis. cum glos.penulti.acceptilatio.

XLI.

Ius accrescẽdi non habet locum adita hæreditate.l.ex contractus.ff.de re iudic.Cyn.in l.1.C.quand.non petent part. &c.nisi vniatur cũ pupillari substitutione.l.qui patri. fm nostrã itelligẽtiã,de acqrẽ. heredit. itẽ nõ habet locũ deherede ad lega.l.si nemo.ff.de testa.tu.& l.si nemo de reg. iur.Bar.in l.ex facto de condi.instit.item ius accrescendi non habet locum in legato alimentorum.l. dominus fructuario.ff.de vsufruct.Sed vno casu habet locum adita hæreditate,& de herede ad legatum in authentic. de hæred.& fal.§.si vero non implens & vide omnino ibi glos. in verb.eis accrescendi vide de materia Bald.in prima cõstit.feud.in §.& quia & quæ dixi in repetition.l.vnic.C. quand.non petent.part.

XLII.

Lex.& statutũ disponens aliquem omnino priuari suo iure, siue omnino liberari, intelligitur ipso iure.l.1.§. si pecuniam.cum glos.in verb.omnino.ff.de posi.oppo.de.l.1.de feriis.idem si per verbum penitus.l.si qui aduocatorum. cum glos.in verbo penitus.C.de postulando.idem si disponat per verbum præteriti temporis,puta liberatus sit.ita dixit glos.not.in l.in criminali.C.de iurisdiction.omn. iudic.& in l.1.C.ne lic.potent.idem si disponat per verbũ præsentis imperatiui,quod non respiciat factum huius, puta,cadat suo iure,& careat.tex cum glos.in l.fin.in fin. de iur.emphy,& in l.prouidendum cum glos.In verb.careat.C.de postulan.& in cap.1.de vit.& honesta.clericor. cum glos.in verb.careat.Secus si per verbum præsentis temporis,quod rescipiat factum huius,puta liberetur,dãnetur,& similia.vt dic.l.in criminali.per glos.& doc.l.1. nec licet quia requirit sententiam nisi qualificetur dictũ verbum per dictionem penitus,omnino, & simil.dic.l.si qui aduocatorum cum glos.& d.§.si pecuniam item nisi dicatur cassentur,& irritentur, secundum Bald. de pace Const.§.priuilegia omnia.vide tex.glo. & Bartol.in l.improbum.C.de infamibus.vel per dictionem ipso facto.c. 2.cum gl.ne cleric.vel monach.libro sexto. Per dictionẽ statim l.commissa.cum gl.de publica vide glo.cum Bart. in l.iubemus.§.œconomus. de sacrosanc.eccles.item dictio priuetur,iuncta verbo modis omnibus,vt in §.sanctimus cum glo.in authent.vt defunc. seu fun.collat.5 vbi Ang.itẽ lex.annullans actum omnino facit vt vitietur vtile.l.græce.§.illud.de fideiussor.

XLIII.

Aduerte tamen quod exceptio à regula extenditur ad casum similem.vt est text.in cum dilecta.de cofirm. vtil. vel inutil.& glos.in cap. quoniam frequenter. vt lit.non contest.& eleganter Ioan.Cal.in cap.series.de testi.& referunt scribentes,in cap.iurauit.de probatio.

Glossæ notabiles Iuris ciuilis.

XLIIII.

Tabellio qui recipit testes, si est suspectus litigantibus, aut alteri eorum,dari non debet,idem in iudice, cui causa cõmittitur.ita notat gl.in authen.de triẽ.& semis.§.& quod sæpe.in verbo,artificis.collatio.3.

XLV.

Fideiussor acccedens obligationi puræ etiam cum pœnali promissione non dicitur in plus obligari.glo.est in l.sicut reus principalis.ff.de fideiuss.pro qua facit gl.in l.2.§.sed & si dubitetur.ff.de iudi.& in l.cum proponas.C.de pact.

XLVI.

Contra præsumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium.l.fin.& ibi glos.C.ad Macedonia.cum similibus. Hoc verum,nisi aduersarius confitetur contra præsumptionem.allegatur glos.pro sing. in §. aliud quoque.verbo.sin autem mulier.in verb.scribat.in authen

authen.de æqua.do.colla.7.facit glos. in l.in cõtractibus in prin.in verb.nullo modo.C.de non num.pec.Et hoc si dicta confessio fiat in iudicio,alias non.secundum Bald.in authent.sed iam necesse.C.de dona.ant. nup.& vide p Ang.de Aretio.in §.ex maleficijs.Inst.de actio.& per An. de Peru.in d.§.aliud quoque.& quod dicit Bart.in l.3.C. de inoffi.testa.Et nisi admittatur de voluntate partium.l. si is cui.de ope.no.nũ.item hoc verum,nisi probatio fiat per notorium facti,quia tunc admittitur.voluit Azo.in sum.& Bart.in l.absentem.ff.de pœnis & probat in l.inde Neratius.§.fi.ff.ad leg.Aquil.item aduerte,quod contra dictam præsumptionem admittitur probatio,quando ex tali præsumptione recederetur à iure communi.secus si recederetur à iure speciali.ita dixit glo.no.in l.antiqua.secũdum nostram lec.C.ad Vellia.& videtur voluisse Bald.in l.contra negantem.C.ad leg.Aquil.dum dicit,quod si statuto cauetur,quod officiali credatur cum iuramento, q̃ non obstante statuto,seu præsumptione illa,quæ induci tur à statuto,poterit nihilominus probari contrariũ. Nec contra fictionem admittitur probatio in contrarium voluit gl.no.in l.si duo sint.de acqui.hæred.& gl.in l.siue possidetis.C.de probat.& in l.fi.ff. quod met.caus.l.conficiũtur.de iur.codicil.in cap.is qui fidem de sponsali.

XLVII.

Infamis potest esse procurator.in §.fi.Instit.de excep.& est bona glos.in l.1.§.hoc edicto.ff.de postulan.Hoc verum, nisi infamis sit infamia notoria,vt probatur in dic.§.finibi,nedum altercatur & c.Et hoc intellige nisi velit esse procurator in loco vbi est princeps,quia tunc non potest cum ibi non possit habitare.l.1.§.ignominiæ.ff.de his qui not.infam.& vide Ang.de Aret.in dic.§.fin.Item hoc est verum de iure ciuili, quod infamis potest procurare, secus de iure canonico.5.questio.3. capi. quia Episcopi.& 3 quæst.4.cap.1.& cap.infamis.

XLVIII.

Iudex cogitur sententiam ferre.l.fancimus.C.de aduo.diuer.iud.glo.in l.à iudice.C.de iudic.& in l.2.in verb.confessum.C.de proxim.sacro.scrib.libr.12.Bar.in l.generali.C. de tabul.lib.10.item aduocare.l.1.§.ait prætor.de postul. dato tamen pretio.l.1.cum glo.C.de suffra.& l.1.§.in honorariis.ff.de var.& extraord.cognit.

XLIX.

Oblatio realis facta in iudicio sola habet effectum oblationis,consignationis,& depositionis extra iudicium.l.si fiduum.C.de distracti.pigno.& est glos.in l.acceptam.C. de vsur.& in l.si rem alienam in fi.ff.de pign.act. secus in verbali obligatione tantum,& in iudicio.glos.est sing.in dic.l.si residuum.& vide Bart.in dic.l.acceptam.

L.

Iudex cum publica vtilitas vertitur,non potest etiam ex cõsensu partium aliquid de iure relaxare.glo. est notab.in l. filiusfam.§.veterani.ff.de procu.sed potest etiam ex officio,suo supplere.vt ibi per gl.& per gl.in c.1.de iudi.lib.6.

LI.

Donatio causa mortis assumit naturam contractus bonæ fidei,ideo re ipsa mora contrahitur.ita dixit glos.not.in l. Scia.ff.de donat.causa mortis.

LII.

Protestans aucupanti ne intret fundum suum,non potest auferre quod ceperit,sed agit iniuriarum.gl.no.in l.diuus.ff. de seruit.rustic.præd,& in l.4.in prin.& versi. alienatio,ff. de acqui.rer.dom.contrarium tenet gl.in §.feræ igitur.in versi.ingrediatur.& in §.apum.in ver.præuideris. Instit. de rer.diui.prima vera.

LIII.

Rusticus excusatur à tutela, nisi sit sagax,ita dicit text.cum glos.sing.in l.athletæ.§.de rusticis.ff.de excu.tut.ali a glo. est in §.similiter. Institu.eodem.facit l.cum de indebito. ff.de probat.

LIIII.

De bonis aduentitijs filij patri quæritur vsusfructus.l.fin. C.de bon.quæ liber.Fallit in bonis in quibus institutur vna cum ipso patre.tex.est in l.cum oporret.§.exceptis cũ authen.ibi posita.C.de bonis quæ lib.& ita dicit gl.in l.3. C.de vsufruct.& gl.in §.si vero cũ ascendentibus in ver. vsum.in authen.de hæredit.quæ ab intest.coll.8.& glos. Instit.per quas personas nob.acquirit.in princip.& glos. in authent.vt liceat mat.& aui.in verb.parentibus.circa princ.vbi vide quando patri non quæritur vsusfructus.

ADDITIO.

Adde aliam fallentiam per Pet.Rauen.sing.798.

LV.

Hereditas licet sæpe sit damnosa.vt l.hereditatẽ cum simi. ff.mandat.tũ principaliter est titulus lucratiuus.ita voluit glos.in l.si duo sint hæredes & l.mutuum in fin.ff.de acqui.here.& tex.in l.1.C.de impo.lucr.descrip.li.10.quod facit ad statuta

LVI.

Natus ex damnato coitu nõ gaudet priuilegio filii naturalis,quia ei denegantur alimenta de iure ciuili,secus tamẽ de iure canonico.c.cũ haberes.extra de eo qui dux.in matri.quam pol.per adulte. Nec potest legitimari per principem,nisi dicat,non obstante tali lege.est glo.in §.fi is pro quo.in l.1.quod quisque iur. Nec aliquid & inter viuos & causa mortis capere posset à patre, nisi substituatur pupillariter.hæc omnia voluit glo.quam seq.Iac.Bel.& Angel. Aret.& Barto.in l.si is qui ex bonis.de vulgar.& pupill.illa glo.est in §.pe.in verbo,participium.in auth.quib.mod. natu.effic.sui.collat.7.& gl.fin.in l.2.C.de natur.lib. Et si reperiatur aliquid possidere ex bonis paternis, præsumitur fraus,voluit Bal.& Sali.in l.3.C.plus vale.quod agit. & Bart.in l.si is qui ex bonis.de vulg.& pup.& quando possit hæres institui.& quomodo,vide Bart.in l.fin.ff.de his.

LVII.

Confessio criminalis facta sine indicijs non valet.l.j.in prin. cum glos.ff.de quæstio.Et licet sequantur indicia confes
a sionem,non confirmatur confessio.gl.est in l.maritus.ff. de quæstio.quam Bald.in l.fi.C.de accus.dicit singul. facit gl.in l.cum probatio.ff.de probatio.vbi dicitur, quod indicia minus quam semiplenæ probationis sufficiunt ad tormenta.item confessio facta in tormentis nisi perseue-
b ret b,non valet.l.1.§.diuus.ff.de quæst.& i.fin.C.eod.facit tamẽ semiplenã probationẽ iuxta gl.in fi.C.de custo.reor.

ADDITIONES.

a Non confirmatur. Adde Roman.sing.132.
Nisi perseuerat. Adde quis sit modus ad hoc,vt quis dicatur perseuerare in confessione criminis,Bal.sing.70.quæro quis modus.

LVIII.

In cessione bonorum debet cedens bona sua creditoribus indicare iuxta glos.in l.pen.ff.qui bon.ced.posi.item vxor & vassallus debent iudicare iuramento hęredi bona mariti & domini.iuxta gl.in l.2.quan.& qui.quart. pars deb.in verb.iurata fide.

LIX.

Aduocatus non potest esse tabellio.l.vniuersos.cum glos. C.de decu.lib.10.& est glo.in l.generali.C.de tabu.lib.10 Et vile est officium tabellionis,secundum glos.in dict.l. vniuersos. & glos.in l.fin.qui mil.non pos.& est casus & ibi Bar.in l.boetas.de tabu. Et an officium tabellionatus sit

fit dignitas. Bartol. in l. 1. C. de man. princi. dicit quod sic, si sunt tabelliones principis, alij vero vt cõmunes maius habent officium, quam dignitatem idem Bartol. ponit in l. 2. in 1. colum. C. ad legem Iuliam repetun. Et an doctoratus sit dignitas. vide Bart. in 1. constitu. C. in 3. colum.

LX.

Tacita hypotheca resultans ex contractu non comprehendit nomina debitorum quæsita post contractum. ita dixit glo. not. in l. hæredem. C. de hæredita. act. quam tamen ibi impugnant Cin. & Bartol.

LXI.

Contumacia dicitur delictum. authentica si captiui. cum gl. C. de episcop. & cleric. & authentica post iusiurandum. cũ similibus. C. de iud. Quod est verũ impropriè, proprie tamen non est delictum. not. Cin. in text. C. de crimi. stel. quod no. per statutũ. & voluit Bald. in l. 1. in fin. colum. C. de fal. vide Bartol. in l. 2. si ex no. cau. agat. & in l. omne de lictum. de re mili.

LXII.

In defectum probationis defertur iuramentum. l. fin. §. licentia. cum sim. C. de iure delib. Hoc verum nisi lex desideret plenissimam probationem. ita dixit gloss. not. in l. fin. in prin. ff. quod met. cau. Item nisi requirat legitimã probationem. l. cum de indebito. cum glo.

LXIII.

Fundus dotalis prohibetur alienari. l. 3. cum similib. ff. de fun. do. Quod habet locum in quasi dotali. l. 3. ff. eod. etiã si matrimonium sit putatiuum, secundum glo. in l. dotale. §. dotale. ff. eod. extenditur etiam ad donat. propter nup. vt voluit gl. in §. est & aliud. institu. de donat.

LXIIII.

Maritus dicitur habere dotem titulo oneroso. l. ex promissione. ff. de actio. & oblig. & not. gloss. in l. si donaturus. §. si quis indebitam. de condic. ob causam. & sequitur Bald. in l. 1. C. de bon. matr. Etiam si res dotalis pacto & lege veratur ad lucrum. l. 1. C. de impo. lucr. descrip. lib. 10. Quod habet locum etiam in donatione propter nup. dicta l. 1. & ibi Bartol. Quod est verum etiam in mãtrimonio putatiuo. ita dixit gl. in l. Procu. in fi. ff. de iure do.

LXV.

Alienatio interdicta filiis non extenditur vltra eos, nisi expresse dicatur, ita not. tex. cum gl. in authen. de restit. fidei com. §. nos igitur. colla. 11.

LXVI.

Confessio extra iudicialis iudicium facit ad tormenta. gloss. est aurea in l. capite quinto. ff. de adult. Facit etiam indicium ad fustigationem. glo. est in l. ictus. ff. de iis qui not. infa. Facit etiam iudicium ad carcerandum. glo. est in l. si confessus. ff. da custo. & exhi. re. Bald. tamen in l. 1. C. de confes. dicit quod confessus absque accusatione & inquisitione non potest damnari, nisi extraordinarie, iuxta gl. in dicta l. ictus festium. Similiter facit indicium ad torturam fama. l. de minore. §. tormenta. cum gl. ff. de quæstio.

LXVII.

Filius non conficiens inuentarium non præiudicat sibi quo ad legitimam propter legatarios. ita dicit gloss. not. in l. fi. §. fin autem. hoc aliquis fecerit in fin. gl. magnæ. C. de iure deliberand. & gl. in authen. hoc amplius. de fideicom. & in authent. de hæred. & falci. §. si vero non fecerit. in verbo, lucrari. colla. 1. Qui imo non potest institutus grauari in di. legitima, secundum glo. in §. hoc autem dicimus in verbo, hæredem eo. titu. Nec potest filius fraudari vsufru. dict. legitimæ authe. nouissima. C. de inoffic. testamẽ. quod est commune in omni alia quarta, secundum gloss. fina. in dict. authen. Nec potest quis grauari in ea quantitate quæ sibi necessario debetur, vt patrono, & simil. secundum glo. in dict. §. hoc autem dicimus. extraneus tamen bene potest fraudari falcidia. dicto §. hoc autem item non implens iudicium defuncti licet priuetur omni emolumento quod ex eius iudicio capit, vt in §. si quis vero non implens. cum sequen. de hæredib. & falcidia tamen non priuatur legitima debita sibi iure naturæ.

LXVIII.

Adultus habens curatorem equiparatur pupillo vt non obligetur sine curatore. l. cum quædam. C. de admi. tut. cum simil. Hoc est verum si actus qui geritur est talis cui potest aptari authoritas curatoris, secus si non aptatur, vt in confessione facta in tormẽtis. & simil. Bal. in l. 1. in 5. char. C. de confes. Et etiam dict. regula est vera quando agitur de suo commodo, secus si de suo commodo. ita dixit gl. quæ allegatur pro sing. in l. videmus in fi. princi. verb. adolescens. ff. de in lit. iur. facit glo. magna in princip. in l. 1. §. quæsitum. ff. ad Trebel. quam vide & ibi Bartol. omnino.

LXIX.

Carcerato ad custodiam, & exploratum delictum non irrogat infamiam ipso iure, secus si ad pœnam fiat. l. 1. cũ glo. C. de infamib. infamia facti irrogatur si opinio carcerati grauetur apud bonos & graues viros. ita dicit gloss. nota, in cap. at si clerici. extra, de iudic. Similem glo. habes in l. Cæsius. ff. de senato. Cin. in l. 1. C. de sum. trin. in 2. opp. & per Bald. late in 5. opp. per Cano. in cap. testimonium. de testibus. per Spec. in titu. de teste. §. 1. ver. sed quid si dicitur item excipitur, quod est infamis. item opp. quod est criminosus, &c. Et infami de facto minus creditur, secundum gl. nota. in l. 2. §. duę causæ. in verbo. diligentissime ff. ad Carbo.

LXX.

Tutor iudicio tutelæ tenetur de dolo lata culpa & leui. l. qcquid. C. arbi. tut. cum simil. Facit c. conuenitur ratione pecuniæ, & amissæ, & non quæsitæ, in qua venit dolus & lata culpa tantum. ita voluit gloss. notab. quam omnes tenẽt in l. 2. C. arbit. tut.

LXXI.

Arbiter compromissarius equiparatur iudici. l. 1. ff. de arb. quod intelligas iudici habenti iurisdictionem, non merũ & mixtum imperium. tex. est cum glo. in l. non distinguemus. §. de liberali iunctis glo. ff. de Arbitr.

LXXII.

Magistratus etiam maximus si exeat locum suę iurisdictionis, minor ẽ quocũque magistratu alio in territorio suo. ita dicit tex. cum glo. in l. apud eum. ff. de ma numis. titu. generali.

LXXIII.

Excommunicatus potest contrahere. cap. 2. extra, de don. ergo potest esse arbitrator, quia arbitramentum. est species contractus. tex. est cum gl. in auth. vt dif. iud. §. 1. & ibi gl.

LXXIIII.

Simplex denuntiatio non interrumpit præscriptionem, iuxta gl. notab. & ibi Bald. in l. fin. in ver. acquirat de eo per quem fact. erit. & ibi Bar. & est casus cum glo. & ibi Bart. in l. alienam. ff. pro empt.

LXXV.

Ex statuto oritur condictio ex lege, & actio in factum ita dixit gl. in l. 1. C. de his qui ex publ. rario lib. 10. & Ber. in l. 1. de condi. ex leg. & in tract. repetsal. in 1. quæst. princ. ver. ad quartum & vide Bar. omnino in l. si duo patroni. §. si qs iurauerit. de iureiurã. & vide eũ omnino in l. Athletas. §. calumniator. ff. de infamibus. & lex semper loquitur. l. Arriani de hæreti.

LXXVI.

Iudex qui facit litem suam conuenitur in syndicatu etiam si pars

pars non appellet. ita dicunt Doct. in l. 1. ff. quod quisque iur. per gl. idem in verbo, quod scit esse nouum. circa fi.

LXXVII.

Filius baſtardus non dicitur proprie filius.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alie iur.Nec includitur in diſpoſitione gali quantum ad commoda & honores. ita dixit gl.not. in clementi 1.de bapt.qui non ſuccedit in feudo nec in emphyteuſi eccleſiaſtica cum & feudum & talis emphyteuſis adſcribatur honori & dignitati.ita dixit Bal.in l. generaliter.C.de inſti,& ſubſti.Nec poſſunt portare inſignia & arma paternæ domus,cum inſignia præ ſe ferant honorem ſecundum eum ibidem,& an ſequatur baſtardus cognationem patris naturalis,vide Bar.in l.pronuntiatio,de verbo.ſigni.& in l.tutelas,de c.dimi.& doct. in l.fi.C.ad leg. Iuli. maie.

CLXXXV.

Licentiatus Bononienſis iurauit non conuentuari alicubi, vult ſubire examen Paduæ,an poſſit conſultum fuit per dom.Franc.Zab.& per totum collegium.Pad.q poterat. allegabant pro dec.c.cum inter P.extra de renunti. vbi iurans beneficium primo renuntiatum amplius non petere,ſi iterum eligatur,poteſt iterum petere.

CLXXVI.

Mille paſſus faciunt miliare.l.mille paſſus.de verb.ſig. & l. 1.ff.ſi quis caut.Stadium vero eſt vij pars miliaris.glo. 1. §.vniuerſitatis.inſt.de re.diui.& plenius in princi. ſui.Et menſura 5.pedum facit paſſum gl.& doctor.in l.3.ſi.de verb.ſign.& per Bar.in d.1.Et menſura 15.digitorum facit pedem.ſecundum gl.not.in c.ſicut.27.q.4.

CLXXXVII.

Promittens ſe ſiſtere in iudicio ſi impediatur à magiſtratu ſine dolo ſuo,poteſt excipere aduerſus ſtipulantem.ſecus ſi à priuato.l.2.§.ſi.ff.ſi quis cau.& iſto ſecundo caſu condemnatur in expenſis,iuxta glo.not.in c.venerabilibus,in verbo captus.de ſenten.excomm.in 6.vbi eſt ratio diuerſitatis.

CLXXXVIII.

Vbicunque reperitur aliquid deciſum de iure Cano. idem ſeruatur in terris imperij de iure ciuili.c.1.de oper. nou. nunt.c.ſuper literis.de reſcri.no.in l.priuilegia,de ſacroſanct.eccle.Item quod eſt deciſum de iure ciuili ſi contrarium non caueatur de iure cano.ſeruatur de iure cano.in locis eccleſiæ.gl.eſt in c.fi.de reg.iur.in 6.

CLXXXIX.

Actor debet dare copiam libelli reo ſuis expenſis.ita dixit in cle.ſæpè de verb.ſign.niſi mos iudiciorum aliter ſe habeat.l.3.in fi.ff.de teſti.& voluit Bar.in auth.offeratur.C. de lit.con.Et ſi emendet libellum actori debet dari noua copia & noua dilatio ad reſpondendum,vt dixit Ange.in l.1.in verb.cum adiicit,de verb.obliga. facit quod not.in l.præcipimus.§.in his autem.C.de appel.

CXC.

Non eſt neceſſe actionem edi in libello.c.dilecti,de iud.licet de iure ciuili ſit diſputatio vide glo.in auth.de exhi. reis.§.ſancimus,& in l.1.ff.de edendo.

CXCI.

Iudæi tenentur portare ſignum,vt diſcernantur à Chriſtianis,vt habetur in c.nonnullis,extra de Iudæis.

CXCII.

Conſuetudine probatum eſt,non eccleſię præcepto,ne die ſabbati comedantur carnes,vt habetur in c.2.§.1.de obſeruati.ieiunior.

CXCIII.

De canonizatione martyrum vide in c.1.de reliq.& veneratſanctor.

CXCIIII.

Pariſijs prohibitum eſt legi,& audiri leges.iuxt.not. in c. ſuper ſpecula.extra de priuileg.& exce.priuilegiator.ité clerici & monachi non poſſunt ſtudere legibus & medicinæ,

dicinæ,& poſſunt repelli de ſcholis à doctoribus.c.1.ne cleri.vel mona.in 6.

CXCV.

Appellatio interpoſita vltra decem dies eſt nulla ipſo iure. auth.hodie.C.de appel.Nec interpoſita poteſt confirmari,licet in ea procedatur per partes.ita dixit gloſſ.ſingu. in clemen.ſi appellationem.de appel.ideo tali caſu non impeditur executio ſententiæ.l.duo iudices.cum gl.ff.de re iudi.& l.4.§.condemnatum.eo.titu.& dies dati ad appellandum ſunt vtiles à principio.l.2.§.biduum.quando appel.ſit,& in progreſſu continui.glo.in c.non ſolum.in verſi.decendium.de appel.in 6.Nec reuocarentur attentata interim.gloſſ.in ca.non ſolum prædi. Et nota.quod ſi quis ineptè appellauerit,& eſt infra tempus appellationis,poteſt iterum appellare.not.Oldra.in l.propter litem.§.ſi quis in appel.ff.de appe. Et not.quod appellans ſimplici,& ad ſuperiorem.ſimpliciter,videtur appellare ad iudicem competentem not.Bartò.in d.§.ſi quis in appellatione.

CXCVI.

Monachus intantum priuatus eſt propria libertate,vt electus in papam non poſſit acceptare ſine licentia abbatis. vt not.gloſſ.16.quæſt.1.capitu.quam ſit,quæ eſt ſingularis ad hoc.

CXCVII.

Iudex debet habere notarium qui ſcribat acta.capit. quoniam contra,extra de prob.ſa it l.præcipimus C.de app. & valet eius ſcriptura facta etiam ſine iudicis commiſſione,recipere autem teſtes nequaquam,vt notat Bal.in d. l.precipimus.Et acta debent probari per ſcripturam.l.nec in arbitris,vbi Bar.C.de arbitr.

CXCVIII.

Papa vbi habet temporalem iuriſdictionem.& vbi vertitur periculum animæ poteſt legem tollere,iuxt.gl.not.in c. poſſeſſor malæfidei.de regulis iuris lib.6.vide glo.in ca. præſentium.de teſti.& in capit.ſi poſt præſtitum.de conſeſ.libr.6.

CXCIX.

Qui habet ius in principali cauſa poteſt cauillationes, & malitias aduerſarii per alias repellere gloſſ.eſt in capitu. cupientes.circa princip.in verbo malignantium.de electione.lib.6.

CC.

Statutum diſponens aliquid fieri debere de concordia aliquorum,requirit omnimodam concordiam,adeo vt illud fiat nemine diſcrepante,iuxt.gl.no.in c.cupientes.§. ad hoc.in verb.cõcordiam de elect.in 6.& vide in §.Cato.& eſt glo.in c.vbi periculum.de elect.in 6.& tex.in c. in cauſis,de elect.licet in contrarium faciat cap.1.de præben.& clemen.non poteſt,de re iudica. Idem ſi dicatur vnanimiter.cap.bonæ.el 2.& c.vnanimiter.de electio.licet faciat in contrarium cap.ad aures,extra quod metus cauſa.

CCII.

Dies præfixa ſolutioni facit,vt nedum debitor offerre debeat læparatum ſatisfacere,ne inci dat in pœnam, ſed ẽt vt pecuniam offerat.l.magnam.C.de contr. & commit. ſtipu.& l.ſi fundus.in fi.ff.de leg.commiſſ.ſecus ſi non ſit præfixa dies,quia ſufficit offerre ſe paratum ſoluere. ca. cupientes.§.ſi vero in diſcordia,cum gl.in verb.contemplerit.de elect.lib.6.

CCII.

Appellatio ab interlocutoria debet fieri in ſcripti, iuxta gloſſ.in cap.1.de cenſi.& procur.libr.6.ſiue fiat incontinenti,ſiue ex interuallo.c.1.cum glo.de appel.in 6.ſecus quando à diffinitiua,vt ibi gloſſ.contrarium dixit glo.de iure ciuili,in l.2.ff.de app ella.vide Bar.omnino in l.cius qui,de appel.recip.vbi tenet ſecundum gloſſ.

CCIII.

Interdictus ab adminiſtratione quouſque non fecerit tale quid impleto facto intelligitur abſolutus, nec habet neceſſe expectare ſententiam abſolutionis.ita dixit gl.not. in c.exigit.de cenſi.& procurat lib.6.

CCIIII.

Clericatus dicitur eſſe dignitas.c.1.de vit.& honeſtat.clericor.& l.eum qui.C.de Epiſcopis & clericis.

CCV.

Appellatio in ſcriptis poteſt probari per quamlibet ſcripturam,cautius tamen & melius eſt vt redigatur.& ſic probari poſſit per publicam ſcripturam,& authenticum ſigillum.ita dicit gloſſ.in capitu.1.in verb.in ſcriptis. de appel.lib.6.

CCVI.

A ſententia,interlocutoria appellari debet infra decem dies auth.hodie.de appe.& c.Romana.§.ſi vero de appella.in 6.quod ſi infra non fuerit appellatum, interlocutoria tranſit in rem iudicatam quoad partem non quoad iudicem,iuxt.gloſſ.not.in dicto §.ſi vero.& in c.venerabilib. in verbo decendium de ſent.excom.lib.6.Appellatio ab interlocutoria debet continere cauſam grauaminis, vt nota.Barto.in l.1.§.quæſtum de appellat.& latè in l.2.ff. de appe.recip.alias habetur pro non appellante, vt extra eod.cap.cordi nobis,& debet iuſtificari ex cauſis inſertis,non ex alijs, vt not.eleganter Bartol.in l.eius qui de appel.recip.

CCVII.

Bigamus eſt qui duas vxores virgines,vel viduam ſolã,vel aliam corruptam vxorem ducit,c.1.cum gl.de bigam.in 6.Qui ex tunc cum bigamus ſit,ſi clericus erat,perdit priuilegium primæ tonſuræ.cap.1.de cleri.coniu.in 6.Alias non bigamus vxoratus retinet dictum priuilegium dicto capitu.1.

CCVIII.

Excommunicatus non poteſt conuenire,recõuenire,patrocinari,teſtificari,& teſtari,vide Bar.in l.ſi quæramus,in fi.ff.de teſtam.conficiet inſtrumenta publica,ſi ſit tabellio,poteſt tamen ſe defendere ſi conueniatur. Item non poteſt compenſationem obiicere,vt voluit Bart.in l.amplius non peti,rem rat.haber,item non poteſt eſſe procurator in aliena cauſa c.decernimus,cum gl.de ſenten.excommu.lib.6.facit c.1,de reſcrip.

CCIX.

Percutiens ingredientem religionem,etiam ſi nondum ſit profeſſus,incurrit excommunicationem maiorem 17. q.4.c.ſi quis ſuadẽte diabolo,& capitulo religioſo.§.quãuis,de ſentent.excommuoica.lib.6.vide c.cupientes,§. ad hoc,de electione,lib.6,

CCX.

Tabellio in inſtrumento debet ponere locum contractus voluit gloſſa in data 6.libro de regu.iur.item debet ponere ſigillum ſuum ſi ita ſe habet conſuetudo, alias non probaret,voluit Bartolus in l.ad teſtium,§.ſi ſigna.ff.de teſtamen.

CCXI.

Cum quid alicui vna via prohibetur,ad id alia via admitti non debet cap.cum quid,de reg.iur.in 6.quod eſt verum ſi prohibitio ſe habet principaliter ad prohibitum,ſecus ſi ad viam & modum prohibẽdi,vt voluit gloſſa,& Dyni.in dicto c.cum quid.

CCXII.

Dictio ex tunc,not. extremitatem temporis,glo.in c.1.de vſur.lib.6 Barto.extraua.ad reprimendum, in verb.ex nunc gloſſa in l.hn.ff.de iure delib. gloſſ.in authent. de nupt.

nupt.§.ſed & captiuitatem, vide te. expreſſum in l. ſi bis legatum.§. 1. de condit. & demonſt. vbi vide gl. de dictione, cum. & tex. in l. huiuſmodi. de verbo. oblig. & in l. lecta. ſi cert. pet. quandoque tamen exponitur tunc, i. eo caſu. l. epiſtolam. §. fi. ff. de arbitr.

CCXIII.

Inſtitutio de iure canonico, poteſt pendere ex alieno arbitrio. c. cum tibi. cum gloſſ. extra de teſtam. licet ſecus de iure ciuili. l. illa inſtitutio. cum ſimil. de hæred. inſti. vide Barto. in l. qui in poteſtate. ff. de teſtamen. item facta ad pias cauſas, de iure canonico valet inſtitutio. vt voluit gloſſ. in dicto capitu. cum tibi. ſecus de iure ciuili. diſcretis. C. qui teſtament. facere poſſunt iuncta l. iubemus. C. de teſtament.

CCXIIII.

In prima citatione debet citari dominus, non procurator, vt no. glo. in cap. cauſam, extra. de dolo & contum. Bart. in l. 2. C. de iur. reipub. lib. 6. vide Barto. omnino in l. me minerint, & in l. cum qui res. C. de procura. & in l. ſolent iudices. de alim. & cibaria. leg. & l. j. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp. & in l. hoc amplius. cum ſeq. ff. de dam. infe.

CCXV.

Licet nemo ſibi ius debeat dicere, vt C. vt nemo &c. tamen ſi magiſtratus requiſitus neget iuſtitiam, poterit authoritate ſua ſibi ius dicere. glo. notab. prima diſt. canon. ius gentium, & Inno. in c. cum olim, de reſt. ſpoli.

CCXVI.

Eo ipſo cp quis efficitur monachus, nedum iura bona actionis in monaſterium tranſfert ſibi de præſenti competentia, ſed etiam ius & facultatem ſuccedendi ex ſua perſona in hæreditate ſibi delatis & in futurum deferendis, vt voluit gl. ſing. 18. q. 1. c. ſtatutum.

CCXVII.

Pupillus impropriè dicitur inteſtatus decedere. Bart. in l. 1. de ſuis & leg. Salic. in l. cum antiquioribus. C. de iur. deli. Ioan. de Imo. in l. centurio. de vulg. Bald. in cap. 1. in princip. de ſucceſ.

CCXVIII.

Spado continendo ſe à coitu, item pauper pace viuendo, non mendicantur, quia hoc ex neceſſitate faciunt, vt dicit glo. in c. de pœnitentijs.

CCXIX.

In reſcriptis attenditur tempus datæ. cap. ſi eo tempore. de reſcriptis. in 6.

CCXX.

Dictio pœnitus, eſt dictio præciſa, no. gl. in c. 1. de poſtula. prælat. in 6.

CCXXI.

Teſti interrogato de credulitate non eſt dandum tempus ad deliberandum, quia poteſt ex præſumptione ſuâ credulitatem informare ipſe tunc. vt voluit glo. not. in cap. quoſdam. extra de præſump. vide gl. in c. præſentium. de teſtib. & in c. ſi poſt præſtitum. de confeſ. lib. 6. gloſſ. in l. qui interrogatur. de interrog. act. Item teſtis deponens etiam cum iuramento ſe ita credere poſtea ex interuallo temporis melius informatus poteſt dicere ſe aliter credere, nec punitur de falſo, iuxta gl. & doct. in l. de tutela. C. de in integ. reſt. mi. facit glo. in l. 2. C. de iuramento calu. oportet tamen quod allegat, quia diuerſum credit, vt ibi per Baldum.

CCXXII.

Conceſſio facta non obſt. quibuſcunque conſtitutionibus, & ſtatutis non tollitur per ſtatutum, iuratum vt eſt gloſ. ſingul. in c. cum non deceat. de elect. in 6. Item diſpoſitio facta non obſt. quibuſcunque pactis & conuentionibus non tollit pactum ſeu conuentionem iuratam, iuxta glo. in clem. dudum. §. pen. in verbo pacta.

CCXXIII.

Conſuetudo reprobata excuſat à pœna temporali, iuxta gl. in c. venerabilis. de conſue. non gehennali gloſſ. ord. 4. di. cap. denique.

CCXXIIII.

Sententia lata à iudice per metum eſt nulla ipſo iure. c. 1. cp met. cau. lib. 6. & eſt gl. 11. q. 3. c. quatuor, & voluit gloſſ. in l. 1. ff. de autho. tu. & vide gloſſa. in l. ſi mulier. §. ſi dos ff. quod met cauſ.

CCXXV.

Vbi requiritur cognitio ſummaria ſufficit actorem iurare ſe non petere animo calumniandi. d. l. ſi is à quo. cum gl. ff. vt poſſ. leg.

CCXVI.

Abſens non poteſt per literas alicui de vniuerſitate cõmittere vicem ſuam. tex. eſt ſingularis in cap. ſi quis iuſto. in fin. de elect. in 6.

CCXXVII.

Probatio debet de neceſſitate concludere. c. in præſentia. extra de probat. & l. non hoc. vbi gloſſ. & doct. maximè Ang. C. vnde cognati. & Bart. in l. ſi per alium. §. docere. ff. ne quis eum qui. & text. in l. non natales. C. de prob. & Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. Item debet fieri præſente parte aduerſa verè & fictè, vt not. in authent. at ſi omnis. C. ſi vt ſe ab hæred. ab. Item fieri debet lite conteſt. c. quoniam frequenter. extra vt lit. non conteſta. Quod eſt verum in cauſa prin. lecus in emergenti, vt in l. inter vtile. ff. de minori.

CCXXVIII.

Iuriſdictio delegati per epm re integra morte delegãtis expirat. capitulo 1. de officio vica. li. 6. Secus in delegato ſummi pontificis, vbi re integra non expirat. cap. gratum, de offic. deleg.

CCXXIX.

Citatio perpetuat iuriſdictionem. c. gratum. de offi. deleg.

CCXXX.

Sententia lata à iudice in competenti eſt nulla ipſo iure. gl. ſing. in cle. ſæpe. de ſequeſt. poſ. &c.

CCXXXI.

Sacramentum non poteſt præſtari per tactum pedis, pectore, cubito, & alio tactu corporeo, excepta manu, vt nota. glo. in c. vt circa. de elect. in 6. Quod ſi fuerit delatum nõ valeret, quia videtur eius miniſterium vilipendi. Bald. in l. 2. ff. de iureiurand. ex quo limitatur l. 3. §. iurari. ff. eod. vt eo modo præſtetur quo eſt delatum, modo eius myſterium non vilipendetur. facit gl. 1. in §. etiam ſacramenta. de pace iuramento fir. Bal. in l. 2. de iureiurand. dicit, quod teſtis deponens dictum cum iuramẽto non tactis ſcripturis cum manu, non deponit legitime. & Specu. in titu. de teſt. §. ſequitur. verſi. & not. quod teſtis. vide gl. & Bar. in l. iureiurand. C. de teſtib.

CCXXXII.

Clericus non põt conueniri ſub iudice laico etiam ſi renũtiet foro. c. ſi diligen. de foro compe. Fallit in feud. c. cæterum. de iudicijs, & in reconuentis ſecundum gl. communiter approbatam. c. ac ſi clerici. de iudic.

CCXXIII.

Appellatione partis venit dimidia. l. nomem filiarum. §. portionis, de verb. ſig. Quod eſt verum niſi verbum pars qualificetur per verba aliqua diſtributiua. gloſſ. in clem. 1. de verb. ſignific. & Bart. in l. interdum. §. pater. de hæredi. inſti. & notat. in l. 1. de acquir. hære. vide omnino Bal. in c. 1. in fin. de contro. feu. & Bar. in l. 1. C. quando & quibus 4. pars. de lib. 10.

CCXXXIIII.

CCXXXIIII.

Scribens literas excommunicato perinde eſt excommunicatus, ac ſi præſentialiter loqueretur cum eo. gloſſ. eſt in c. cum quis. de ſent. excommu. in. 6.

CCXXXV.

Promiſſor facti liberatur præſtando intereſſe. l. ſtip. non dixi. cum ſimi. ff. de verbo. oblig. Fallit quando promiſiſſet reus ſeruare ſtipulatorem indemnem, quia in huiuſmodi obligatione cogitur præcisè ad factum. ita dicit nota. Bar. in l. pater. in princ. ff. de dot. præleg. quem ſequitur Bal. in l. 2. C. de hæred. vend. Fallit etiam ſi talis promiſſio fiat in iudicio ſecundum gl. in l. filiusfami. §. fi. ff. de p cur. vbi vide Bart. & in d. l. ſtipu. Fallit ſit tali promiſſioni adijciatur iuramentum. ita dixit gl. ſing. in l. ſi pecuniã. circa prin. ff. de cond. ob cauſam. Fallit in l. qui reſtituere. ff. de rei vendi vide Bald. in l. 1. C. de ſen. quæ pro eo qđ intereſt. Fallit vbi obligatus ex diſpoſitione legis l. 2. vbi Barto. ff. de euict. Item antequam patiatur damnum, ille cui promiſſa eſt indemnitas, poteſt petere vt eximatur ab obligatione, ſecundum Baldum in l. ſi quis mandato. de neg. geſt.

CLXXXVI.

Si contrahens cum præſtatione arrarum contractum non impleat, amittit arras. l. contractus. in prin. de fide inſtru. & quanti intereſt alterius partis damnabitur, ita dixit Bartolus nota in l. 1. §. vnde quæritur. ff de publica. vide gloſſ. in §. 1. in verbo, compellitur. inſtitu. de contrahen. emptio.

CLXXXVII.

Si parti aſſignetur terminus ad probandum, non ſufficit in termino inſtrumenta probatoria producere, niſi producens petat de illis inſtrumentis copiam aduerſario dari, ita dixit Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, de plano, per tex. in l. ſi. de fide inſtru. adde Bar. in l. damni. §. 3abi. de dam. infect. & vide in l. 1. de except. Item ad cp terminus datus iudici ad enuntiandum videtur datus partibus ad probandum, ſecundum Bar. in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. indebi. & in d. extrauagan. ad reprimen, vide quod aliqui ponũt in l. properandum. §. fin autem ex geſtis. C. de iudic.

CCXXXVIII.

Bonæ fidei poſſeſſor & ſine titulo tenetur fructus naturales reſtituere. ſed bonę fidei poſſeſſor cum titulo nullaterus reſtituit, ita dixit Bar. not. in repe. l. fructus. de rei vendi. per l. bonæ fidei emptor. de acqui. rer. do.

CCXXXIX.

In dubio non preſumitur delictum. l. merito. ff. pro ſoc. l. fluminum. in fi. cum gl. in ver. non teneri. ff. de damno infe. & voluit Bar. in l. gerit. ff. de acqui. hære.

CCXL.

Quidam acculauit alium quo facto fuit exbannitus, accuſatus dicit ſuper iſta accuſatione non eſſe procedendum ſtante ſtatuto, quod quærimoniæ exbannitorum nõ exaudiuntur. dicit Barto. procedendum eſſe in l. Vranius. ff. de fideiuſſori.

CCXLI.

Defendens cauſam alienam cum mandato, ſi ſuccumbit, repetit ſumptus actione mandati. l. etiam. C. manda. quod intellige iuxta no. per Bar. in l. iam tamen. § in hac. iud. ſolu. vbi eleganter vide per eundem de neg. geſt. & c. & l. ſi præcedente. ff. mandat.

CCXLII.

Contra inſtrumentum in ſcriptis non probatur per teſtes, ſed per ſcripturam. l. generaliter. cum ſimil C. de non nume. pecu. Fallit in præſumptionibus reſultantibus ex inſtrumento, quæ in eo non comprehenduntur, quia probatur tunc per teſtes, ita dixit Bartolus nota. in l. quicun-

que. C. de apoch. pub. l. 10. item fallit ſi quis velit probare non interueniſſe ſolennitatem in obligando, vt voluit gl. & Bar. in l. iuriſgentium. §. ſi paſciſcar. ff. de pact. & vide Bal. in d. l. generaliter.

CCXLIII.

Licet venditor dicat ſe nollo teneri de euictione, niſi de facto ſuo, tamen ſi euincatur ex facto authoris ſui ipſe remanet obligatus prout ſi ex facto ſuo euincetur. Ita dixit not. Bart. in l. ſeruus. de cond. furt. & Bal. in c. 1. in fin. qui ſucc. tex. in vſi. feud. item promittens de facto ſuo tantum, tenetur de facto ſucceſſoris. vide Ange. in l. ſtipulatio. §. 1. de verbo. obligationibus.

CCXLIIII.

Popularis magnæ ciuitatis ceteris paribus anteponendus eſt nobili paruæ terræ. ita dixit not. Bar. in l. 1. de Alex. 1. lib. 11. & qui dicantur notabiles, Bartolus in l. 1. C. de dignit. lib. 12.

CCXLV.

Implorans auxilium, dicendo accurrite, videtur omnes vocaſſe ſpecificè. ita dixit Bart. in l. prohibitũ. C. de iur. fiſc. lib. 10. & in l. culpa caret. per l. prætor ait. §. ſi quis, vi bonorum raptorum. ff.

CCXLVI.

Exceptio illa, quam de euictione &c. opponi poteſt ad proceſſum, & ad merita cauſæ ita cp & ante l te n conteſtatam, & poſt. ita dixit Bar. in l. & inſtrumenta. C. de fide inſtru. & ſic iſta exceptio dicitur exceptio litis finitæ, & impropriè. item omnis exceptio, quæ poteſt incontinenti probari, impedit litis ingreſſum. Specu. in tit. de excep. §. dicto verſi. ſed quid in appel. & vide in §. æquè. Inſtit. de exceptionibus. per Aretinum.

CCXLVII.

Pater inſtituti excludit ſubſtitutum, ita voluit Bart. in l. 1. de vulg. & pupi. & in l. 3. C. de hæred. inſtit. & eſt gl. in l. ſi. in verb. recuſante filio. de bon. quæ liberis.

CCXLVIII.

Notarius ſi ſtipuletur tãquam notarius, præſumitur ſtipulari vt publica perſona, idcirco ex eius ſtipulatione queritur vtilis ſine ceſſione, ſed cõſiderandum eſt, vt cedatur ſi eſt præſens vt not. Bar. in l. ſi pupillus rem pup. fal. for. De iudice, & ſacerdote, & notario ſtipulantibus, Bart. in l. 1. §. exigere. de mag. conuen. vbi etiam de arbitro.

CCXLIX.

Vbi per procuratorem quæritur actio vtilis domino, ibi p negot. geſt. quæritur etiam vtilis ratihabitio ſecuta l. 3. §. 1. iudicat. ſol. & ibi Bar.

CCL.

Hæres hæredis ex beneficio iuris deliberandi ad eum trãmiſſo excludit ſubſtitutum. vt voluit gl. & Bal. in l. 3. ff. de acquir. hære. & Bar. in l. 1. ff. de vulg. & pupil.

CCLI.

Reſtitutio in integrum non poteſt peti per procuratorem, niſi habeat ſpeciale mandatum l. illud. §. 1. & l. patri. §. 1. ff. de minoribus. Fallit ſi petatur in articulo cauſæ. te. eſt ſingular. & ibi Bar. in l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procurat. & voluit Io. And. in c. coram fœliciſ. extra de in integr. reſt.

CCLII.

Expulſus de poſſeſſione vi, poteſt illico expellentem expellere, & poſſeſſionem recuperare, nec tenebitur de interdicto de vi & vi arma. Ex interuallo autẽ ſi faciat, tenebitur te. eſt cum gloſſa in l. 1. §. qui vi à me, & in l. qui in poſſeſſione. ff. de vi & vi armat. Turbare autem eum in poſſeſſione, poteſt etiam ex interuallo, licet non expellere, te. eſt cum gloſſa not. quem ibi multum exclamat Bart.

in

in l.1.§.fi.vti possid.& dicit Bar.in l.1.C.eod,titulo.

CCLIII.

Sumptus facti gratia conseruãdorum fructuum,possunt repeti à quocunque etiam malæ fidei possessore.l.fundus q .ff.fami.erciscund.& l.si à domino & patre.§. fructus. ff. de petit.hæred.vide Barto.in l.cum quæritur.§.prædijs, ff.de leg.3.& in l.quod dicitur.ff.de impens.in rebus dot. fact.& vide Roma,in suis sing.Fallit in decimis soluendis ecclesiæ,extra de decim.c.cum habens,& c.tua nobis de quo plenè in c.pastoralis.eo.tit.Quid si rusticus malæ fidei possessor fundum coluit opera sua,an possit in restitutione repetere sumptus quos fecisset, nisi opera sua colluisset,dixit Bar.& Bal.no.in l.si quis sciens arg.C.de rei vendic.& sic.Mouetur,quia opera succedit loco pretij, vt l.societas contrahitur.§.1.ff.pro soci.

CCLIIII.

Offendens inimicum pugno tantum, si habeat cultellum ad latus,dicitur insultasse eum cum armis,quia propter cultellum redditur timidior.hoc voluit Bar.no.in l.3.§. qui armati.ff.de vi & vi arma.Vbi autem esset equester, & inermis non diceretur insultasse cum armis.Bal.in c. 1.de duo.fra.de no.benefi.inuest.

CCLV.

Res furtiua vsucapi non potest.§.furtiuæ.Inst.de vsucapio, vbi dixi.Subrepta autem iacente hereditate sic.casus iste sing.secundum Bar.in l.si homo,ff.de vsucap.

CCLVI.

Quid operatur stipulatio,& de expensis & interesse promisit stare dicto suo,& iuramento.vide Bart, in l. fin.de prætor stipulat. Et quid operetur promissio quanti ea res erit, vide glossa.& Bartol.in l,nouissimè, quando ex fact.tuto.

CCLVII.

Probatio dicitur clara & manifesta, etiam si fiat ex coniecturis,ita declarat Barto.not.in l.si quis ex argentarijs.§. fin.ff.de edend.& habetur in l.licet Imperator.ff.de leg. 1.& in l.si quis locuples.ff.de manu.test.& per glossa. in l.si tutor petitus.C.de periculo.tuto.& not.in l.secunda,ff. de excus.tutor,

CCLVIII.

Tutor & executor,siue commissarius,æquiparantur,l.tutela plerũque.ff.de tut.nec potest dari tutor incertus.l.duo sunt Titii.ff.de test.tutel.executor autem sic,veluti prior S.Dominici,qui fuit tempore testamenti mei.Barto.in l. quidam relegatus.ff.de reb.du.&c.

CCLIX.

Si deportatus & alias relegatus,reddatur ciuitati per verbũ restitutio,intelligitur restitutus & bonis & honoribus, & fama.te.est cum gl.in l.2.C.de sent.pas.licet contrariũ faciat l.2.ff.eo. & l.1.ff.ad legem Iuliam de ambit. Secus est si per verbum indulgeo,quia tunc tantum ciuitati redditur l.3.C.eod.& est gl.in §.cum autem is.inst. quibus, mod.ius pat.pote, fol.Quid si per verbum rebannio,tũc idem ac si per verbum reddo.l.etiam in princ.de bon.liberto,vide nota.in l.si marito,soluto matrimonio. facit l.filio quem pater,de liber.& posthu. & vide Bar.in l.fin. C.de sententiam passis.

CCLX.

Falsus tutor non potest authorari pupillo in adeunda hæreditate,& aliis contractib.l.si is pro tut.ff.de eo qui pro tuto.Quod est verum nisi prætor legitimet personam suã, ita dixit Bar.in l.2.ff.de appel.recip. & Iacobus de Areti. & Bar.& doctor,in l.licet.C.de procuratoribus.

CCLXI.

Statuto cauetur propinquos debere compelli ad compromissum,an à laudo postea secuto possit appellari,dicit Bar to.not.quod sic,in l.fi.ff.à quibus appell. non lic. facit l.si quis maior.ibi,nullo cogente,& ibi Bar.C.de transact.& glo.fin.in l.arbitrio ff.qui satisdare cogant.& adde Bart. in l.apud Iulianum,in princ.ff.ad senatusconsultum Trebellianum.

CCLXII.

Reus principalis potest procuratorem suum releuare ab onere satisdandi indicatum solui.§.si vero aliquis. Instit. de satisda.A nuda autem cautione non releuat,nisi daret alium pro fideiussore,vt nota.Bartolus in rubri.ff.iudic. solui,facit quod not. Barto,in l.actor,in fin. 1.column.ff. rem rat.haber.

CCLXIII.

Vbi de iure ciuili & municipali laudũ paritactionem,iuxta not.in l.ne in arbitris,& l.plura.C.de abitr.tunc potest peti executio d.laudi per actionem in factum, ita dixit Bar.no.in l.2.C.vbi & apud quem.

CCLXIIII.

Pupillus etiam infans potest citari,est tex.& ibi Bar.in l. 1. §.sufficit.ff.de admi.tut.vbi vide glossa.quod nota. item patitur missionem in possessionem ex primo decreto.l. hæc autem.in prin.ff.quibus ex cau.in poss.ea.& ex secũdo decreto in l.in possessionem.§.1.eo.titu.secus in adulto l.si minor.ff.de bon.autho.iudicum pol.

CCLXV.

Testis deponens de eo quod consistit in intellectu, debet reddere causam sufficientem sui dicti etiam si non interrogetur,vide Bar.in l.si is quis.ff.de tut.& cu.da.ab his, in his vero quæ consistunt in sensu corporeo valet eius dictum sine redditione causæ,nisi fuerit interrogatus,vt no.per Doct.in l.solam.C.de testibus.

CCLXVI.

Si res pignoretur pro tam magna quantitate quod non sit spes luitionis,tunc potius dicitur alienata,l.legata supellectili.§.fina.de supel.le.& l.qui habebat.vbi Bartolus ff.de lega.2.adde nota.in l.bene à Zenone. C. de quadri. præscrip.

CCLXVII.

Testes examinati coram arbitro faciunt fidem inter eosdẽ partes coram iudice ordinario.l.pen.§.fi.C.de arbitr.secus si coram arbitratore,nisi sint examinati ritè & rectè seruata forma iudicij.ita dixit Iacob.Butr.& Bar.in l.fi. C.de test.b.

CCLXVIII.

A sententia arbitratoris datur recursus ne dum ad arbitrium boni viri.l.si societatem.§.arbitrorum,& ibi Bart.cum simi.ff.pro socio,sed etiam facultas appellandi not. Bart. in l.fi.ff.de ap.reci.& ibi Ange.de Are.facit gl. in l. si qua pœna,in verbo de pœna.ff.de verb.sign. vbi vide Bart. & Innoc.in c.fina.quod met.causa, & no. in l.admonendi, in pen.char.ff.de iureiurand.furi petendi laudum reduci ad arbitrium boni viri non potest renuntiari,vt no.Bar. in l.quidam cum filium,de verb.oblig.& l.1.à quibus appellari non licet,quod not.

CCLXIX.

Statutum loquens de habentibus rem, non extenditur ad eos qui ad rem possunt restitui,vt voluit Bar.in l.nemo videtur.ff.de in integ.resti.

CCLXX.

Potestates terrarum tenentur facere expensas eundi & redeundi ab officio vicario & collaterali suo,nisi in cõtrarium agatur,ita dixit Bar.in l.certa.C.de iure fis.lib. 10.

CCLXXI.

In facto proprio non admittitur ignorantia. l. plurimum. ff.de iur.& fac.igno.& l.quisquis.C.de relcin.ven. Fallit in pupillo.l.qui iurasse.& ibi Bartol.ff.de iureiuran.& l.3. §.proinde.& ibi Bar,ff.ad Maced.Item non præsumitur ignorãtia.l.fi.ff.pro suo,nisi sit factum à longinquo.l. peregrè.in prin.de acqui.pos.Item nisi esset intricatum, quod de facili memoria retineri non posset.l.emptor.§.lucius de pac.ita declarat Bar.in l.si quis delegauit.ff.de nouat.facit l.fed & si me putem.ff.de condi.indebit.Item nisi id de quo agitur est gestum per meum procuratorem.l. si res obligata.vbi glossa.de lega.1.Item in facto antiquo facilius præsumitur error.gl.& Bal.in cap.1.in fi.de feu.guard.

CCLXXII.

In alieno tamen facto admittitur ignorantia.l.fi.præalleg.& l.qui in alterius.de reg.iur.Et hoc nisi sit publicè notorium.l.sed & si pupillus.§.1.ff.de instito. & ibi Bart. facit l.nec supina.de iuris & fac.igno.& vide de materia Bart. in l.2.de iureiuran.calum.in materia positionis.& vide in l.1.de eo per quem fac.erit.& Bartol.vt ibi no.in l.non fatetur.ff.de confes.

CCLXXIII.

Pacta apposita in contractibus ab habente potestatem legis condendæ habent vim legis adligandas etiam alias personas.ita dixit Bart.in l.Cæsar.per glossa.ibi.ff.de publica. allegat l.donationes. vbi est casus.C. de donat.int.vir. & vxor.Idẽ voluit Bar.in trac.repres.al.in 1.quæs.prin.ad fi.

CCLXXIIII.

Conuentus in iudicium si suo nomine respondeat & possideat immobilia,non cogitur cauere de iudicio sisti.ita dixit Bar.in l.hæc autem.§.rectè defendi.ff.quibus ex cau. in pos.eat.§.sed hodie.insti.de satisd.cum simi. Adde not. in l.sciendum.ff.qui satisd.cogan.Hoc est verum nisi alias conuentus fuerit contumax.quia possidens etiam immobilia tenetur cauere.ita dixit Bar.loco præalleg.vbi est parenthesis,&c.

CCLXXV.

Statutum quo cauetur,quod mittens populum.& gentem contra aliquam ciuitatem & castrum puniatur, &c.dicitur verificari si mittat quator homines & inde supra.quia tot homines faciunt populum & gentem, iuxta not.per Docto.in l.ones.ff.de abigeis.& per Bar.in l.prætor.§.1. ff.vi bono.rapt.& per gl.& Bar.in l.1.ff.de proba.

CCLXXVI.

Statuto cauetur,quod homines talis villæ teneatur vnus p alio,modo quidam est factus nouiter de illa villa,an tenebitur pro antiquis debitis,quæ fuerant cõtracta.antequã crearetur homo eiusdem villæ?Bart.in tracta.suo de repres.al. in 1.q.prin.versi.ad quartum.dixit quod non. allegat l.prouidendum.C.de decurio.lib.10.vide eundem in l.incolas.ff.ad municipales.

CCLXXVII.

Arbiter & arbitrator absoluens partes ab obseruatione iudicij non dicitur causam terminare. ita dixit Bartol. in l.generali.C.de decurio.lib 10.Quod no.ad statuta.

CCLXXVIII.

Licet in rebus corporalibus contra scientem siue ignorantẽ currat præscriptio l.fi.C.de præscrip.30.ann. Tamen fallit quando dominus potest in integ.restitui per clausulã illam,si qua mihi iusta,&c.ita doct.in d.l.fin.& Bart. in l. 1.§.si quis propter de itine.actuque priuat. Quod habet locum si ductus est ignorantia facti non iuris,vt per Bart. in dict.§.si quis propter.& vide Bald.in l.1.in fine.C.de confessis,&c.

CCLXXIX.

Licet iudex eadem die possit & debeat iudicare de accessorijs ad id quod diffinitiue iudicauerat,dummodo non læsat in aliquo,quod prius iudicauerat, vt l.Paulus. & ibi Bart.de re iudic. tamen potest reseruare taxationem seu declarationem eius quod accessoriè iudicauit etiam post dies & menses,ita dixit no.Bar.in l.si ex diuerso.§.vbi autem.ff.de rei ven.facit gloss.in l.terminato.de fruct.& lit. expen.vbi etiam hoc voluit Bald.

CCLXXX.

Quando agitur executiue non habet locum l.properãdum de iudicijs,vt detur instantia.ita dixit Bartho.in l.litibus. C.de agrico.& censit.lib.11.Contrarium tenet Bal.& male in l.2.C.de iuramento cal.Si tamen agitur ex officio iudi.non est locus instantiæ.vt dicit Bal.in l.2.circa fi.de exec.rei iud.vide in l.inter dies.de re iudic.

CCLXXXI

In iudiciis dicitur quasi contrahi.l.3.§.idem scribit. & ibi Bar.ff.de pecul.siue lit.contest.siue sententia,vt l.2. in fi. cum gloss.& ibi Bar.de prætor.stip.Item per delationem iuramenti quasi contrahitur.l.depositi.ff. de pecu. Item per confessionem,vt no.Bald.in l.cum precum.C.de lib. caus.Quod intellige vt obligetur instantiq non ei quod veniet in sententia,vt voluit Bar.in rubr.iudi.sol.

CCLXXXII.

Statutum disponens de potestate ciuitatis,non comprehendit potestatem castri sibi subditi.ita dixit Bar.pro quo consueuit allegari l.3.in fin.quod met.cau.& l.hos accusare. in prin.de accusa.& l.voluit.§.1.de interrog.act.& l.à diuo Pio.in prin.cum gl.de re iudica.

CCLXXXIII.

Quotiens ex productione sententiq facta per actorem ex sui lectura apparet innata defensio reo,iudex ex suo officio debet actorem repellere,etiam si per reum non opponitur. ita dixit Barto. & docto.in l.vbi pactum. C.de transac.& gl.& Bart. in l.si vnus.§.pactus.ff.de pac.& vide Bar. in l.lecta.ff.si cer.per.facit l.qui cum maior.§.si patris.cum gl.ff.de bon.liber.& fuit no.Inno.in c.per tuas.de testibus & cap.ex insinuatione. extra de appel.& Bartol.in l.si Titius.de verbor.obligat.& vide Angel.de Aret.in l.eum q ita.ff.eod.& in l.4.§.condemnatum.de re iud.

CCLXXXIIII.

In generali mandato venit id quod est de consuetudine.l.si prius.§.1.ff.de aqua plu.ar.ita dixit Bartol.in l.si fraudato. ff.de his quæ in fraud.cred.facit l.si pignore. in fine.ff.de pig.act.Item venit id quod fuerat de consuetudine mandantis.l.& vniuersorum.de pig.ac.Quod intellige si fuit de sua consuet.ordinaria.Bart.in l.Scio amico.§. medico. ff.de annu.leg.ita declarat quem videas.

CCLXXXV.

Appellatione carnium non venit laridum,nec appellatione vini venit acetum.Barto.in l.1.de erog.mili.anno.lib.12. vbi vide.

CCLXXXVI.

Concessum vni de correlatiuis, intelligitur concessum & alteri.l.fin.de accepti.vbi Bart.Quod est verum nedum in fauorabilibus,vt l.non tantum.ff.de re iudi.sed etiam in odiosis & pœnalibus vbi militat eadem ratio. argu.l.1.cũ ibi no.C.de adult.& gloss.in l.1.§.1.in verbo ex vtroque latere.C.de rerum permu.& voluit Salic.in l.quamuis.C. de adult.facit l.2. & ibi eleganter Bart.C.de cuprel.ex lu. daph.lib.11.facit l.fin.& ibi Bar.& doc.C.de indi.vid.tol. & l.culpa.de malefi.& mat.& gl.in authen.sed nouo iure. C.de nup.

CCLXXXVII.

Priuilegiũ ne exigatur, nisi quantum facere potest', si neget causam priuilegij nõ potest,eo vti.l.sed hoc ita.§.1.de re iudi.& l.verum pro socio.& vide Ang.de Areti.in d.l.sed hoc ita.Nec sufficit in tali negatione,nego narrata prout narrantur ita dixit not.Bart.in l.si dubitetur.§.j.ff.de fide. & vide Ang.in §.Item socius.instit.de act.

CCLXXXVIII

Quando duo æquiparãtur à lege,veteri ius de nouo statuẽs

in vno eorum, extenditur ad aliud in materia etiam correctoria. l. si quis seruo. vbi glo. Bartol. & Doctor. C. de fur. & l. quod contra. de legi. & in l. cunctos populus. per Bar. & hoc est quod dicitur statutum pari interpretationem patsiuam, vt ponit Angel. in d. l. si quis seruo. facit gloss. in l. pen. C. ad exhi. facit glo. ff. in authen. sed nouo iure. C. de nup. Et hoc verum quando in æquiparatis à lege veteri erat omnino eadem ratio, vt no. in cap. 1. ne cler. vel mo. Et habet locum etiam istud si lex noua disponeret taxatiue per dictionem tantum, vt no. in l. si mora. solu. matr. & vide Bartol. in l. si constante. in 7. col. ff. eod. item in materia correctoria, & pœnali fit extensio de casu ad casum vbi agitur de periculo animæ. ita limitat Hostien. & Io. Andr. in cap. cum contingat. de iureiur. authen. quas actiones. de sacrosan. eccle. & Imo. in l. si ver. o. §. de viro. solu. matri. & in præl. cap. cum contingat. in 33. chart.

CCLXXXIX.

Lex disponens duo quo ad omnia debere æquirari, intelligi tur in his in quibus possunt æquiparari. l. 1. §. item lex Falcidia. & ibi singulariter Bar. ff. ad leg. Falc. & est glo. singu. in l. mancipia. C. de ser. fug.

CCXC.

Vbi quis tenetur de dolo tertij, nunquam contra eum probatur interesse per iuramentum in litem. ita dixit no. Bar. in l. 1. ff. quan. ex fact. tu. & no. Doct. in l. si quãdo. C. vnde vi.

CCXCI.

Sententia lata contra legem expresso errore nõ valet. l. 2. C. quand. prouoc. non est necc. Secus si tacito errore, vt ibi & in l. præses. de re iudic. Quod habet locum in causa ciuili, secus in criminalibus. ita dixit Bar. in l. relegatorum. §. ad tempus. de interd. & releg. vide Ang. Are. in l. cum prolatis. de re iud. Et no. quod decretum siue expresso siue tacito errore, nõ valet. l. cũ nõ is. §. subuentũ. de fideicom. li.

CCXCII.

Auxilium extraordinarium non datur vbi competit ordinarium. l. in causæ. in prin. cum gloss. ff. de mino. Quod est verum nisi sit vtilius ordinario. Bar. in l. in prouinciali. in fi. prin. de oper. no. nun. item nisi vtrunque sit de iure commu. l. 1. §. vnde quæritur. cum glo. fi. de publica. vide gloss. mag. in l. 1. §. per hanc. de rei ven. & vide glo. & Bart. in l. fi. C. si aduer. rem iudi. & in l. fi. C. si main. se maio. dixer. & gl. & Bar. in l. 1. C. de iudi. vide Angel. de Aret. in l. diuus. de re iudic. & gl. & Bar. in l. Aemilius. ff. de minor.

SINGVLARIA

POENALIVM NOTABILIA SVCcinctè, breuiter digesta, authore Antonio Columbeto Lugdunensi Iurium Doctore.

I.

1 *Testes infames, & alias iure prohibiti, admittuntur, ad probandam coniurationem.*
2 *Probationum difficultas sæpe facit, vt ad condemnati onem perueniatur ex solis indicijs.*
3 *Argumenta probabilia sufficiunt in crimine assassinatus.*

1 D probandam conspirationẽ, coniurationem, vel ligam, admittuntur infames, & quicunque alij prohibiti. c. fi. de test. cog. & notat Bal. in libro statutorũ in dictione, querela, vbi alleg. Archi. in canon. Cõspirationum. 11. q. j. & concordat Paris de Put. in tract. de synd. in rub. Scholaris. c. tortura. in fi. vbi notabilier ꝓbat, quod in delictis, tractatibus, & cõsiliis secretis, propter probationum difficultatem † deue-
2 nitur etiam nonnunquam ad condemnationem ex solis indicijs, si sunt ita certa, vt vix negari possunt. Et habetur per d. Franc. de Cur. consil. 41. incipien. Super processu. Concordat etiam domi. Hippol. de Marsil. in rubri. de probat. fo. 28. versi. Fatendum tamen est, quod in delictis quę de sui natura secrete perpetrantur, vt Adulterium, Sodomia, Simonia, & similibus, quæ vix directe probari possunt, cum in eis difficilium sit habere veras probationes, poterit in istis deueniri ad condemnationem ex præsumptionibus violentis, & indiciis indubitatis. Et istud etiã tenuit idem Hippol. in pract. sua crimi. §. examinanda. nu.
3 24. vbi dicit, quod † in crimine assassinatus non exigitur plena probatio, sed sufficit probare per probablia argumẽta. Et idem Hippo. consilio 1. colu. 7. versic. quoddam autem est factum. vbi tenet, quod coniuratio, conspiratio & tractactus, probantur per testes singulares. Et d. Ab. in cõ. 113. inci. Tria sunt. in 2. part. vbi tenet ꝙ indicia multum vrgẽtia, faciunt plenã fidẽ in delictis, q̃ solẽt caute & occultè fieri. Quod obseruatum fuit hic Lugduni in pſonam Pãtaleonis Dauaigne, mercatoris Ianuẽsis, cui fuit amputum caput à spatulis, pp homicidium perpetratum, & antea cõspiratum in personam Ludouici Doppez, mercatoris Quiercensis Pedemon. anno 1538. vt plenius habetur in eius Epitaphio æreo erecto Lugduni in Cœnobio beati Bonauenturæ.

II.

1 *Pœna arbitraria addicenda volenti dare venenum.*

CVm quædam mulier ruffica districtus Mõtis Aurei, cemens venenum venenandi causa, fuisset capta, obseruatum fuit notabile consilium Baldi. 443. incip. Cęcus cõ
1 fecit venenum. part. 3. vbi dicit, quod † quia illud crimen pessimum est, & ausu, & exemplo, debet imponi pœna arbitraria intoxicare volenti, & quod viles huiusmodi personæ fustigari debent.

III.

1 *Pœna grauissima infligenda ijs qui pecunia corrupti, crimen alienum in se transferunt.*

HVgo monetarius in rure & publica uia reperit duos monetam leuem, & extra † Regnum contra edictũ
2 excusam deferentes, à quibus duobus dictus Monetarius, ne delictum reuelaret, pecuniam accepit. In quem monetarium obseruatus fuit §. si quis autem ex litigatoribus. in authen. ut litigius. quia prædictus Monetarius, cingulo seu officio priuatus, & deinde uerberibus publice fustigatus, & tandem in exilium missus fuit. Qui (ut ibidem dicit tex.) propter pecuniæ acceptionẽ, alienum in se crimen transponere festinauit.

IIII.

1 *Assassinatus tentatus non secus punitur, atque perfectus.*

1 ASsassini, † qui peruenerunt ad conatum, etiam si assassinamentum ad effectum non perduxerint, puniũtur
2 sicut pro effectu. vt est gloss. notab. in l. 1. §. fin. & ibi Bal. ff. quod quisque iur. & alia gloss. in l. præsenti. ibi aut transiuit in conamen, licet ad effectum non venerit & tunc in grauioribus punitur. C. de iis qui ad eccles. confu. Et fuit obseruatum in illis duobus, qui pecunia accepta vulnerauerunt Stephanum Senneton Lugduni, in vico Grenete. Nam illorum duorum capita supremæ Curię, seu Parlamenti Parisiensis decreto, seu Arresto, Lugdunum, alterum super Pontem Rhodani, alterum vero super Pontem Araris, seu Sagonæ, delata fuerunt, & affixa, ann. 1530.

V.

1 *Indicium vnum sufficit ad adhibendam torturam.*
2 PRo vno † indicio procedi potest ad torturam. vt not. Alex. consil. 67. incip. In causa accusationis, in 1. volum. vbi dicit post Ioan. And. quod ita seruatur in practica, est tamen arbitrarium Iudici, secundum Bartol. in l. fi. ff. de quæstion. Et fuit obseruatum in illum, qui incontinenti post homicidium cum balista perpetratum, accessit ad certum locum, trecentis passibus ab eo loco, in quo perpetratum fuit dictum homicidium distantem, vbi cum illuc accessisset, quibusdam illic assistentibus, dixit. Vos eritis mihi testes, qualiter fui, & sum hac hora vobiscũ. Nã ex illo indicio fuit tortus, & potẽter tormenta passus est, & deinde, deficientibus probationibus, liberatus est, & mortis euasit periculum.

VI.

1 *Sententia confiscationis bonorum facta extra crimen læsæ maiestatis, est nulla, quantum ad præiudicium vasallorũ ipsius principis, dominorum immediatorum condemnati-*

1 SEntentia † confiscationis bonorum facta extra crimen læsæ maiestatis est nulla, quantum ad præiudicium vasallorum ipsius principis, dominorum immediatorũ condemnati, quia prædicti domini non fuerunt citati, secundum do. Aegid. Bellam consil. 15. incip. Factum. Quod obseruatum fuit, nam emendata fuit vna sententia, & dictũ, *Les biens confisquez à celuy qu' il appartiendra.*

VII.

1 *Probatio plena requiritur in crimine falsi.*
2 IN crimine † falsi debet plene probari. Ita notabi. dicit Specu. in titu. de sum. cogn. versicu. quid enim si incidit &c. Et idem Spec. in titu. de instrum. edit. §. restat. nu. 16. in fin. dicit etiam, quod falsitas testibus probatur. secundũ cuius Specu. dicta, annullata fuit vna sententia, cui adfuerant multi Assessores, quia non fuerat plene in crimine falsi probatum. Quod latius firmat Philip. Deci. in capit. porrecta. extra de confir. vtili, vel inut. vbi tenet, quod in tali crimine probatio magis concludens, & strictior requiritur.

VIII.

1 *Monopolij pœna.*
2 *Tabellio non debet monopolij instrumentum conficere.*
1 DEcem † coriorum aptatores fuerunt condemnati inducentis lib. Regio fisco applicandis, pro monopolio. Octo soluerunt condemnationem, Quæsitum fuit, an poterat fieri exequutio in illis duobus, qui non soluerunt? Decidit notabiliter Bart. quod sic, in l. cãcellauerat. ff. de his, quæ in testa. delen. vbi dicit esse menti tenendũ.
2 Et de pœna notarij, qui vetitum † contractum illius monopolij conscripserat, & stipulatus fuerat sunt text. quos signat gloss. solitaria in l. 1. in verbo, ausi fuerint. C. vt nemo ad suum patroc. suscip. rustic. lib. 11.

IX.

1 *Furis astutia asseuerantis se credere dominum rei captæ permissurum.*
1 QVidam furtastutus dixit, quod credebat dominum rei captæ permissurum. Fuit recursum ad notabiles voluntatis coniecturas, infertas per Ioan. Fab. in §. furtum Instit. de oblig. quæ ex delic. nascuntur.

X.

1 *Reũ absoluere diffinitiue nõ debet iudex quando est dubius.*
2 NOtatur † quotidie in practica notabile dictum Salic. in l. si qui. C. ad leg. Iul. de adulte. vbi dicit, Ex ista gl. sume consilium, quod vtile est diffinitiue non absoluere reum, quando iudex est dubius. Et hoc potest facere iusta causa allegata, puta, si habet indicia sufficientia contra accusatum, qui pluries tortus non est confessus.

XI.

1 *Furtum domesticum omnia cætera superat.*
2 *Furti domestici pœna.*
1 INter cætera furta, peius est domesticum. Ita not. Azo in sum. C. de ser. fug. Et ideo de consuetudine Regni Franciæ. vt testatur Ioan. Fab. in §. alia. Instit. de public. iu.
2 seruitor, vel alius familiaris, pro primo furto suspenditur, & alius non. facit lex pen. ff. de condic. cau. dat. vbi est speciale, propter conditionem personæ, quia erat seruus. Quod dictum Ioan. Fab. intelligi potest in furto enormi & multum magno, nõ leui, secundum distinctionem l. respiciendum §. furta domestica. ff. de pœnis. Bart. in l. non solum. §. si mãdato. ibi, quædã sunt delicta grauia, vt crimina priuata, quæ requirunt dolum, & magnum pręiudiciũ pariunt, & merentur magnam pœnam, vt furtum rei magnæ, ff. de iniur. Et hoc de furto enormi tenet Bald. in ca. 1. §. iniuria. ff. de pac. iur. firm. Et ante eum textual. Iaco. de Beluis. in practica sua criminali, in rub. de furtis. ibi, Aut
2 est magnum, aut modicum. Si est magnum pro primo furto debet suspendi, sublatis secundum eum, qualitate personę, rei, & modo sententiandi. per l. Pædius. §. 1. in gl. cõ dictione. ff. de incen. ruina & naufr. & Ang. Aret. in opere maleficiorum, ver. & vestem cælestem. vbi dicit se practicasse in ciuitate Perusij. Præterea, melius contigisset seruo cuiusdam Thesaurarij, si a sententia prima, per quam ad remos damnatus erat, non appellasset, quia tandem furca suspensus, vitam laqueo miserabiliter, finiuit, pro furto Mille sexcentarum librarum. Fuit etiam patibulo affixa & suspensa hic Lugduni, vna ancilla pro furto enormi. Et à domino Præposito Marescalorum, seruus cuiusdam magnæ Domine.

XII.

1 *Iudex ex officio falsum testem. punit extraordinarie.*
2 *Leges vel statuta licere transgredi, in quibus locum habeat.*
1 IVdex ex officio falsum testem punit extraordinariè, scilicet verberibus, non pœna legis Cornel. de fals. vt tenet Specula. in titu. de teste. §. 1. numero. 47. versi. sed nunquid, quem sequitur dom. Nel. eod. titu. cap. falsus. Quod fuit obseruatum in testibus de Ch. & testibus qui deposuerunt contra Rolin, in causa prætensi homicidij, & sic fuit transgressa pœna statuti punientis huiusmodi falsos testes pœna mortis. Sed dicit dom. Iason. in §. alias. versic.
2 ex maleficijs. colum. 2. institu. de action. illud quod † dicitur, quod ex causa licitum est transgredi leges, vel statuta, habet locum in maioribus Magistratibus tantum, quibus istud licet, secus est in minoribus Magistratibus, vt in Potestatibus terrarũ, qui habẽt seruare statuta ad vnguẽ. Et quod cum causa possit etiam pœna statuti moderari, vide Bald. in l. si quis in graui. §. aperire. ff. ad Silleian. & Paridem de Put. in tract. de syndic. in rub. Accusatio, capitu. Potestas, qui habet arbitrium.

XIII.

1 *Miles maior grauius punitur quam minor.*
1 IN delicto † militari magis punitur miles, qui est in maiori gradu, quam alius, qui in gradu minori constitutus est, ꝛm Baldũ in c. 1. §. si rusticus aũt. de pace tenẽ. p l. 2. ff. de re militari. ꝙ fuit allegatũ in diffinitione ꝓcessus Capitanei H. L. cui fuit amputatũ caput hic Lugdu. an. 1536.

XIIII.

1 *Auxilium & fauor vt plectantur in delictis.*
1 GLo. est † commendanda in cap. felicis. in verbo simplici fauore. de pœn. in 6. quæ vult, quod vbicunque auxilium, & fauor est simplex, ex eo, quod maleficium non est ex eo auctum, sed ita est exequutioni mandatum, sicut si non interuenisset, quod tunc auxiliũ, vel fauor arbitrio iudicis puniendus est, & non pœna ordinaria, qua punitur principalis, secundum quam glos. alias de sensauit vnum à pœna furcarũ, Augustinus Ariminẽ. vt

spe refert in tract. malefi. in verbo, dicto maleficio semper additit. in addit. adde quod Canonistę, vbi refert, qđ ille tantum steterat super viu, interim dum alter furabatur vnam petiam velousti. Et ita practicatum fuit in sociis de Arnauld. qui duntaxat per Arrestum venerabilis & supremæ curię Parlamenti Parisiens. fuerunt fustigati, & postmodum banniti, ipse vero suspensus in publica platea putei de porcaria, quia de nocte dicti socij auxiliabantur, & stabant in via, interim dum dictus Arnauld. frangebat ostia apothecarum cambiorum Lugduni.

ADDITIO.

Adde Hippol. de Marsi. singular. 15.

XV.

1 *Delictum probatur per impuberes, quando non potest probari, nisi per minores.*

1 QVando delictum non potest probari nisi per minores, tunc impuberes probant ipsum delictum. Istud fuit notabile dictum Albe. de Rosa. in l. in testimonium. ff. de testi. Adde Spe. eod. tit. §. 1. numero 34. ibi, sed & pupillus quandoque potest in testem recipi, maxime, si dominus dicatur à familia occisus. Et hoc equitatem habet quando per alios veritas aliter haberi non potest, vt in simili de mulieribus dicit Ioan. Andr. ad Specu. eod. ti. & §. 1. numero 83. in verb. §. testes. in fi.

XVI.

1 *Iudex laicus quando absque monitione possit procedere contra clericum.*

1 SI quis deliquit in officio suo, ex quo est infamis ipso iure, quia offendit Principem, qui eum creauit, & non requiritur sententia. Si vero aliter deliquit, & tunc requiritur sententia, ut in l. 1. infra. & non habet locum tex. in l. 2. ff. de Senatoribus. Barth. de Capua.

ADDITIO.

Considera bene, ne forte ista decisio sit contra tex. in l. si qs decurio. C. de fals. Nota glo. in hac lege, & authoritatem huius illustr. doct. quando infamia irrogatur ipso iure. Sed posset non inutiliter dubitari, an priuetur bonis ipso iure. Exemplum Sacratissimus Imperator Carolus 5. declarauit per sententiam suam illust. Ducem Ferrandinæ non seruasse fidem datam quondam magnifico Io. Hieronimo Carrafæ, an ex ista declaratione fuerit sequuta in fama, & priuatio status? forte non. Nã illustrissim. Dux non fuit auditus, & sententia lata in absentem, & non fuit diffinitiua. Vnde non est infamis. Vide Bald. hic qui satis in terminis disputat latè quæstion. & inclinant rationes suæ in fauorem Ducis. Innocen. in ca. qualiter & quãdo. de accusat. facit dictum Bald. in l. 2. in §. milcs. de infami. ubi est solennis & magistralis glo. pro quo etiam ad duco Inno. in cap. nonne. 8. q. 4. maxime quia sunt epistolæ & declarationes, quæ non infamant. pro quo est tex. in l. quid ergo. §. quantum ad infamiam. ff. de insam. Et sententiæ. Principum requirunt citationem partis. tex. in l. Imperialis maiestas. C. de legi. etiam si sit sæntentia declaratoria. ita Alex. in consi. 11. colu. 2. lib. 7. & col. 4. vbi latissime. & Socin. in consil. 164. lib. 2. Et quod dixi de citatione necessaria ad sententiam Principis, intellige de prima citatione, non de alijs intermedijs, quę tolli possunt ut singulariter dixit Philipp. Deci. in l. militis. C. de test. mil. Hoc summo digito tetigi, vt alij cogitent subtiliora & aptiora. Marcel. Bonus.

VII.

1 *Notarius si fuit iudex ciuitatis, an fuito officio possit officiũ notariatus assumere?*

1 QVæro in l. Senatoris filius. ff. de Senat. quid si notarius fuit iudex ciuitatis, nunquid finito officio possit officiũ notariatus assumere? Et uidetur quod non, argumento huius literæ. Et uidetur quasi casus C. ubi de ratioci. agi opor. l. 2. Tu dic quod sic. ut C. de primicer. l. 1. li. 12. C. de decur. l. qui derelicta. li. 10. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Fortè non esset inutile dubitare de ista decisio. Nam cui est dubium, quod notarius etiam pendente officio iudicatus remanet notarius, & potest instrumenta conficere durante

durante dignitate, vt est casus ad literam in l. si quis decurio, iuncta gloss. 1. C. de fal. Ad quid ergo est dubitandum si finito iudicatu recuperat officium, quod semper retinuit. Marcellus Bonus.

VIII.

1 *Ecclesiasticas res in casu prohibito si donetur, & donatio ab abbate confirmetur, an si postea donatarius sit ingratus, donatio reuocari possit?*

1 ECce in l. emancipatum, in fin. ff. de Senat. donaui tibi rem ecclesiasticam in casu prohibito, & feci ipsam confirmari ab Abbate, tandem mihi es ingratus, propter tuam ingratitudinem volo reuocare donationem, quæro nunquid possim? videtur quod sic. vt C. de reuocand. dona. l. final. tu dic quod non, quia magis tibi prodest confirmatio Abbatis, quam donatio mea. ad quod C. de iure emphyt. l. si. Et quia ista donatio magis prouenit ad te ex Abbatis confirmatione, quam nostra donatione. arg. ff. de adopt. l. si arrogator, in fi. Bartholomæus de capua.

IX.

1 *Ecclesia aliqua si sit in episcopatu, debet esse sub obedientia episcopi.*

1 VAlet l. 1. §. cum vrbem. ff. de officio præfecti vrbis, ad quæstionem de episcopo, vt si aliqua sit ecclesia, seu locus religiosus in Episcopatu, quod debet esse sub obedientia Episcopi. Idem dico de villa, seu castro, vt si est posita, vel posita in Episcopatu alicuius ciuitatis, debet esse de eius iurisdictione, prout in cap. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7. Nisi demonstretur priuilegium in cõtrariu per tex. in cap. cum & plantare. extra, de priuileg. & not. gloss. in dict. ca. omnes Basilicæ. Bartolomæus de Capua.

X.

1 *Distributores si sint plures dati in testamento, quando quilibet solus possit distribuere?*

1 DIc quod si sunt plures dati distributores in testamẽto, vt in terminis. l. 1. ff. de offic. Consulis. quilibet solus potest distribuere, quia officium eorum quilibet eorum insolidum habet, vt manifeste colligitur ff. de fideicommiss. libr. l. si legataria à duobus. Bartholomeus de Capua.

XI.

1 *Iudices ordinarij si tres sint, & coram vno datus sit libellus, coram alio facta litis contestatio, coram alio recepta probationes, quis debeat pronuntiare?*

1 ECce tres erant iudices ordinarij, duobus absentibus coram vno oblatus fuit libellus, coram alio fuit facta litis contestatio isto absente, tertius iis absentibus probationes recepit, & planum est, quod vnusquisque eorum habet officium insolidum, vt in l. 1. ff. de offic. consulis. quæro quis debeat pronuntiare? & dic (licet plura dicantur pro, & contra) quod is, coram quo fuit lis contestata. nam principaliter per litis contestationem iudex cognoscere incipit, vt ff. de iudic. l. de qua re. & ibi nota. in glos. Bartol. de Capua.

XII.

1 *Magistratus minor si non potest suum officium exercere, potest maiorem magistratum inuocare.*

1 NOta in l. ne quicquam. §. cæterum. ff. de officio Procõsulis, quod quotiescunque f minor magistratus non potest suum officium exercere, potest maiorem magistratum inuocare. ad quod facit C. de offic. præfect. Aug. l. 1. & C. de epis. & cleri. l. si quis in hoc. Barth. de Capua.

XIII.

1 *Vidua in sua possessione molestata, & ideo petenti sibi literas exhiberi, vt a turbatione desistatur, an sint dictæ literæ cõcedendæ?*

1 QVæro in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de officio Præsidis. consueuit f venire vidua in Curia magistri Iustiarij, & petit quod talis qui ipsam molestat in possessione sua, à turbatione desistat, ac petit sibi literas exhiberi, nunquid tales literæ sint sibi concedendę. & respondeo non. Si quis enim habet accusationes, eas suo ordine exequatur, vt ff. quot met. caus. l. extat edictum. ad hoc facit. ff. de priua. delic. l. fi. & ff. si mulier ventr. no. l. prima. §. necessario. nisi miserabilis esset persona, quia tunc ne potentiores, &c. & quia melius, &c. & C. in quibus causis in integrum restitutio non est necess. l. final. Barthol. de Capua.

XIIII.

1 *Mulctam quæ fisco applicari debet, an magistratus remittat, & quid si pœnam ordinariam remittat?*

1 SIc ergo f magistratus mulctam quæ fisco applicari debet, remittit, vt in l. illicitas. §. fin. ff. de offic. præfid. Sed contra infra de publ. l. licitatio. §. earum. Sed si magistratus pœnam corporalem remisit, simili punietur. vt C. ne sanct. bapti. l. fin. in fin. Si autem aliquid de fisci iuribus credit remittendum, in tantundem de suo proprio tenetur. vt C. de anno. & trib. l. 2. lib. 10. & de conueni. fis. debi. l. 2. Si tamen pœnam remittit ordinariam, quinquagintalibrarum auri mulcta ferietur. vt C. de mod. mulctar. l. vni. in fin. Bartholomeus de Capua.

XV.

1 *Furiosus quomodo quis probetur.*

1 SEd quomodo f probatur furiosus vt in l. congruit. furiosi. ff. de offic. præfid. respondeo, vt docet lex. C. de latiliber. tollen. l. 1. §. sed & si quis homini. & ff. de cõditio. instit. l. quidam in suo. Barth. de Capua.

XVI.

1 *Approbator qua actione conueniatur?*
2 *Nominatores an teneantur, si nominati sint minus idonei?*

1 SEd qua f actione conuenitur approbator? de quo in l. si vero pro condemnato fideiusserit, ibi approbatum. ff. q fatisdare cogantur. dic quod eadem, qua fideiussor. vt infra, de fideiussor. tut. l. cum ostendimus, in fine scilicet ex
2 stipulatu. vt infra de oblig. Sed an f nominatores teneãtur, si nominati sint minus idonei? respondeo sic, vt C. de suscepto. & arcar. l. 2. libr. decimo. Bartholomæus de Caupa.

XVII.

1 *Dolo commisso ab eximente quem in iudicio, si per exemptionem actio non sit amissa, actor à reo consequitur suum interesse, reus illud recuperat ab eximente.*

1 IStud teneas in l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem factum erit. & in toto titulo isto, quod f dolo commisso ab eximente, si per exemptionem actio non sit amissa, quod actor potest agere contra reum, & consequi omne interesse suum. Et versa vice, reus omne interesse recuperat ab eximẽte, vt §. e. l. 1. §. si reus. ibi, allegat. & c. & infra titul. l. 1. in fin. & l. 3. vbi autem est amissa propter factum eximentis, contra eum agitur tantum, non contra reum liberatum, nisi in subsidium, vt est in prælenti. §. Nec credas, quod quando actio non est amissa, habeat electionẽ actor vtrum velit agere contra reum, vel contra eximentem, secundum quod quidam credunt, quia cum actio in factũ, ex hoc edicto detur ad interesse, vt supra eo. l. 1. §. in plures. si actor habet actionem saluam contra reum sua non interest, vnde contra eximentem non agit. Bartholom. de Capua.

XVIII.

1 *Conuentio legitima parit actionem, & quid de conuẽtione iurisgentium?*

1 SEd quę est ratio quod legitima conuentio semper parit actionem. vt in l. iurisgentium. in princip. ff. de pactis. Sed conuentio iurisgentium interdum actionem interdum exceptionem, vt hic? Respondeo, actiones omnes sunt iuris ciuilis, vt supra de ori. iur. l. 2. §. deinde.

nec

nec mirum si plures parit actiones legitima conuentio, quæ est iuris ciuilis, quam iuris gentium. Bartholomæus de Capua.

XIX.

1 *Transijsi aut conueniri an possit super præbendis clericorũ?*

SEd quid de præbendis clericorum, nunquid super his de authoritate Episcop licet transigere, seu conuenire, est argumentum in l. cum hi. ff. de transactionibus, quod sic, quia licet super re ecclesiastica non possit fieri transactio, vt C. de Episcopis & clericis. l. iubemus. & in authenticis ibi positis, tamen de fructibus ipsius præbendę bene potest transigi. Quia quando de ipsa præbenda quæstio esset, non posset sine authoritate episcopi vt extra eo. ca. de cætero.

XX.

1 *Accusatus criminaliter de periurio, si ob cõtumaciam fuit post annum foriudicatus, captus qua pœna puniatur?*

QVæritconsueuit, in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de iis qui notantur infamia. aliquis fuit accusatus criminaliter de periurio, non comparuit, fuit bannitus, & post annum foriudicatus, tandem captus fuit, qua pœna puniatur? nunquid ad mutilationem manus, quæ est pœna periurij, secundum constitutionem, an occidetur? Et quidam dixerũt quod ad mutilationem manus, quasi prima causa inspecta. Tu dic quod occidetur, quia tua cõtumacia puniet eum, ex sola sententia foriudicationis, vt manifeste patet ff. de pœnis. l. quod ad statutum. & ibi gl. nam inspecto an ex eo crimine talis pœna debuerit imponi, cũ ex causa possit augeri? l. ex sententia. & infra de bon. eor. l. 2. Bartholomæus de Capua.

XXI.

2 *Minor petens se restitui, an necesse habeat dicere causam, super qua restitui petit?*

SEd nunquid quando minor petit restitui vt in l. 1. ff. de in integrum restitutionibus, necesse habeat dicere causam, super qua restitui petit? puta peto restitui, quia talem exceptionem omisi, vel talem articulum. dic quod sic, argumen. in authen. de test. §. si vero. & quia necesse habet se læsum probare. vt ff. de iureiurand. l. nam & postea. §. si minor. & no. extra de excep. capit. pastoralis. Bartholomæus de Capua.

XXII.

1 *Citatio si cadat in diem feriatum, an citatus teneatur comparere die sequenti?*

NOta l. Celsus. §. idem ait. ff. de arbi. pro quæstione qua quæritur, si aliquis citatur, & citatio cadit in diem feriatum, quod non tenetur comparere sequenti die. Sed cõtrarium est de iure canonico, & id seruatur. Pro prima opinione est quasi casus ff. de iudic. l. & post edictum circunduct. & hoc teneo, Bartholomęus de Capua.

XXIII.

1 *Magistratus non potest vocare, nec vocari in ius, & quomodo id intelligatur?*

NOta in l. magistratus. ff. de iudicijs, dicitur, quod magistratus non potest vocari in ius, ad quod accedit. ff. de in ius vocand. l. prima. sed nec alium vocare, vt hic dicitur. Tu dicas quod hoc est verum, quod alium in ius vocare non potest, scilicet suæ iurisdictioni subiectũ, secus si alterius regionis, vt tangitur C. de episcop. audientia. l. si præses. & no. Azo in summa de iudiciis. §. illud quæritur. Barth. de Capua

XXIIII.

1 *Interdictum vnde vi an competat ei, qui aliquo tempore tantum fuit in possessione, & quid de Publiciana?*

NOta aurcum verbum, in l. cum sponsus, in fine. ibi, sed etiam is qui momento possedit. ff. de iudic. & sacita l. quæstionem talem. Intentaui contra te interdictum vnde vi, & non probaui quod per longum tempus possederim, sed quia aliquo tẽpore fui in possessione, & ob hoc competit mihi interdictum, vnde vi. argumen. huius legis, in ver. sed etiam is qui momento, &c. Nam publicana datur etiam si per momentum fuit aliquis in possessione, & non datur nisi res esset tradita. & sic videtur, quod cõpetat interdictũ, vnde vi, quasi possessio ei tradita fuerit. Bar h. de Capua.

XXV.

1 *Iniuria affectus quibus verbis contra iniuriantem vti debeat, vt eum ab iniuriando arceat?*

NOta in l. si quis. in princip. ff. de iudic. pro† simplicib' hominibus quando volunt vetare aliquem, ne fiat, eis iniuria, quia dicunt, Ego præcipio tibi ex parte Domini nostri Regis sub pœna decem vnciarum, vt iniuria me non afficias. Non quod dicant, veto, vel simile verbum, prohibitorium, nam tantundem est, vt hic. Item quia nõ sim plici verbo stare debemus, sed voluntas hominis inspicięda est vt argumento infra, de oper. noui nuntiatio. l. 1. in princip. & C. de liber. præ. l. 3. Bartholomæus de Capua.

XXVI.

1 *Locus vbi quis vulneratur, an vbi moritur ex vulnere debeat attendi ob soluendam pœnam fisci?*

2 *Vulneratus morti fere pro mortuo habetur.*

QVidam fuit† vulneratus, pone Auersæ, tandem venit huc Neapoli, & fecit se hic curari, mortuus est, quæ ciuitas debeat soluere pœnam fisci? Et in l. huic scripturæ. ff. ad legem Aquiliam. est argum. quod Auersana, vbi fuit processus. vt ff. de damno infect. l. Sabini sententia. & infra eodem. l. ait lex.

Sed quæro, constitutio Regni dicit, quod si quis inuentus fuerit occisus in aliquo territorio, vel in ciuitate, quod ciuitas illa ad cuius dominium spectat territorium, soluat fisco vncias centum. Pone ergo, quidam fuit mortifere vulneratus, non tamen ibi incontinenti mortuus, cum fa ceret, se alibi curari, mortuus est, quęro nunquid ciuitas teneatur ad pœnam? Et multoties de facto vidi iudicari q̃ non. In contrarium expresse dicitur, quod sic, nam † qui mortifere vulneratus est, pro mortuo habetur, vt supra dictum est. Barth. de Capua.

XXVII.

1 *Candela à scolari accensa dimissa, si comburat librum, quẽ ei commodaui, an is teneatur.*

NOta in l. si seruus. §. si fornacarius, in ver. nec quisquã. ff. ad l. Aquil. quod si scholaris † surgat de nocte, & cãdela dimissa accensa comburat librum, quem sibi cõmodauit, quod tenetur hic, nec excusatur, quia est res naturalis, quia præuideri potuit, vt hic. & ff. eod. l. qui occidit. §. penult. Barth. de Capua.

XXVIII.

1 *Iniuriatus pluribus iniurijs, si iniuriantem accuset, an debeat omnes iniurias in vno libello comprehendere?*

POne, † quidam iniuriatus est alicui, & dixit ei multas, iniurias. modo accusauit eum, nunquid debet omnes injurias in vno libello comprehendere? & distingue secũdum literam in l. illud. §. si idem seruum ff. ad leg. Aquil. cũ gl. Bart. de Capua.

XXIX.

1 *Rixa quomodo fieri dicatur & inter quos?*

NOta per l. si ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. quod rixa † dicitur fieri, non solis verbis iniuriosis, sed actu interueniente, vt hic patet, vbi percussio, & verberatio facta fuit. argumen. infra ad leg. Cornel. de fica. l. si in rixa. & not. quod rixa dicitur fieri etiam inter duos tantum, vt infra de vi bono. rapt. l. prætor. §. 1. & ita fuit

fuit in ‖isto §. tabernarius, & probatur extra, de iniur. & damn. dat. capit. 1.

XXX.

1 *Regentes si vellent aliquem capere malefactorem & moriatur, non tenentur.*

NOta in l. quemadmodum, in §. si quid tamen. ff. ad l. Aquil. quod si† regentes volunt capere aliquem male factorem, & moriatur, quod non tenentur, vt hic. Bartholomęus de Capua.

XXXI.

1 *Actio ex priuilegio mihi concesso datur.*

NOta in l. inter coheredes. §. 1. ff. familiæ erciscundæ. quod si dominus† Rex concedit mihi aliquod priuilegium, quod ex illo priuilegio habeo actionẽ, vt hic. & C. si aduersus vend. authen. sacramenta. & melius ff. de acquir. rer. dom. l. statuas. Bartholomæus de Capua.

XXXII.

1 *Damnatus si quis fuerit, quia expulit me de possessione, an eo ipso restituetur mihi possessio?*

QVæro iuxta l. vt fundus. ff. communi diuidundo. repulisti me† de possessione mea, ego impositi tibi defensam, vt me non expelleres, tu nihilominus expulisti, ego egi aduersus te pro defensa, non tamen intẽtaui interdictũ vnde vi pro possessione, tandem probaui defensam, & dãnatus fuisti ad pœnam, nunquid eo ipso restituetur mihi possessio? Et videtur quod sic, vt in authen. de mand. prin. §. quod si delinquentes. Tu tamen dicas, quod non. arg. hic & ar. supra de mino. l. etiam. & de tempor. appel. l. per hãc. Bartholomæus de Capua.

XXXIII.

1 *Citatus criminaliter si non compareat, iudex potest mandare, quod eius domus diruatur, & alia bona destruantur.*

NOta in l. si is cum quo. ff. cõmuni diuidun. quod de facto sit in Regno isto quod si† quis citatione premissa non comparea, quod iudex potest mandare, quod domus suæ diruantur, & alia bona destruantur. Bartholomæ. de Capua.

XXXIIII.

1 *Conuentus si quis sit coram Iustitiario pro defensa spreto, an coram eodem poterit exerceri iudicium de prosecutione?*

NOta argumentum optimum in l. 3. §. primo. ff. finiũ regundorum. ad quæstionem talem. Ecce aliquis† fabstulit alicui rem mobilem contra defensam, conuenitur coram magistro Iustitiario vel Iustitiario regionis de defensa, nunquid coram eodem poterit exerceri iudicium de persecutione? in litera illa est exemplum, quod sic. Bartholomæus de Capua.

XXXV.

1 *Monachi an agere possint contra abbatem, vt sibi det bona fercula, sicut alius abbas?*

NOta per literam, in l. sed si hæreditas, in ver. perinde. ff. ad exibendum. quod fuit decisa† quæstio, quæ vertebatur inter Abbatẽ sancti Petri ad Aram & monachos, qui dicebant, quod iste Abbas eis peiora cibaria dabat, quã primus præcedens Abbas, vt daret eis ita bona fercula, sicut præcedens Abbas dare solebat.

XXXVI.

1 *Mortuus si quis fuerit in confinibus duarum terrarum, quæ ciuitas teneatur ad pœnam, stante constitutione Regni, de qua hic?*

COnstitutio regni dicta†, quod quoticscunque aliquis mortuus fuerit in pertinentijs alicuius ciuitatis, & nescitur interficiens, quod illa ciuitas debet soluere cẽtũ. Modo aliquis inuenitur mortuus in finibus pertinentiarũ duarum terrarum, quæritur, quæ ciuitas teneatur? dicas per legem, cum in diuersis. §. final. ff. de religios. quod illa ciuitas renetur ad pœnam, in cuius pertinentiis ille mortuus tener, caput. Bartholomęus de Capua.

XXXVII.

1 *Testis si deponat sine interrogatione, eius dictum est nullum.*

1 NOta argumentum in l. ait prætor. §. si is cum quo, in versi. alioquin. ff. de iureiurando. quod si testis deponat sine interrogatione, quod dictum suum nullũ est. & notat Azo in summa, mouetur eo, quod testis non debet esse verbosus. probat C. de prec. imperat. offer. l. fina. & facit l. prima. & apertius dicit ea. l. fina. cum l. sequẽti, in princip. vbi probatur, quod debet respondere ad id de quo petitur, alias non valeat eius depositio, vt ibi, & ideo dicitur testis iuratus, interrogatus, & examinatus. Bartholomæus de Capua.

XXXVIII.

1 *Testis ex interuallo rediens ad deponendum, quod prius dicere noluit, non auditur. Et quid si incontinenti?*

1 NOta argument. in l. non erit, in fine. ff. de iureiur. q̃ si testis nolit dicere, quod si ex interuallo veniat, postea non auditur, vt hic, secus si incontinenti, vt infra de condit. & demonstra. l. non ad ea. Bartolomæus de Capua.

XXXIX.

1 *Instrumenta an post aperturam testium produci possint. & eis credatur?*

1 NOta in l. admonendi, in fin. ff. de iureiur. pro† eo quod quæritur, dicit lex, quod post aperturam testium, testes produci non possunt, vt cap. fraternitatis. de testi. & in authent. qui semel. sed instrumenta sic, vt notat. C. de rei vendica. l. officium. nunquid credatur instrumentis? Respondeo non, quia instrumento creditur per testes. si ergo non creditur testibus, ergo nec instrumento. contrarium est hic. & C. qui potiores in pignore habeantur. l. scripturas. & hoc secundum distinct. illius legis. Bartholomęus de Capua.

ADDITIO.

De hoc notat. supra ff. de edendo. l. 1. §. edenda. in glo. in princip. &c. Ioan. Grillus.

XL.

1 *Scholares an iurare debeant ad petitionem baiulorum, res, quas dicunt esse immunes à vectigali, esse suas?*

1 QVidam homines† deferebant Neapolim bestias cum mercibus, Baiuli Neapolitani petebant ab eis ius dohanæ, scolares ciuitatum illarum, vnde illi erant. dicebant quod non debeãt inde aliquid habere, quia merces illæ deferebãtur ad eos, dicebant? Baiuli iuretis, nunquid debeãt? Et videtur quod non, quia vbi &c. vt in l. creditor. ff. de iureiur. Tu dicas quod sic, quia hic loquitur de sacramento decisionis, secus in iuramento purgationis, vt C. de his q̃ ad ecclesiam confug. l. præsenti. §. sed vbi. Bartholomęus de Capua.

XLI.

1 *Exceptio quæ de nouo superuenit, an lapso termino possit opponi?*

NOta l. eleganter, in §. si quis post. ff. de condictione indebiti. pro eo, de quo quęri consueuit. dicit constitutio Regni, quod† debet reus exceptiones suas infra biduũ dare, alioquin nullatenus audiat, vt in cõst. lite legitimè cõtestata, q̃ est ‖ processu iudicij. Accidit q̃ oblatis exceptionib' j. biduũ. post de nouo obuenit sibi quędã exce-

ptio,nunquid poterit eam opponere? Respondeo quod sic,vt ibi.ad quod facit ff.de vacatio.muner.l.final.§.post causas.& de excusat.tuto.l.athlete.§.1.& ff.de adimend. leg.l.3.cum l,sequent .Mihi videtur quod contrarium obtinet, per constitutionem illam, lite legitimè contestata. Bartholomæus de Capua.

XLII.

1 *Præscribens est similis soluenti,& quod solutum est compensari non potest.*

1 QVæro in l.etiam.ff.de compensationibus. si cessauit petere quod mihi debebas per annos.30.& sic iam non possim agere cum sis tutus præscriptione,an si tu agis cõtra me,possim obiicere compensationem? Et videtur per istam l.quod sic.Sed dic contrarium , nam præscribens similis est soluenti,nec quod solutum est compẽsari potest, vt infra,rem ratam haberi.l.1.in princip.Barth.de Capua.

XLIII.

1 *Legens literas proditionis an incidat in crimen læsæ maiestatis?*

1 NOta fliteram in l.1.§.si quis tabulas.ff.depositi.ad q̃stio.de qua valde consueuit dubitari.missæ sunt literę ex parte Corradini ad aliquam ciuitatem,vt iuret sibi contra dominum nostrum Regem Carolum. Martinus legit eas,nunquid incidat in crimen læsæ maiestatis. Et dicas quod sic.argumen.huius literę.& melius fi.de extraord.crim.l.annonam.in fin.& infra ad Syllan.l.3.§.si aliud.Bartholomæus.de Capua.

ADDITIO.

Et vide Andræ.in capit.1.quibus mod.feud.amittatur. Pamphil.Mol.

XLIIII.

1 *Hæres ex testamento reuocato per secundum,in quo alius est hæres institutus,si debitores hæreditarios exigat , an substitutus in secundo possit ab eo petere quod exigit?*

1 SEd pone,fquidam fecit testamentum in quo te hæredem instituit,postea fecit aliud testamẽtum,in quo hæreditatem abstulit tibi , & me instituit hęredem. primus hęres scriptus in testamẽto primo,me absente egit aduersus debitores hęreditarios virtute primi testamenti,& sic vsus est iure mico,quia testamẽtum vnde ille egit, nihil valebat,Quæro,an possim ab eo petere quod exegit?& est argumen.in l.2.§.fin.ff.depositi.quod non.& melius dicitur de transactio.l.Imperator.in fi.Bartholomæus de Capua.

XLV.

1 *Spurius si de patris bonis possidet, tenetur patris creditoribus satisfacere.*

1 NOta in l.sed & si non sit.ff.eodem titul.quod si filius † spurius possidet de bonis patris,tenetur patris creditoribus satisfacere,non obstante,quod non est hæres, quia illud quod inductum est in sui præiudicium,non debet torqueri in sui fauorem,facit ad hoc C.de natu.lib.l.fi. Bartholomæus de Capua.

XLVI.

1 *Castrum qui tenetur aliqua re munire , si alij id fieri mandet, tenetur ad pœnam.*

1 NOta literam in l.si procuratorem. §.si vero.ff.mandati.ad quæstionem, Dominus Rex Carol. fmandauit Secreto sub pœna mille vnciarũ, vt muniret castra aliqua ratione fuæ iurisdictionis certa quantitate frumenti, ipse em formam scripsit Vicesecreto. Vicesecretus antequam mandatum mitteret executioni, decessit,& sic castra remanserunt immunita,quæritur an teneatur iste Secretus. ad pœnam? Et tu dicas quod sic,per illam literam. Et est ratio,quia suum negotium alteri mandare non debuit, ad quod præbet argumen.ff.de culto.re.l.fin.in prin. Bartholomæus de Capua.

XLVII.

1 *Fideiussor an assignando aliquid de bonis principalis liberetur?*

1 LEx si procuratorem.§.si ignorantes ff. manda. est in argumen.ad quæstionem. qua quæritur quod aliquis fideiusserit pro me,quæritur nunquid iste fideiussor assignando aliquid de bonis principalis liberetur? Videtur q̃ non,quia fideiussor de suo dare promisit, vt supra de condictio.indebit.l.indebitum. Sed tamen de consuetudine huius Regni,quæ generalis est,liberatur per assignationẽ rerum principalis.& huic consonat litera ista.de hoc not. ff.de leg.commiss.l.fin.Bartholomæus de Capua.

XLVIII.

1 *Eligere qui potest quem voluerit,eligere non potest.*

1 NOta fargum.ex litera,in l.si mandauero.§.si tibi.ff.de manda.quod si commissa est electio alicui,vt eligat quẽ ipse voluerit ex aliquibus,seipsum eligere nõ potest. est casus de elect.cau.cum in iure peritus. Bartholomęus de Capua.

XLIX.

1 *Procuratorem habens si contra debitorem agat & succumbat,procurator vero obtineat,nunquid standum sit victoriæ procuratoris?*

1 NOta fex litera in l.si hominem.ff.mand. argumẽ.ad id,de quo sæpe quæritur. Habes procuratorem in rebus tuis, Tu dominus egisti aduersus debitorem tuum,& succubuisti in causa,Procurator tuus egit,& obtinuit,nũquid sit standum victoriæ procuratoris tui,an debeas cadere à causa,quia tu succubuisti?& dicas standum esse victoriæ procutatoris,vt ibi.Bartholomæus de Capua.

L.

1 *Salarium habens à Curia pro eundo in commissionibus , si minus expendat,Curia non potest illud repetere.*

1 NOta argumentum in l.creditor.§.si inter.ff. mandati. quod fsi Curia dat expensas alicui eunti pro seruitio Curiæ,& ille parcius expendit,& reseruet sibi aliquid, q̃ Curia non potest dicere,tu non expendisti totũ,sibi enim subtraxit. Quod facit pro dominis iudicibus Magnę Curiæ Vicariæ,qui sic faciunt, quando vadũt in commissionibus. Bartholomæus de Capua.

LI.

1 *Donatio facta à Longobardis siue maritorum mentione, an valeat?*

1 NOta in l.nec adiecit.ff.pro socio.pro eo, quod quærunt Longobardi. Nunquid donatio facta sine lauechild,id est,sine maritorum mentione,valeat? Et dicũt ipsi,quod de iure Longobardo non valet , vnde expresse ponunt in instrumentis donationum,quia talis,& recepit lauechild. Credo tamen valere,etiam si non apponatur, & præsumitur maritum habuisse,vt hic expresse dicitur. Barth.de Capua.

LII.

1 *Patri acquiritur quod filius extranea sibi facta consequitur & an in totum vel quo ad vsumfructum?*

1 MAnifestè in l.cum duobus.§.socium.ff.pro socio.dicitur quod patri acquiritur,quod filius ex iniuria sibi facta consequitur. sed an in totum.an quo ad vsumfructum tantum? Respõdeo q̃ in totũ,si in pecunia fiat cõdẽnatio. Nã in pecunia vsus fructus nõ cõstituit. Nã assidua permutatiõe,cũ hodie sit mea,cras tua quodãmõ extinguitur, vt

tur,vt institu.de vsufruct.§.constituitur. Item immistio consumitur , vt ff. de solut.l.si alieni. Bartholomęus de Capua.

LIII.

1 *Intellectus l.actione.§.fin.ff.pro socio.*

1 CAue tibi,fquia tex.in l.actione.§.fi.ff.pro socio. intelligitur in societate incidenti, vt puta,quia vxor nomine viri sui dotem socero numerauit,qui plures filios habebat,qui patri vnà cũ marito istius mulieris successerunt & sic fratres facti sunt socii incidenter. dicitur enim hic, quod maritus ante omnia dotem percipere debet , si matrimonium solutum non est,quia solus onera sustinet, secus si est solutum, quia non præcipiet , vt hic sequitur & est notabile.Bartholomæus de Capua.

LIIII.

1 *Libellus sustinetur,in quo dicitur , pero talem condemnari ad decem,licet mihi illum condemnari non dicam.*

1 NOta tex.in l.si duo societatem. versi.si ea ita.ff.pro socio.pro defensione libellorum quando fdicit aliquis in libello. Pero talem condemnari ad decem,quia licet nõ exprimat,sibi debere condemnari,si in superiori parte libelli fuit facta mentio de actore,vt hic in stipulatione dicitur.Bartholomæus de Capua.

LV.

1 *Empta res si mihi displiceat,infra quantum tempus possim à contractu discedere.*

SI displiceat res,vt in l.si res.ita.ff.de cõtrahenda emptione. quanto tempore poterit pœnitere? Respondeo,aut
1 fadiicitur tempus in contractu,& infra illud tempus, ga contractus ex conuentione legem suscipiũt,vt ff.depositi. l.1.§.si conuenit.si autem non fuit appositum,sed simpliciter,si res mihi displicebat,sic inempta spatio duorum mensium,& non vltra,vt ff.de ædil.edicto.l.quod si noli. §.fina.& §.qui mancipia.& no.C.de ædil.edict.l. penulti. Bart.de Capua.

LVI.

1 *Consuetudini de lucranda dote an possit per pactum contrauenire?*

COnsuetudo est in quibusdam locis,vt si matrimoniũ duraverit per triennium , si post modum moriatur vxor,maritus lucratur dotem,nunquid per pactum po-
1 terit huic consuetudini contrauenire? Videtur quod non. Consuetudo enim pro lege seruatur, vt in l.diuturna.ff.de legibus.facit l.non dubium.C.de legib.& l.pacta quæ cõtra.C.de pac.cum simil. Tu dicas quod renuntiari potest per pactum,& contrauenire consuetudini,vt in l. Imperatores.ff.de contrahen.emptio.& ff.de aqua plu.arcen.l.si prius.§.placuit,& C.locati.l.circa.Bartholo.de Capua.

LVII.

1 *Tutor an possit esse testis in causa pupilli?*

1 QVæro iuxta l.fistulas.§.fundum.ff.de contra.empt.si pupillus habet aliquam causam.nunquid tutor possit esse testis in ea causa,contra contutorem suum,vel contra alium? Dittingue,quod si contractus descendit ex persona minoris,tunc quia ibi periclitatur tutor,tanquam in causa propria non admittitur.argumen.supra de mino.l. cum manda.si autem ex persona defuncti, tunc quia põt authorari sibi in causa descendente ex cõtractu defuncti, C.quando appella.nõ est necess.l.prima.dicerem eũ admitti. Quia periculum propriorum nominum non transit ad tutorem, nisi ab eo fuerit approbatum,arg.de tutel. & rõ diss.l.probatum.Bartholomæus de Capua.

LVIII.

1 *Indemnitatem si Rex mercatori promittat,& is naufragiũ fecit,an post triduum res naufragium passa sint ei restituendæ?*

1 LEx filtulas in fin.ff.de contra.emptio. facit ad quęst. de facto,quæ fuit inter Regem,& Ianuenses. Rex a promisit indemnitatem eis in Regno suo vbique,modo contingit,quod Ianuenses passi sunt naufragium,consuetudo Regni,vel constitutio Imperatoris Federici dictat,quod post triduũ efficiantur res passæ naufragium fisci. Quæritur nunquid Rex debeat præstare indemnitatem ,aduersus talem consuetudinem? Et satis litera illa determinare videtur hanc quæstionem. Quia quando aliquis promittit indemnitatem tempestatis, d e insolita , non de solita tempestate promississe videtur,vt hic dicitur. Sed facit argumen.in contrarium lex conducto.§.sed si labes.ff.locati. Quia ea quę sunt de consuetudine,& si non dicantur, habentur pro expressis,vt notat.ff.de ædilit.edict.l.quod si nolit.§.quia assidua,cum simil. Iterum videtur quod debeat præstare,quia generale dictum generaliter.& quia à se ipso de indemnitate præstare debet,vt argu.supra de nego.gest.l.si pupilli.§.fina.& supra mand.l.si negotia. Item quia iste dominus Rex non potest obiicere culpã,ex quo lucrum sentit.argu.ff.de iure dot.l.cum in fundo.§.similiter.Bartholomæus de Capua.

LIX.

1 *Mulier quæ non potest contrahere sine consensu Mundualdi si contrahat habet obligatum cõtrahẽtem.ipsa vero alteri non obligatur,*

1 NOta fex l.Iulianus.§.si quis à pupillo.ff.de actionibus empti.cum precedentibus proximis , quod ex quo mulier in aliqbus locis regni nõ potest se obligare seu cõtrahere sine consensu Mundualdi,quod si contrahit , habet obligatum contrahentem,& ipsa alteri non obligatur Bartholomęus de Capua.

LX.

1 *Castro concesso à rege,an dicatur etiam concessa iurisdictio criminalis?*

1 NOta l.creditur , in fine ff. de actio.empti.pro eo de quo dubitari consueuit,an si dominus Rex concessit aliquod castrum alicui,videatur ei concessi iste iurisdictionem etiam criminalem.hic est arg.quod sic.& suprà, de offic.præfe.vrb.l.j.de quo dic ibi plene.Bar.de Capua.

LXI.

1 *Feudum reddẽs decem vncias,si diligentia feudatarij melioretur,& reddat 20.an teneatur plus seruire,quam primo seruiebat?*

1 PEr gloss.in l.si merces.§.culpa. in gloss.diligen. ff. de actio.empti.soluitur quæstio,de qua dubitari consueuit que,talis est.pone quod fdominus Rex dedit feudum cuidam reddens annuatim decem vncias,& voluit quod ille millea pro illo feudo solueret domino Regi annuatim vnciam vnam,tandem ex industria huius probi viri melioratum est feudum,sic quod annuatim valet vncias 20. nunquid teneatur seruire plus domino regni , quam primo seruiebat,quando reddebat decem? per istam gl. latis bene terminatur quod non.Bartholumæus de Capua.

LXII.

1 *Articuli noui quando possint produci,licet non fuerit addita clausula saluo iure,&c.*

1 QVestio talis est,quidam† constituit procuratorem in iudicio,& sic potest formare articulos nouos, fecit articulos,& dixit,saluo iure faciendi nouos articulos, postea in inferiori parte articuli dixit, saluo iure, vt supra, non aperte dicendo quod nouos articulos facere volebat modo vult alios nouos facere,quæritur nunquid possit?

& l.Titius.ibi, similiter.ff.qui pot.in pign.hab.est argu. quod non vbi supra,& sic fuit iudicatum de facto in curia magistri iustitiarij.Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Sed dominus Franciscus de Celesia dixit quod posit.argu. ff.de hæred.institut.l.3.in fine.& C.de hæred.l.quoniam. & no.supra de pact.l.item.in fin.Ioan.Baccan.

LXIII.

1 *Intellectus litem liberatur.ff.quibus modis pignus vel hypothec.solui.*

LEx, item liberatur, in ver.pignus est.ff.quibus mod. 1 pign. vel hypothec. solui intelligitur, vt quia res aliqua obligata fuit vsque ad certum tempus,nõ autem dicas quod solutus à personali actione,sit solutus ab hypothecaria per 30.ann.cum 40.annis duret,vt C.de præscri. 30.ann.l.cum notissimi.& quia esset contra.C.de luitio. pigno.l.2.secundum verum intellectum. Bartholomæus de Capua.

LXIIII.

1 *Testes variantes in verbis,non in sensu an probent?*

NOta literam in l.sicut.§, venditionis.ff.quibus mod. 1 pign.vel hypoth.solui.pro depositione testium,quãdo variant in verbis,vt quia vnus dixit,ego vidi eum possidere per 10.annos,alius,per 12.nunquid sit probatum? dicas quod sic,vt hic.Barth.de Capua.

LXV.

1 *Conductor qui in vna parte rei conductæ vi tempestatis damnum passus est,in alia non,si pro.ea parte petat remissionẽ pensionis,an domino petente teneatur totum renuntiare, vel totum habere?*

1 EXpedita est quæstio t de qua consultus fui per l.ædiles,in versicu.si iuramenta.ff.de ædilitio edicto. quidam locauit cuidam terram suam, & conductor in vna parte ipsius seminauit hordeum, in alia granum, sed hordeum vi ventorum destructum est, vel alia cœli, vel terræ calamitate,frumentum autem nõ,conductor terræ. secundum consuetudinem loci renũtiat hordeum fatum & sic dicit non teneri ad terraticum pro illa parte,in qua hordeum fatum est,dicit locator,renuntia mihi etiã granum,quod seminasti in terra mea. & ego libero te à prestatione terratici, dicit ille nolo,quæritur quid iuris? Et respondeo,quod aut totum renuntiabit aut totum habebit,vt hic.Quod intellige,si in tota terra vnum pretium, vel merces constituta sit,vt supra eo.l.cum eiusdem. Cum autem diuersa sunt pretia,vel mercedes,distingue, vt in eadem.l.notat.Bartholomeus de Capua.

LXVI.

1 *Ecclesia,vel monasterium, si quid cum decreto vendat, in casu euictionis sufficit denuntiare episcopo,vel abbati.*

NOta in l.si dictum,in fin.ff.de euictionibus. argume. 1 tquòd si ecclesia,vel monasterium cum decreto aliquid.tibi vendidit,quod in casu euictionis sufficit nuntiare Episcopo,vel abbati.Barthol.de Capua.

LXVII.

1 *Notarius si facit instrumentũ in duabus papyris,an valeat?*

QVæro in l.cum fundi,in princ.ff.de euictio. Notarius faciebat instrumentum,charta non sufficit propter quod finit in alia charta,quæro nũquid valeat tale instrumentum?& respondeo quod sic,vt infra de ta. exhib.l.locum,in princip.Bartholomeus de Capua.

LXVIII.

1 *Clausula,Item vult probare,quod possedit tanto tempore, cuius contrarium &c.quid operetur,& quid significet.*

SVme in l.si arbiter.ff.de probatio. bonam practicam, 1 secum dicis.Item vult probare quia possedit tanto tempore in cuius contrarium,&c. Ac si diceret, possedit per centum annos,nec est impossibilis probatio,quia lex ponit.nam si esset impossibilis,lex non poneret.vt l. inter diuinũ.C.de sacrosanctis ecclesijs.Bartholomæ.de Capua.

LXIX.

1 *Canonista an deficiente Canone possit iudicare secundum constitutiones regni?*

1 QVeritconsueuit,si canonista,qui iudicat inter canonicos secundum iura canonica non possit habere regretum ad iura canonica,quia iura canonica non loquuntur super eo negotio,nunquid possit iudicare secundum constitutiones Regni?est argum.in l.fin.1. responso.ff.de testib.quod sic.Item domini Canonistæ deficiente iure Canonico,iudicant secundum iura ciuilia, & sic faciunt de facto. multo fortius possunt iudicare secundum const. Imperiales.nam vbi eadem ratio,ibi idem ius.vt ff.ad leg. Aquil.l.illud, Bartholomæus de Capua.

LXX.

1 *Datum in sponsalibus ob matrimonium,an repeti possit matrimonio non secuto?*

1 NOta in l.in poteltate.ff.de sponsalibus manifeste, q de facto accidit in ciuitate Nea.quoniam contractis sponsalibus dos in continenti tradita fuit. quod ex quo postea matrimonium non fuit secutum,id quod datum fuit,per condictionem ob causam fuit repetitum, quasi ob causam matrimonii datum & matrimonium non secutum.Barth.de Capua.

LXXI.

1 *Pater cogi potest filias maritare & qua actione, & an idem in matre. Et an hodie filiæ debeant expectare 25.annum?*

1 NOta in l.qui liber.ff.de ritu nu.præsides debere cogere patres,vt debeant filias maritare,& petitur hoc officio iudicis,vt in Longobar.de succes.l.recolimus.Et petent hoc secundum dignitatem & facultatem patris, & numerum filiorum.vt infra titulo 11.l.quæro.& infra, de lega.3.l.si filię.& C.de episcopo.aud.l.tam dementis. Matres etiam possunt eodem modo cogi,quãdo sunt hæreticę,filię vero orthodoxę,vt C.de hæret. l. cognouimus. & in authent.de restitu.& ea quæ pa.§.quam ob rẽ.Sed corrigitur,quod mulier expectare debeat vsque ad 25.annos in authen.vt cum de appellat. cogno.§.alicui.quæ est posita C.de inoffic.testam.l.filia.sed non est ita,quia fragilitatibus mulierum est succurrendum.& authen illa aliter intelligitur.& facit ad hęc ff.de lib.agno.l.necare.C.de dot. promis.l.si pater.§.vtraque.quod dic vt C.de iure dot.l.si mater.Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Et facit hista ad quęstio.quod si aliquis habens sororem,eam differat maritare,quòd illa potest petere partem de omnibus bonis parentis.Et quod mulier possit partem petere, facit hæc lex, videtur enim frater prohibuisse, ex quo nõ requisiuit conditionem mariti,ex quo mulier erat in ætate.Sed an frater teneatur maritare sororem? dic q sic. ut infra de admi.tuto.l.si plures, in fin. quod no.per constit. in aliquibus.Io.Baccan.

LXXII.

1 *Nobilis sum,si pater meus nobiliter vixit,licet auus rusticus fuerit.*

1 MAnifeste loquitur l.Iulia.in versic.Item libertinus. ff.de ritu nuptiarũ.quod si auus meus fuit rusticus, & pater

& pater meus sua industria,& probitate notabiliter se gesit,& tanquam nobilis vixit,quod ego nobilis sum.Et potius mihi prodest probitas patris mei,quã obst rusticitas aui mei.Bartholomęus de Capua.

LXXIII.

1 *Mulier si tradat secundo viro quartam sibi competentẽ in bonis primi viri,an sint ei dandi fructus qui percipiuntur ex quarta?*

1 NOta in l.dotis fructus,§.si vsusfructus.ff.de iure.dotium.quod si mulier tradat in dotem secundo viro suo quartam competẽtem sibi in bonis anterioris viri sui, quod non sunt ei dandi fructus,qui percipiuntur ex quarta,sed ipsa quarta, vt hic dicitur de vsufruct. Bartholomeus de Capua.

LXXIIII.

1 *Dotem mulier potest cum viro permutare si id sibi sit vtile,*

1 NOta in l.ita constante.ff. de iure dotium. quod post t longam discussionem fuit consultum, mulierem posse dotem permutare cum viro,si ei esset vtile, per istã legem.Bartholomeus de Capua.

LXXV.

1 *Debitor meus in centum s.campsori mandet vt mihi soluat & ille promittat,postmodum ausugit,nunquid ego possim habere recursum contra debitorem meum?*

1 PEr literam in l.vbi.ff.de constituta pecunia. fuit determinata Neapo.talis quæstio,tu eras debitor meus in centum,mandasti cuidam campsori,vt mihi solueret illa centum,campsor constituit mihi soluturũ,& scripta sunt in cancellario suo,accidit quod campsor ausugit, quærebatur nunquid potuisset haberi recursus contra te principalem debitorem?& videbatur quod non, per l.ff.de sol.l. si soluturus.Sed per l.vbi.ff.de consti. pec. pronuntiatum fuit quod sic quia per constitutionem factam non fuit sublata prima actio quæ contra te competebat.& ideo conueniam te.

ADDITIO.

Sed dicas,aut conuenit vt à prima discedatur nouatione, & tunc liberatur debitor,si ille ausugit.vt ff.de præto.stipu. l.pen.de pi.l.si fideiussor.&per l.item illa.§.vltimo.in hoc titu.de constit.pec.ff.in l.1.eo.titu.& hęc quæstio fuit de facto.Barth.de Capua.

LXXVI.

1 *Famulo meo noto aliquid promę dans,amplius non tenetur.*

1 GLossa in l.qui non tam.ff.commodati.ita passim non est tenenda. Et Dominus t meus hoc verum esse simpliciter non credit,sed sic distingue quia aut famulus erat notus,quia semper & diu consueuit facere facta domi,& tunc non tenetur,qui tali dedit.argu.pro hoc.ff.quod cum eo.l.fin.§.1.& ff.de prælcrip.verb.l.apud Labeonem.si autem erat ignotus,vel non ita familiaris,seruagloss.Bartholomeus de Capua.

LXXVII.

1 *Vicarius Baronis,qui mortuus est sine filijs,cuius terra Curia vacauit,an teneatur,si promisit creditoribus satisfacere de prouentibus terræ?*

1 QVid si est t mortuus Baro sine filijs,& sic terra sua Curię Regis vacauit,nunquid tenebitur vicarius suus, qui promisit satisfacere creditoribus de prouentibus terræ suæ? Videtur quod sic,per l.si pupilli.§.item si proc.ff. de neg.gest.Sed dicas quod vbi principaliter fuit cum eo contractum,& ab eo stipulatus fuit creditor suo nomine, habet locum.§.ille.Vbi autem non se principaliter obligasset,sed in fide sua recepit se de pecunia domini velle soluere, secus esset.vt in l.1.§.Lucius.de institu. actione. Bartholomeus de Capua.

LXXVIII.

1 *Sera seu clausura non sunt frangenda,alias actio iniuriarũ datur.*

1 NOta caute literam in l.1.§.idem Neratius.depositi.q nonest imputandum ei,qui non fregit seram.quod ad multa prodest, vt hic manifeste patet & infra §. proximo.est autem.Vel dic,clause erant iussu magistratus, nã si ipse clausisset,non esset magnum damnum: si frangeret clausuram.argum.C.vt nemo priua.l.3.& in authent. vt defunct.seu fu.in princip.nam si alius clausisset, teneretur iniuriarum.vt infra de iniurijs.l.si iniuriæ.Vel potest dici quod erant clausæ etiam sine iussu, & non tenetur aperire,quia magnum damnum erat depositario frãgere seram,& deponentis nõ intererat multum habere rem illam.nam cum nullum lucrum ex deposito consequatur, quare vult habere captionem frangendo seram vt patet ex.d.§.est autem.Bartholomeus de Capua.

LXXIX.

1 *Pretium rei meæ à te venditæ an & quando exigere possim?*

NOta argum.in l.quid ergo si pretium.ff.depositi.quod si tu vendisti meam rem,ego non possum exigere pretium rei,nisi re perempta,vel vsu capta.Quo casu ago in subsidium actione negotiorum gestorum.vt C.de rei vẽ. l.mater.& de reb.alien.non alie.l.1.Et est ratio, quia pretium non succedit loco rei.vt ff.de verbor.significatio.l. Labeo.nisi in petitione hæreditatis,& in quibusdam specialibus casibus.vt supra de petitione hæredit.l.si rem & pretium.& nisi in casibus not.in l.si eum seruum.ff.si certum peta.Et est hoc verum,quando vendis rem meam, quæ ad te peruenit nullo contractu præcedente.& quãdo præcesserit contractus inter me & eum,à quo tu habes causam,sicut hic fuit,vel inter me & te,& tunc bene possum petere pretium,vt hic & infra de donat.caus.mor.l. filio, in fine.Bartholomæus de Capua.

LXXX.

1 *Confitẽs non tenetur,ubi ex confessione non potest induci obligatio,sed ex re,uel ex facto,confessoria,quod procedit tã in contractu,quam in delictis.*

2 *Epistola an & quando inducat obligationem inter absentes?*

1 VErum est tam in contractu,quam in delicto quod vbi ex confessione non potest induci obligatio,sed ex re,vel ex facto,confessoria non teneatur,qui cõfessus est,vt in l Publia.ff.depositi.& ff.ad leg.Aquil.l.inde Neratius.§.fi.& l.sequenti. Vel dic in prædictis,quod hic ex cõfessione non oriatur directa actio depositi,oritur tamen vtilis.argu.supra,de interroga.actio.l.qui de ætate.§.qui interrogatus.hic autem ideo non oritur actio ex confessione,quia fuit facta per epistolam inter absentes,quæ epistola non inducit obligationem in illis contractibus,qui consensu non perficiuntur,vt hic.& ff.de verb.oblig.l.1. in princip.sed in illis contractibus,qui solo consensu perficiuntur,epistola obligationem induci, vt in prælegato.§.& ff.de contrahen. empt.l.1.§.vltimo. Bartholomæus.de Capua.

LXXXI.

1 *Iudeus non potest accusare Christianum de periurio*

1 PRæstat l.1.C.de hæreticis.argu.quod Iudæus non potest accusare Christi nũ de periurio,& est ratio, quia non debet fidem insinuare,quam non habet,vt in l.proxima,in fi.& ibi qui non est mecum,&c.& hoc facit ad constitutionẽ Regni,eos qui sciẽter.Bartholomeꝰ de Capua.

LXXXII.

1 *Instrumentum suspectũ licet accipere de manu producẽtis.*

NOta in l.sicut.C.de paganis,quod si suspectum t instrumentum habes,quod cõtra te producitur,quod licitum est tibi illud arripere de manibus producentis, dic vt infra,de falsl.finali.Bartholomæus de Capua.

LXXXIII.

Pœna an applicetur parti,an vero fisco & pro qua parte?

NOta in l.fin.penul.colum.in ver.in duplum.C.de veteri iure enucleando,pœnam dari parti læsę vt.ff. de litig.l.final:interdum dimidia fisco.& dimidia parti,vt infra,de assessor.l.consiliarios.Interdum in duplum parti, in simplum fisco,vt infra,de modo mulcta.l.eos.Interdũ tertia pars pœnę detegenti nomine præmij,vt ff.ad Sillania.l.lex Cornelia.§.fin.Interdum præstatur duæ partes parti,& tres fisco vt C.de his qui a non domino.l.fi.Interdũ simplũ parti.& triplũ fisco,vt in auth.vt liti.iurẽt.§.& hoc quoque.Bartholomæus de Capua.

LXXXIIII.

Iurisdictionem quis non perdit quousque non est contumax in iustitia reddenda.

ALlegatur l.si aliquos.C. de offic. præfect. prætorio, quod quandiu quis non est contumax in reddendo iustitiam, non perdit iurisdictionem,nec iurisdictio trãsferrur ad alium.ad idem extra,de statu monacho.cap.cũ in singulis.quod facit pro repræsalijs siue laudibus quæ consueuerunt concedi pro contumacia alicuius domini, vt 23.quæstio.2.capit.dominus noster.Bartholomæus de Capua.

LXXXV.

Fiscus an cogatur ostẽdere quinternos feudatario qui soluit & apocham solutionis perdidit,vt videat an in eis sit scriptura ipsius solutionis.

POne,feudatarius t soluit apochã procuratori fisci,& facta fuit apocha,seu quietatio,quam postea feudatarius perdidit,modo ipse petit à fisco,vt ostendat quinternos suos ad videndum si est ibi scriptura, ipsius solutionis,quæritur nunquid fiscus cogatur ei ostendere? & dicitur quod sic,vt in l.si aduersarius.C.de fide instrumẽtorum.Bartho.de Capua.

LXXXVI.

Audientia testium si à iudice sit commissa,quis citabit partem ad videndum iuramenta testium?

SEd ecce quod iudex t commisit audientiam testium, quis citabit partem ad videndum iuramenta testium? Et videtur quod ille,cui facta est commissio.argument. cap.preterea.de offic.deleg.& de iurisdictione omnium iudic.l.2.In contrarium videtur per l.Iudice.C.de fide instrumen.vbi dicitur quod iudex qui commisit.argu.ff. de fideiu.c.cõstitutus.& no.in.c.in nomine domini.de testib.& é verũ,& ita de facto iudicatũ fuit.Bart.de Capua.

LXXXVII.

Vxor an debeat habere quartã de rebus ecclesiasticis, quas tenet vir in emphyteusim ab ecclesia,& quid de bonis feudalibus?

SEd t nunquid mulier debeat habere quartam de rebus ecclesiasticis,quas tenet vir in emphyteusim ab ecclesia? certe non quia non transit ad extraneos, nisi sit dictũ in concessione,vt in auth.de non alien.§.emphyteusim. Sed consilium est quod mulier facit sibi concedi quartã in rebus illis, & faciat sibi donari per stipulationẽ,ita vt mortuo viro licet non possit habere quartam, vt in di.§.tamen habebit estimationem rei.argu.infra de cõd. appo.l.1.in fine.quia agit contra hæredem, tanquam re euicta.l.Aristo.§.final.& infra, de iur.omn.iud.l.1.& de euict.l.2.nam quod res ipsa non debeatur,sed æstimatio re euicta,vt quia est campus Martius,& basilica, vt ff.de legat.1.l.apud Iulianum.§.fina.Item quarta debetur etiã si vir non moritur naturaliter,quia est occisus, quia hominis casus est mors,licet non contra,vt fi.ad leg. Aquil. l.proinde Non obstat l.si ab hostibus.§.fin.ff.solut.mat. quia illud est,quia maritus occidit vxorẽ, vnde propter illud delictum puniri debet,& ideo non debet, consequi præmium.ff.de interd.& rele.l.relegatorum. Sed nũquid mulier debet habere de bonis feudalibus quartam? dic q non,vt in vsibus feud.de inuest.de re alie.fact.cap.1.in fi. Bartholomęus de Capua.

ADDITIO.

Et vide Andr.in dict.cap.1.in fin.& Lucam de Penna in ca. Regni.& si frequenter,vbi refert & sequitur And.ibi Petrus de Monteforte in consti. Reg. constitutionem, & ibi dixi.

LXXXVIII.

Dotis in instrumento si patior quod scribatur me plus recepisse nomine dotis,quam receperim,videor pacisci, quod illud superfluum petere possim.

ADvnum aduerte,quod est singularissimum, quod si patior t quod in instrumento dotali plus scribatur me recepisse nomine dotis,quam receperim,quod videor pacisci,quod illud superfluum petere possim.casus est vnicus in iure,in l.si voluntatis.C.de dot.promiss. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Aliqui ita etiam referunt & tenent in l.si ante.ff. soluto matrimo.Ioannes Baccan.

LXXXIX.

Hæreditas an debeat restitui hæredi substituti, mortuo substituto?

POne quod t aliquis instituit sibi hæredem aliquem,& rogauit eum, vt alteri restituat hæreditatem, deinde cum debuit restitui hæreditas, reperitur mortuus substitutus,Quæro nunquid debeat restitui hæredi illius substituti?& videtur quod sic,argumen.l.in generaliter.§.tũ autem.C.de instit.& substit.Sed tu dic quod non,nam nũquã filius substituti admittitur,vt ff.de suis & legit.hæred. l.si ex pluribus.& est glosl.ordinaria,infra de caducis tollendis.l.vnica.§.sed his itaque.Bartholomęus de Capua.

ADDITIO.

Et est ratio,quia, substituto respicit personam substituti, Ideo eius personam non transgreditur, secus in iure decrescendi,quia fit rei.P.P.

XC.

Creditores primo venientes,an & quando alijs præiudicent.

CIrca t materiam l.final.§.& si præfatam.C.de iure deliberandi.sic distinguo, Aut plures creditores sunt eiusdem tituli,aut diuersi.primo casu creditores primo venientes aliis non præiudicant,si possessorio agatur,si petitorio,vt quia petunt se immitti in possessionem ex secũdo decreto,& sic efficiuntur domini,tunc cæteris præiudicatur,vt hic,& ff.ex quibus causis in possess.ea.l. Fulcinius.§.illud.Secundo casu,quando ex diuersis titulis sunt creditores,tunc aut sunt priuilegiati, aut non.primo casu præiudicant,quia licitum est eis vigilare,vt meliorem conditionem suam facere possint.& sic intelligitur de his,quę in fraud.cred.l.pupillus.Secundo casu non præiudicant prœuenientes priuilegiatis,nam tunc priuilegiati exigent ab his,qui primo exegerunt.& hoc per l.res quæ iure fisci.Bartholomæus de Capua.

XCI.

Hæres non compellitur pretium solucre creditori,etiã si paratum

tum emptorem inueniat & sufficit ei dare rem pro pretio in solutum.

VLex fin.§.li vero eiusdem.C. de iure deliberan. est in t argumentum ad quæstionem de facto, quod hæres compellatur pretium soluere creditori,etiam si paratum emptorem inueniat,& sufficit ei dare rem pro pretio in solutum,quia posset.damnum consequi, cum oporteret eum de euictione cauere.Et tamen §.ille negat eum debere in damno morari, vt in fine huius §. Bartolomæus de Capua.

XCII.

Infirmus seruiens,si a domino expellatur, conualescens non tenetur ad dominum redire.

NOta argumentum in l.1.§.scimus in ver. inconsueta. C.de Latina liber.tollen.pro scutiferis infirmis t expullis a domino de domo sua,nam si conualescunt, non tenentur redire ad dominos,& ad seruitia eorum, argu. hic,quia non expellendi sunt infirmi,cum seruire videantur licet per ægritudinem seruire nõ possint,vt ff.de vsufructu.l.arboribus.§.de illo.& dic vt ibi dicitur.& no. ff.de leg.l.1.Barthol.de Capua.

XCIII.

Priuilegium,in quo continetur Regem concessisse Cancellario vnum castrum,quod se concessisse Rex negat,apud eũdem Cancellarium sigillum Regis tenentem repertum, an videatur esse falsum? Et quid si sigillum non teneret?

PEr l.1.§.ille etiam.C.de Latina liber.tollen.fuit determinata quæstio de facto.Dominus noster.Rex habet Cancellarium,qui Cancellarius tenet sigillum D. Regis, modo,inuenitur apud istum Cancellarium vnum priuilegium,in quo continebatur, quod Dom. Rex concessit isti Cancellario vnum castrum,& in rei veritate nunquã illud castrum fuerat sibi concessum per D.Regẽ, & Rex hoc negat,erat in quæstione,nũquid videatur esse falsum tale priuilegium?& certe per §.illum fuit determinatum quod sit falsum.Secus enim fuisset,si ille Cancellarius non habuisset sigillum ipsum,quia tunc non præsumeretur esse falsum priuilegiũ illud. vt ar.ff.de fur.l.si fullo.§.fi.Bartholomęus de Capua.

XCIIII.

Ab actis interdum receditur.

NOta t quod interdum receditur ab actis, vt ff.de pet. hæred.l.si patris.Interdum non,vt in l.omnes versic. ita tamen.C.de quadrien.præscrip.& ff.de testamen.l. sancimus.& C.de pat.pot.l.1.nisi contrarium probetur, vt in scripturis alijs eueniret,vt C.de probat.l.cum pactum Barth.de Capua.

XCV.

Sententia sine consilio assessoris de iure Regni an sit nulla?

NOta in l.cum sententiam.C.de sent.quod valet sentẽtia lata sine t consilio assessoris.Non obstat cap. Regni,quod non vult procedi in cognitionibus causarum, & condemnationibus,sine consilio assessoris,quia stat in finibus suis,non annullando sententiam,argu.l.quibus.ff. de re iudic.& l. Barbarius.ff.de offic.prætid. Bartholomæus de Capua.

ADDITIO.

Lucas tamen de Pẽna in dict.capi.Regni. Item in cognitionibus.tenet contrarium videlicet, quod non valet quia dictum cap.prohibet,& loquitur per verba negatiua secus si per verba affirmatiua loqueretur,puta quod aliquis faciat aliquid cum consilio alicuius.Sed non sic loquitur dictum capitulum,sed quod non faciat sine consilio assessoris.Et idem Lucas de Penna in cap.Regni, Item cauteant.sub rub.vt non in carceren.pa.da.fid. refert Bartholomæus de Capua hic, & tandem concludit contra eum quod non valeat.

XCVI.

Iudex à quo debet dare processum parti non petẽti. Et quid si præcepit notario vt daret,ille autem non dedit in termino,an iterum possit peti,ne tempus illud sibi currat?

NOta in l.eos.in fin.C.de appell.quod iudex à quo t appelletur,debet dare processum parti non petẽti. Sed pone ad quæstionem de facto,quod iudex præcipit notario,sicut sæpe etiam fit,vt daret processum in scriptis parti. Iste talis iuit ad notarium,quod deberet dare,sicut præceperat iudex non inuenit eum,quia iuerat extra terram & sic elapsum est tẽpus,infra quod debebat dari processus iudici appellationis,secundum constitutionem Regni,& C.de appellationibus.l.præses.Quærebatur nunqd possit iterum petere,vt tempus illud non currat sibi? Et videbatur prima facie,quod non,quia iudex hoc præceperat notario,vt fieret,& sic fecit,quod debuit. Sed tu dic quod sic,& ita fuit determinatum.argu.d.l. præses.& fi.mand.l.si procurator.§.si tutores.Bartholo.de Capua.

XCVII.

Appellans si petat apostolos à iudice à quo,iudex præcipiat notario,vt illos det.notarius vero diuulerit, quousque sint elapsi quinquaginta dies,an appellans sit restituendus, si iudex dicat per se non stetisse, cum præcepit notario vt daret?

POne,vult constitutio Regni,quod infra quinquaginta dies prosequatur causa appellationis, si stetit per iudicem,qui noluit dare apostolos, ad quod tenebatur, vt C.de appellationibus.l.eos.in fine.non præiudicat ei, vt l.3.& ideo datur ei restitutio,quod non præiudicet sibi quod tempus est elapsum,vt ff.ex quibus causis maior.l. sed & si per prætorem.Sed pone,t appellator dicebat iudici, Da mihi apostolos,iudex dicebat notario,Ego præcipio tibi,quod des ei processum. Notarius noluit dare sed tantum tenuit eum in verbis,quod elapsi sunt quinquaginta dies.Dicit appellator,Domine,ego peto me restitui,quia stetit per Iudicem.Dicit Iudex,imo nõ stetit per me,quia præcepit notario quod daret Respondeo, per Iudicem stetisse videtur.Non enim sufficit, si præcepit notario,quod daret,sed ipse debuit dare, per literam valde pulchram ff.manda.l. si procurator.§.si tutores.& sic dixi de facto.Barthotomæus de Capua.

XCVIII.

Statutum quod non debeat extrahi frumẽtum,an prohibeat quod non possit deportari ab alia vrbe Neapolim, & ex ea postea alio?

NOta ex l.si quis.C.de ædificijs priuatis.quod si statutum est in ciuitate Neapoli,t quod non debeat extra hi frumentum, tamen si deportetur ab alia vrbe, vt ab Auersa,potest deportari ad terram istam, postea portari alio.Bartholomæus de Capua.

XCIX.

Damnum si sit datum Neapoli, an ea ciuitas teneatur ad satisfactionem damni non comperto latrone?

QVestio talis est,t Aliquis in territorio huius ciuitatis Neapolitanæ fuit direbatus,ita quod ciuitas Neap. non capto latrone tenetur ex forma constitutionis,vel alterius statuti ad restitutionem damni,dic quod etiam probari potest de iure communi, vt ff.de incendio, ruina & naufragio.l.ne quid.Barthomæus de Capua.

ADDITIO.

Aduerte in facti contingentia,ne erres, quia ciuitas Neapol.est exempta à condemnatione damni, vel homicidij clandestini, virtute capituli Regis Ferdinandi primi, numero.23.fol.33.per quod statuitur,quod cõtra Neap. vel ipsam ciuitatem Neap.non possit pro cedi pro dãno, vel

vel delicto clandestino, nõ cõperto malefactore, sed bene comperto malefactore procedatur contra ipsum ad punitionem, & damni satisfactionem, secundum quod iura const. & cap. Reh. mandant. Narcel. Bonus.

C.

1 *Carcerari quibus casibus quis debeat?*
2 *Graue scelus quod dicatur? Et an hoc casu quis sit in vincula coniciendus?*
3 *Falsarius accusatus de iure canonico in carcerem traditur.*
4 *Constitutiones possunt dici ius ciuile Regni.*

1 POnuntur in carcere accusati omnino, primo vt ſin l. 2. C. de exhiben. reis. & C. de custodia reorum l 2. Item ratione fugæ, vt ff. ad Syllanianum. l. lege Cornelia. cum similibus. Tertius casus ratione confessionis. ff. de custo. reorum. l. si confessus est. Quartus casus, si non potest dare fideiussores, vt eod. titu. l. diuus. Quintus casus, si sit graue crimen, & scelus, vt in prædicta l. diuus. Sed quod
2 dicitur graue scelus, dicat illud quod pœnam mortis, vel membri absciſionem inducit. quod est in quibusdam criminibus, vt membrum abscindatur. & inter alia, vt C. de seruis fugit. l. si fugitiui. & in authent. de mandat. princip. §. testes. Sed nunquid simpliciter per graue scelus sit vinculandus, vt sic in vinculis causam dicat? Respõdeo nõ, sed considerandus est honor, facultas, & innocentia accusati, vt ff. de custodia reo. l. 1. Quid enim si diues est accusatus, & in honore positus bonæ famę, nunquid statim eum tradas in carcerem, absque aliqua præsumptione, non leui ẽt in prædictis criminibus? & certe videtur, & maxime patet in prædicta l. 2. C. de custodia reorum. Item si iudex videret eum per honestos testes conuictum, & ante apertu ram testium, vel cõfessionem tuam, quæ non est plena ꝓbatio, cum non statim stetur nisi perseueretur, certe detrudet eum in carcerem. & sic etiam potest intelligi dic. l. 2. & C. vbi sena. l. quoties. & C. de custod. reorum, ibi, cum
3 de admisso, &c. De iure tamẽ canonum, reperio accusatum falsarium trudi in carcerem. 19. distincti. capit. in memoriam. extra de appel. cap. ad audientiam. alias committitur fideiusoribus. extra, de fideiuſ. c. literas. nisi sit suspectus. c. grauis. de depoſi. & hęc sunt necessaria ad sciendũ, maxime pro cap. prædicto. de reformatione Regni, quod
4 vult huiusmodi iura ciuilia reformari, quanquam & constitutiones ius ciuile Regni dici possint, vt C. de sum. trinit. l. cunctos populos. Bartholomæus de Capua.

CI.

1 *Custos carceris à quo debeat habere salarium?*

1 IN titu. de custo. reo. C. dicas quod custos carceris debet habere salarium ab illo, qui facit custodiri. vt no. in l. fi. C. de ero. mi. anno. li. duodecimo. Bartholomę de Capu.

CII.

1 *Custos carceris frangens carceres & captiuum dimittẽs, qua pœna teneatur?*

1 NOta in l. iubemus. C. de priuat. carcer. quidã, custos carceris pretio, vel gratis, vel alio modo fregit carceres dimittens quendam captiuum, quæritur qua pœna puniatur? Et dicas quod tenetur pœna legis Iuliæ maiest. vt ff. ad le. Iul. maiest. l. cuiusque dolo. nota, quia hunc casum vidi de facto. Bar. de Capua.

CIII.

1 *Notarius si antequam perficiat instrumentum efficiatur iudex, an illud postea perficere vel subscribere possit?*

1 DIc in l. si quis decurio. C. de fatus. quod notarius susceperit contractum, & antequam conficeret instrumẽtum, factus est iudex, vel contra iudex antequam se subscribat instrumento, finitus est annus, & desiit esse iudex sicut fit in Regno per constitutionẽ ipsius, nihilominus an possit se subscribere, vel notarius facere instrumentũ? & per. illam fuit determinatum quod sic. Nam hic erat decurio, & ante fuerat tabellio, & tamen facit ea quę notarius facere debet, arg. ff. de eden. l. si quis. §. 2. Item quia nihil de nouo facit, sed quod factum est explicat. ff. de dona. inter vi. & vxo. l. si donationem. §. si sponſus. ff. de test. l. heredes palam. §. sed si notam. & no. ff. de furt. l. si is qui rem pignori. Bartholomęus de Capua.

CIIII.

1 *Vniuersitas, vel mulier coniugata in qualibet causa potest pro curatorem constituere, an idem potuerit eius aduersarius ex illius persona?*
2 *Criminali in causa quis per procuratorem litigare non potest*
3 *Pupilli beneficium in alio termino ponendi & eius aduersario competit.*

1 POne in l. fi. C. de iniurijs. Const. Regni dictat, quod mulier coniugata, vel vniuersitas in qualibet causa potest procuratorem constituere, vt in constitutione, in quibus cau. l. 1. nunquid ergo aduersarius suus idem poterit ex persona illius, vt possit constituere procuratorem & cum de hoc interrogatus fuerim a iustitiario prouinciæ, dixi quod sic, sicut alias. C de temp. in integ. rest. peten. l. petendæ. & l. fin. C. de fruct. & litis expen. & quæ res pig. obl. pos. l. Aristo. Nam qui per alium facit, per seipsum facere videtur. ff. de admi. tuto. l. ita autem. §. gesisse. Et credo
2 quod sit regula, quod in causa criminali nunquam possit quis litigare per procuratorem, vt supra de procurat. l. fi. ibi, aduersarius, &c. quia iudicia claudicare non debent ff. de eo quod certo loco. l. quodsi Ephesi. Et similiter quæ
3 stio, quod si in primo beneficio vel secũdo, sicut fit in Regno pupillus produxit, quod aduersarius producere possit, posito quod alias in alio termino illud idem posuerit ipse, vel pupillus contrarium, & non dicitur impertinens. Bartholomeus de Capua.

CV.

1 *Sistere se certa die in iudicio promittens sub pœna, an si se nõ sistat, possit banniri, & nihilominus cadat in pœnam promissam?*

FAcit l. si pro eo. C. ad senatusc̃ultum Turpil. ad quæstio. de facto. Aliquis vocatus ad iudicium, promisit se littere ad iudicium certa die, & sub certa pœna, adueniente die ille non stitit in iudicio, est in quæstione, nunquid iudex possit bannire eum, nihilominus cadat in pœnã ꝓmissam. & est hic arg. & quasi casus, ꝙ ipse possit bãniri, & cadat nihilominus in pœnã illã. Bartolomæus de Capua.

FINIS.

SINGVLARIA

DO. ANDREAE DE YSERNIA

Iurisconsulti Clarissimi.

I.

1 *Iurans certo die soluere, si elapso die soluat, an teneatur de sacramento?*

1 NOTA argumen. in l. Celsus. ff. de arbitris. de quæstione, quæ sæpe de facto contingit. Pone quod Titius promisit, & iurauit soluere mihi decem certo die, elapso die soluit, quæritur, an teneatur de sacramento. Et dico quod non, vt hic. & sic est ritus Magnę Curiæ Vicariç. & ff. de arb. l. fin. & in decret. 22. q. 1. cap. apud misericordem iudicem. Sed cõtra. ff. de ver. ob. l. ita stipulatus. And. de Ysernia.

II.

1 *Consuetudo, quod filia sit contenta portione dotis, an valeat?*
2 *Filius, ergo hæres.*
3 *Pactum quod potest, potest & lex.*
4 *Pactum factum cum fratre, quod filia non succedat consentiente patre, de cuius successione agitur, valet.*
5 *Intellectus l. pactum. C. de pactis.*
6 *Leges & consuetudines de iure antiquo dicentes, filiam non debere succedere, valebant, quæ tamen per Iustinianum fuerunt correctæ.*

1 QVid si est consuetudo, quod filia debeat esse cõtenta portione dotis, an valeat talis cõsuetudo, quia per legẽ non est dubiũ, sicut in Regno est cõtitutio, in aliquibus? Et videtur quod non, quia consuetudo, per quam filius repellitur à successione patris, pessima est, cum merito sit vocandus ad successionem. C. de inoffi. test. l. si quando. &
2 est contra ius diuinum, quia dixit Paulus, si filius, ergo hæres, vt C. si vt minor se ab hær. abstil. l. 2. cum similibus. Item diuus Augustinus, qui filium exhæredare vult, & ecclesiam hæredem instituere, &c. vt notatur. C. de episco. & cler. l. Deo nobis. §. 1. Et sic nec lex tolleret ius diuinũ. C. si contra ius vel vtilit. publi. l. fin. in glo. Puto valere cõ
3 suetudinẽ, quia quod potest pactum, potest & lex. C. de
4 fid. l. fin. in fin. sed pactum cum fratre, quod filia nõ succedat consentiente patre, de cuius successione agitur, valet, vt C. cod. l. fi. ergo & hoc potest, quia consuetudo pro
5 lege seruatur. vt Institu. de iure nat. §. ex nõ scripto. Nec obstat l. pactum. C. de pactis. quia hic fuit pactum factum cum patre, de cuius hæreditate agebatur. C. de collatio. l.
6 tertia. Item quia de iure antiquo valebant leges, & cõsuetudines, dicentes filiam non debere succedere, sed per Iustinianum corriguntur, vt C. ff. de leg. hæred. l. lege duodecim tabularum. & de lib. præt. l. fi. Sed consuetudo superueniens hanc legem debet superare. ff. de sepulc. viol. l. 3. §. non perpetuæ. Andręas de Ysernia.

III.

1 *Vxor an possit agere rei vendicatione contra possidentem rem suam an ea tantum viro competat.*
2 *Vxor vno tantum casu dicitur possidere, scilicet, ad euitandum satisdationem.*
3 *Rei vendicatio possidenti datur.*

1 NVnquid mulier possit agere rei vendicatione cõtra aliquem possidentem rem suam? Et videtur primo quod sic, vt C. de procur. l. qui absentem. glo. tamen in l. doce ancillam. C. de rei vend. videtur dicere contrarium. nam dicit, quod vir possidet ciuiliter & naturaliter, & illi datur rei vẽdicatio, vnde ipsi viro dari videtur, tum quia
2 nos inueniamus, quod vxor vno tantum casu possidet, scilicet, ad euitandum satisdationem, vt ff. qui. sat. cog. l. de die. §. quidam. Item & alia ratione non posset dici, ꝙ
3 vir & vxor simul, &c. quia ei datur rei vẽdicatio, qui possidet vel iure ciuili, vel naturali, vt ff. de rei vendi. l. in rẽ. at duo insolidum possidere non possunt, & ideo vir & vxor rem vendicare non possunt, vt ff. commoda. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. hanc videtur sentire glo. in dicto §. quidam. And. de Yfernia.

IIII.

1 *Nepos naturalis ex filio legitimo, auo, vel auia ab intestato non succedit.*
2 *Fratres naturales ex eadem matre an inter se succedant ab intestato, & mater eis, & ipsi matri?*
3 *Spurij fratres an inuicem ab intestato succedant.*
4 *Naturalis de iure Longobardo dicitur spurius, & a successione patris repellitur.*
5 *Filij de iure Regni nec ex testamento, nec ab intestato succedunt, nisi mater sit desponsata in faciem ecclesiæ.*

1 NOta quod nepos naturalis ex filio legitimo auo vel auiæ ab intestato non succedit, vt in l. fin. in fin. C. de natural. liber. in authen. quib. mod. nat. effi. sui. §. filiũ. aũt.
2 Sed nunquid fratres naturales ex eadem matre succedãt inter se, scilicet, vnus alteri ab intestato? & mater eis, & ipsi matri. Respondeo, sic, vt expresse habes Instit. de succes. cogna. §. vulgo. & Insti. ad Orfic. §. nouissime. & ff. vn
3 de cogna. l. hac parte. & l. spurius. in fi. Item si sunt spurij, nisi essent tales spurij, qui possent argui de dãnato coitu, vt incestuosi, & nati de ad ulterio, isti enim nec cognationem habent inter se. in authen. quib. mod. nat. effi. sui. §. fi. C. ad Orfic. l. si qua illustris. in gl. & in dicto §. nouissimè
4 in gl. De iure Longobardo non dicitur esse in hoc innouatum. Licet enim per illud ius naturalis sit spurius, repellitur à successione patris, vt in Longobard. de succes. l. si quis habuerit. & ibi notat Carol. Sed constitutio Regni
5 videtur obstare, quæ vult, quod nec ex testamento, nec ab intestato succedunt filij, nisi mater sit desponsata in facie ecclesiæ, vnde non habebit plus castitatis luxuria. Sed adhuc non obstat in casu illo, quando vult frater naturalis vel spurius succedere fratri bastardo, vel spurio, cuius cotus non damnatur. Andreas de Yfernia.

V.

1 *Tutor an possit retinere expensas, quas fecit inuentario?*
2 *Tutelæ officium est ciuile & personale, in quo quis de suo erogare non tenetur.*
2 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*

1 VTrum tutor possit retinere expensas, quas fecit in inuentario, quæstio ista de facto fuit Neapoli. Quia dicebat pupillus factus adultus, non potes retinere, quia ad vtilitatem tui fecisti, nam, si non fecisses, amotus tãquã suspectus, fuisses, vnde quæritur, quid iuris? Argumẽtum est ex litera l. fin. §. in computatione. C. de iure deli. quod possit, & ff. de administrat. tuto. l. à tutoribus. §. fin. Item
2 quia non tenetur erogare deo. Nam officium tutelæ est ciuile, & personale, vt ff. de excus. tutorum. l. Athletas. §. j. & quicunque subit officium ciuile & personale, non debet erogare de suo, ut ff. ve muner. & hono. l. si. §. psonale. Itẽ cõfectio inuentarij est cõnexa ipsi administrationi. C. de adminis. tuto. l. tutores. & C. arbitr. tu. l. fi. & ꝙ iuris est in vno, est & in alio circa connexum, ergo debet recupe-

rare

3 rare.ff.de minorib.l.etiam.† Item quia si de suo expenderet, esset sibi damnosum officium,quod esse nõ debet.ff. quemadmodum testamenta aperiant.l.si quis ex signatoribus.& ita fuit iudicatum.Andræas de Yfernia.

VI.

1 *Fraus & simulatio,alienationis ex possessione alienantis præsumitur.*
2 *Spurius si directo emat à patre, semper præsumitur factum in fraudem.Et quid si per interpositam personam?*
3 *Spurio ab extraneo relinqui potest. Et his bona paterna habere potest,si pupillariter substituatur.*
4 *Bona fides regulariter præsumitur,nisi mala probetur.*
5 *Spurius emens bona de cuius pecunia emere præsumatur,sua an patris?*
6 *Debitores,qui alij vendunt,& rem semper possident, tenentur,& præsumitur dicta alienatio facta in fraudem creditorum.*

1 NOta†bonum textum in l.& qui sibi.C.de distract.pignorum.contra fraudes,quas faciunt facerdotes , & illi qui spurijs dare non possunt. Fingunt enim se vendere alicui,& ille post lapsum temporis vendit spurio,nõ tamen pater desinit possidere,quia ipse vult esse vsufructuarius,& tenet rem,licet alij sit facta venditio,hoc ipso enim præsumitur fraus,& non valet , quia nihil videatur alienasse.sic ff.de pignor.actione.l.si nulla.in fin.facit.ff.de probationib.l.qui testamentum.in fin.de leg.3.l.cum quis
2 §.Titia.Et nota,† quod si spurius emat directo à patre, præsumitur semper factum in fraudem , vt C.de natur. lib.l.1.si per interpositã personã,tunc similiter non valet vt ff.de author.tutor.l.pupillus.§.sane.Si pater vendit bona fide Titio,& ille Titius bona fide de spurio , credo qd
3 valeat,quia†relinqui ab extraneo potest†spurio,etiam bona paterna potest habere,si substituatur pupillariter,vt notatur in authen.quib.mod.natu.effic.sui.§.fina. Sed tunc nunquid bona fides præsumatur , vt præsumatur de suo
4 emisse?regulariter † semper præsumitur bona fides , nisi mala probetur,vt C.de euictionibus.l.penult.Sed in his q capere non possunt,videtur quod mala fides præsumatur, vt in l.1.de natur.libe.facit etiam l.etiam.ff. de donat.int. vir.& vxo.& eod.ti.l.Quintus.Sed videtur†distinguendũ
5 vt si filius iste est industriosus,præsumamus quod de suo & bona fide alias de bonis patris,vt C.arbitrium tute.l.si defunctus.nisi pater iugiter possideret facto contractu,vt
6 in l.1.argu.est etiam l.ista ad debitores , †qui alienant , & vendunt alij,& non desinunt possidere,quia ipsi tenentur & presumitur in fraudem creditorum.& facit ad prædicta.ff.quibus mod.pig.vel hypoth.solu.§.superuacuum. Andræas de Yfernia.

VII.

1 *Creditor si dicat debitori, Da mihi decem , quæ tibi mutua ui. Et debitor respondeat,Restituam tibi,nunquid etiam videatur confiteri de mutuo,vt eum tanquam confessum mutuum iudex posit condemnare?*
2 *Cõfitens partem debiti,an videatur etiam totum confiteri, & contra eum sit præsumptio?*

1 NOta l.1.C.de pactis pignorum.ad quæstionem,Peto à te decem,†quæ mutuaui tibi,tu dicis,ego restituã tibi,nunquid videaris confiteri quod mutuauerim cum forte non possum aliter probare mutuationem , an per hoc probem me mutuasse.Respondeo,sic,quia eo ipso q dixit,Restituam,videtur confiteri de mutuo,argu.l.ad solutionem.C.de iudi.facit quod not.in l.2.§.si tamen.ff.de verborum obligationib.vnde hoc casu iudex nihil facit, nisi quod condemnet ipsum tanquam confessum.ff.de pactis.l.tale pactum.§.qui prouocauit.ad quod etiam facit l.1.§.sed & si quis.C.de Latina liber.tollenda cum similibus.ibi,non.facit.ff.de condit.institut.l.quidam. Sed hic quæro,quomodo habetur pro confesso,cum debeat expresse confiteri,& cum causa extra iudicium .ff. de probat.l.cũ de indebito. ĩ fi.Respõdeo,videt ad interrogatio. respõdisse.cum dixit restituas mihi decẽ,q̃ tibi mutuaui, ff.de interrog.actionl.si defensor.§.qui interrogatus. facit quod notatur ff.de verborum oblig.l.2.§.si tamen.Sed
2 quid†si cõfiteris partem debiti.an sit præsumptio , quod totum acceperis mutuo.Quid si restituis partem rei,quã dico te subtraxisse furto,an videaris confiteri de toto?Respondeo,non.ff.si certum petatur.l.quidam æstimarunt. arg.contra,quia si pro parte est debitum,præsumitur totum.debitum.ff.de probationibus.l.cum de indebito.§. finautem pro parte.Andræas de Ysernia.

VIII.

1 *Defensa à tertio imposita illi,cui res per sententiam est adiudicata,ne rem ipsam sibi in dotem lite pendente traditam ingrediatur,an sit parendum.*

1 PEr l.fin.C.de litigiosis.soluta fuit quæstio Aduersana, qua quærebatur,Aliquis agebat†rei vendicatione, petens rem ab aduersario,qui interrogatus.negauit se possidere.Probatum fuit,quod possidebat , & sic de mendacio conuictus fuit,lata sententia pro aduersario , vt deberet immitti in possessionem,vt in l.si.ff.de rei vendicat. medio tempore ille reus conuictus de mendacio, illam rẽ Titio dedit in dotem.Venit Titius,& dicit illi , qui habet possessionem per sententiam iudicis,defendo te ex parte regis sub pœna centum vnciarum, vt non intres in possessionem mihi datam in dotem,siue dotis nomine, iuxta Regni constitut.de spreta defens.Quærebatur,nũquid defensæ debuerit obediri,& videbatur quod non,Quia iuste possidet,qui authore Pretore possidet.ff.de acquirẽda possess.l.iuste possidet.& nemo debet defendi intrare, & possidere rem suam.Sed determinatum fuit per hanc literã,quod iusta est defensa,& tenetur obedire.Andræas de Yfernia.

IX.

1 *Mulier accusare an possit de nece filij in curia magistri Iustitiarij?*

1 EX ista l. Senatus,C. qui accusare non possunt.obtinui quandm quæstionem. Nam† mulier volebat litigare in Curia magistri Iustitiari propter priuilegium,cum accusabat quendam,dum volebat vendicare necẽ filii sui,& ipsa habeat aliũ filiũ,qui erat legitimus accusator necis fratris,& sic fuit admissa in curia Iustitiarii.Andr. de Yferni.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. ANDREAE DE CAPVA.

I.

1 *Pastor ouium qui domino dixit , quod volebat ab eo recedere & ire ad sanctum Iacobum,sed non dixit,quod tunc recederet,an teneatur,si oues sint amissæ?*

1 NOta literam in l. Quintus Mutius.§.sed si reus.ff.man.ad quæst.quæ fuit de facto Capua †quidam custos ouium voluit recedere à domino suo,& ire ad sanctum Iacobum,iuit ad dominum,& nuntiauit ei,quod volebat recedere,non tamen dixit quod recedebat,demũ recessit,& oues amissæ sunt,nũquid pastor teneatur propter suam malam nuntiationem?& est argumentum hic, & melius.ff.de liber.agnoscend.l.1.§. secundo . Andræas de Capua.

II.

1 *Officialis conductus ad ciuitatem , vbi plures alij officiales sunt cum diuersis salarijs,quodnam salarium habere debeat,si nulla facta sit expressa salarij conuentio.*

1 NOta l.si mater.C.ne de statu defunctorum.ad quæst. de facto . dominus cuiusdam ciuitatis posuit in illa ciuitate plures officiales cum diuersis salarijs, demum posuit vnum non habita mentione de salario,fuit dubitatum quod salarium debebat habere iste,qui vltimo fuit positus in officio?Et certe per hunc tex.notabilem fuit determinatum quod debuisset habere,sicut habuit prædecessor suus vltimus.facit.l.excepto.ff.locati.& l.Mella.ff. de aliment.& ciba.leg.quod tene bene menti,rogo te.Andr. de Capua.

III.

1 *Libellus an requiratur in causa appellationis.*

1 SEd nunquid in causa appellationis requiratur libellus? †Tene quodnon, vt in l.1.C.de appellatio.nam vna est & eadem cum principali,vt supra de procura.l.ita demũ. nec per appellationẽ ex inguitur,sed suspẽditur , & ideo non est diuersa causa.And.de Capua.

IIII.

1 *Appellatus si ad iudicem appellationis veniat,& petat,quod procedatur in causa,non expectato annali tempore, procedi debet.*

1 DOminus Iordanus allegauit l. fina. §.in his. in versi. nulli licentia.C.de tẽporibus appellat.& dixit , quod ita fuit determinatum,videlicet si venit†appellatus ad iudicem appellationis,& petierit quod procedatur in causa,non expectato annali tempore,quod non obstante cõtradictione alicuius partis appellantis,si viderit procedẽdum,quod procedi debet.Andr.de Capua.

V.

1 *Operarius qui non potuit perficere opus in die,propter pluuias superuenientes,an debeat habere mercedem totius diei?*

1 POne quod operarius operatus†extitit pro aliqua parte diei,qui propter superuenientes pluuias non potuit perficere,an debeat habere mercedem totius diei? posit multa pro & cõtra dicas quod non ,nisi paratus fuerit offerre se ad complendam operam,in qua fuit impeditus, vt.C.de pignor.l.secundus creditor.Andr.de Capua.

VI.

1 *Bona ingredientis monasterium sicut tacite per ingressum debentur monasterio , ita tacite per exitum ipsius reuocantur.*

1 ARgumento l.fina.C.si reus vel accusator.fuit determinatum,quod†sicut tacite per ingressum monasterij , debentur monasterio bona ingredientis,ita tacitè per exitum ipsius reuocantur.And.de Capua.

VII.

1 *Procurator an admittatur in accusatione,qua dicitur quod quis extraxit gladium hominis occidendi causa , sed non percussit,quo casu teneatur ad certam pecuniæ quantitatem?*
2 *Absentiæ causas an procurator in causa criminali allegare , & si negetur petere terminum ad probandum , & quid si non probet,an mulctetur.*

1 IN titulo,ad leg.Cornel.de sica.C.quæritur,ecce constitutio Regni vult,quod quicunque extraxerit † gladium hominis occidendi causa,& non percusserit,teneatur ad certam quantitatem pecuniæ . quæritur an in accusatione ista admittatur procurator? Post multa dicas,quod sic. nam in casu isto potest quis damnari absens,vt ff.de pœnis.l.absentem.cum si.ergo p procuratorem potest causa agi, vt.ff.de procuratoribus.l. seruum quoque.§.publice.
2 Sed quid in casu,vbi non potest interuenire procurator, nunquid alleget causas absentiæ?& si Iudex dicat,non est verum,an debeat admitti ad probandum?& certè sic.per d.§.publicè.Sed quid si non probauit,nunquid mulctabitur?& certè dicendum est,quod sic.Andr.de Capua.

VIII.

1 *Donatio si sit facta in spurium,vel similem personam, infra duos menses per consanguineos debet reuocari, post excludantur sanguinei.& admittitur fiscus.*

1 NOta bene literam in l.prima,prope finem.C.de naturalibus liberis,si donatio†facta sit in spurium, vel in eam personam,in quam propter turpitudinem ipsius donatio non consistit,infra duos menses per cõsanguineos debet reuocari.post excludũtur consanguinei & admittitur fiscus,vt hic.Andr.de Capua.

ADDITIO.

Alia additio est similis huic, & fuit d. Bartholomei de Capua.& ita indicatum fuit in causa Suessana, cuiusdam D. Octauiani de Suessa aduocati consistorialis. Petrus de Monteforti.

FINIS.

SINGVLARIA DOM. FRANCISCI DE CAELESIA.

I.

1 *Vrbis fossata ob bellum si sint facta de horto alicuius,an cessante bello terrenum horti reuertatur ad priorem dominum?*

1 NOta l.seruis.C.de episco.& cleric.ad quæ.de facto†quia†ciuitas tempore guerrarum fieri fecit muros,seu fossata per hortum alicuius de ciuitate,quę postea reducta fuit in antiquum statũ,quia fecit pacem cũ inimico suo, & dubitabatur an dominium illius horti vbi muri,seu fossata facta sunt reuertatur ad priorem dominum? Et videtur quod sic,vt ibi, & C.eo.authentic.si serucs,& ff.de rerum diui.l.in tantũ in fi.Sed argu.contra.ff.de solutio.l.quires.§.aream. Franciscus de Cælesia.

II.

1 *Ciuis potest compelli ad soluendum collectam in eo vico , in quo habitabat,quando collecta fuit imposita.*

1 EX litera in l. Deo nobis. prope fin. versic. quod si forte.C.eodem.titu.potest trahi tale argumentum. ecce imposita†est collecta à domino Rege per Regnum,antequam distribueret per ciuitatem Neap.quidam transtulit incolam suum in alium vicum.Venit modo collector ele
ctus

ctus ex vico, in quo habitabat quando collecta imposita fuit per Regem antequam fuisset distributa per terras, & imponit sibi partem collectæ, taxando eum cum aliis hominibus illius vici, & vult exigere illam sortem collectæ sibi per eum impositæ. ipse allegat, & dicit non teneri soluere, quia non est habitator in eo vico, vbi collector adest, quid iuris? Et litera ista facit, & præstat argumentum quod possit compelli ad soluendum in eo vico, in quo erat, cum collecta fuit imposita. Nam cõsideramus statum in quo erat, antequam dominus prædictus effectus erat orthodoxæ fidei, ad hoc quod compellatur. facit lex expressa ff. ad municip. l. incola. & ff. de iud. l. si quis postea cũ similibus. Frãciscus de Cælesia.

FINIS.

SINGVLARIA DOMIN. IOANNIS DE PETRVCIA.

I.

1 *Testamentum cum omni solennitate an valeat, si careat hæredis institutione.*

NOTA in l. hac cõsultissima. ver. qui in eũdem. C. qui testamen. facere pos. optimam quæstionem, quam fecit Dominus meus, & continue venit de facto t Aliquis fecit testamẽtum cum omni solennitate, saluo q̃ neminem hęredem instituit, nunquid valeat? Et certe dicebat ipse quod non. allegat pro se. ff. de iure codic. l. vltima. Ioannes de Petrucia.

II.

1 *Accusator quando incarceretur, & quando excarceretur.*

DIc in l. in causis, alias, accusationis. C. de accusationib.

2 quod accusator incarceratur, & eo ipso quod crimẽ quod intendit, probauit, debet excarcerari, etiam ante reprobationem ex aduerso faciendam. Quia si operatur p̃batio superueniens, quod ille qui alias non erat carcerandus, carceretur, ergo multo magis hic, vt in regula, fauorabiliores. Præterea certum est, quod ratione criminis obijciendi nemo debet vinculorum pœnam sustinere, ergo si accusator probauit, ratione, quia potest obuiari de fallitate testium, non videtur quod debeat retineri, maximè cum ipsa reprobatio sit odiosa. Hanc quæstionẽ ad p̃sens dominus Nicolaus Ruffus nõ determinat Io. de Petrucia.

III.

1 *Compensatio an possit opponi domino debitori vasalli, vel emphyteutæ, de pecunia ei à domino debita, vt compẽsetur cum reddito pecuniario, quod annuatim pro feudo, vel tenimento soluere tenetur, ne per lapsum triennij res dicatur in commissum cecidisse ob non solutionem canonis.*

2 *Italica prædia an de iure communi tributaria esse dicantur?*

NOta l. in ea. C. de compensation. ad quæstionem in facto in Rocca Romana. Quidam de dicta Baro-

1 nia nomine ß. Camerarius dñi dictæ Rocchæ Romanæ tenebat ab ipso domino quoddam tenimentum, ex quo debebat præstare quolibet anno certum redditũ pecuniarium, Modo iste Camerarius cessauit per triẽniũ, quod non præstitit redditum, ea scilicet causa, quia dominus tenebatur sibi in dicta pecunia, & liquidum erat debitum, opponebat compensationem, non autem ob contumaciam eius negabat præstare, vnde dominus vult auferre tenimentum prædictum, iudicis tamen authoritate, nũquid possit? Et hic videtur dici quod non habet locum compensatio, nec de ea opponi potest, argu. C. de fun. pat. l. 1. & C. de iure emph. l. 2. ibi nulla allegatione quodãmodo tributaria videtur. Quod probo sic, q̃a indicitur rõne matrimonij, & possessionũ, & sic ipsi teniméto, & feudo, & nõ ipsi q̃ sonę, vt in consti. regni, cõsuetudinem. in fi. ergo, &c. vt C. de fund. pat. l. fi. & sic nõ sit cõpẽlatio, vt hic. Sed cõtra, vt ff. de cens. l. 1. & C. de episco. & cler. l. de his.

2 Sed dici pót forte, † q̃ quamuis Italica prędia non sint tributaria de iure communi, tñ in Reg. forte in feudis, & tenimentis secus, p̃ dictã constitutionẽ. q̃ nõ credo verum arg. à contrario ff. de offi. pręt. l. Barbarius. Vel dici potest quod licet non sint tributaria nomine, & cognomine omnia Italica prędia, tamẽ vt prędicta quasi effectualiter debẽt contributionem. Illud autẽ de plano nõ concedo, qñ habeat locum hic, & in casu l. 2. C. de iure emphyteu. dato quod in bonis emphyteuticis haberet locũ compensatio, quia dico quod haberet locum constitutio Imperatoris. vt in cõstit. si vasalli, &c. l. si vasallus. vbi dicit, quod vasallus est submonitus, & c. contractus enim emphyteuticus de iure ciuili est, & de per se, vt C. de iure emph. l. 1. & Institu. loca. §. adeo. Sed si dicamus non habere locum compensationem. adhuc non tenetur aliquo modo per constitutionem, quam dico hoc casu vendicare sibi locum, si requisitus fuit ante officium forte, vel in officio. Do remedium, & talem viam, Ecce Camerarius dicat, quod exegit a seipso, quod potest, & debet facere ad instar tutoris, vt ff. de fideius. l. tutor. & de admi. tut. l. in tantum. §. debitor arg. ff. de neg. gest. l. finautem. in princ. & de petit. hæred. l. sed si lege. §. sed & si culpa. & C. manda. l. si negotia. vt ponat in rationibus suis, & hoc facto sit securus. Et si vellet, forte posset dicere post prædicta, ego solui mihi tantum, illum tamen reddituũ nominando, & stabitur ratione exacti, per l. quoties. §. finit. & seq. ff. de admi. tut. & qui dar. tutor. pos. l. curatorem. Arg. tamen contra in authẽ. vt hi qui oblig. §. sed & si quis. Ioan. de Petrucia.

IIII.

1 *Fideiussor si quis nomine tur, & sit præsens, nec contradicat obligatur vti fideiussor, si illa cautio redacta sit in publicã scripturam.*

QVid si debeam Sempronio aliquam rem, & dixi sic, Titius & Mæuius fideiubent pro me, & ipsi erant p̃sentes, & nihil dixerunt, nec contradixerunt, nunquid itti videantur obligati? Dicas quod sic, dũtamen ista cautio sit redacta in publicam scripturam, vt probatur. C. de fide iuss. tu. l. 4. in fi. Ioan. de Pet.

ADDITIO.

Aduerte, q̃a in § fi. l. cum oportẽdimus. est casus specialis fauore pupilli, late examinat Crotus in l. 1. 2. charta de verbor. oblig. post alios. Boer. discutit ques. 314. Vnum tñ scias, q̃ ille §. procedit quo ad minores, quo ad rempublicam & in causa fiscali. Bellu. in suo Spe. prin. Marcellus Bonus.

V.

1 *Compensatio an habeat locum in contractu emphyteutico, vel in alio contractu, ex quo debetur annus redditus.*

2 *Compensatio in certis casibus locum non habet.*

3 *Compensans dicitur soluere.*

1 QVæritur in l. 2. C. de iure emphyteut. † Si in contractu emphyteutico habeat locum compensatio, vel in quocũque contractu, ex quo debetur annuus redditus dumtamen non sit publica pensitatio, prout dictum est in l. in ea. C. de compensatio. dicas q̃ sic. q̃a certũ sunt casus speciales, in quibus non habet locũ cõpensatio, qui notantur ff. de cõpensatio. l. si ob negotium. & hic non numerantur inter illos, ergo, &c. vt ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. patre furioso. Nec videtur obstare dicta l. 2. in eo q̃ dicit, quod debet non interpellatus soluere, & dare, quia fatisdedit, & soluit qui compensat, per leges optimas. ff. de verb. significat. l. dedisse. & de liber. cau. l. non tantum. & l. sequenti. Ioan. de Petrucia.

VI.

1 *Compromissum qui fecit in arbitrum, si postea coram eo non vult comparere, arbiter potest eum citare ad audiendum sententia. Et si non venerit, incidet in pœnam conuentã.*

PEr l. si contra. C. de Arbit. potes sumere bonum argumentum, quod si ille, qui compromisit, † non vult venire coram te arbitro, cita eum, vt veniat, ad audiendum sententiam, quia si non venier, incidet in pœnam. Io. de Petrucia.

VII.

1 *Feudatarij, qui Baroni tempore debito in anno seruiuerunt an iterum possint eodem anno ad seruiendum cogi, si Baro iterum Regi seruire compellatur?*

Est

1 EST arg. litera in l. si filia. ff familiæ ercircun. ad quæstionem de facto sępius contingentem. Ecce certum est quod barones huius regni seruire tenentur dño Regi semel in anno, & similiter feudatarij baronum semel tenẽtur eis seruire, vel adorare. Accidit q̃ mandatũ fuit dño Jacob de la Rocca Romana tanquam baroni, q̃ faciet seruitium dño Regi pro isto anno 11. Ind. & sic ipse præstat seruitiũ Regi, & feudatarij sibi. Modo Rex iterato infra istum annum 11. Ind. fecit iniũgi Baronibus, & prędicto dño Iacobo, q̃ præstent seruitium, sub pœna literarum, & sic prędictus dñs Iacob. feudatarijs suis iniungit. Dicunt ei feudatarij sui, nos seruiuimus, & præstitimus adohã pro isto anno, & non tenemur amplius pro isto anno, Dicit Baro, & ego non tenebar dño Regi seruire, nisi semel in anno, tamẽ, sicut ille facit mihi, sic ego vobis faciam, quærebatur quid iuris? Et certe litera ista videtur facere pro feudatarijs, & ita fuit determinatum. Quia imperitia Baronum non debet obesse feudatarijs, & mutare formam iurisdictionis, vt hic accidit, & hoc obtinet. ff. de euict. l. si per imprudentiam. Quia iniuria facta emptori, &c. Quid vltra? videtur casus l. C. de iure delib. l. si te bonis. Ioan. de Petrucia.

SINGVLARIA DOM. ABBATIS ASSALDI.

I.

1 *Iudex potest capere eum, contra quem de crimine actum est, ante aperturam testium, & non committere cum fideiussoribus.*

1 NOTA ex litera in l. quoties. §. sed qui in crimine. C. vbi senator, q̃ si contra aliquẽ actũ est de aliquo crimine, & contra eum proceditur, iudex potest ipsum capere ante aperturam testium, & nõ committere eum fideiussorib. vt ibi, & c. de exhiben. reis l. 2. in prin. & est c. Regni, ab illo inchoandum, & Ritus Magnę Curiæ vicarię, q̃ per vnum testem incipit constare. Abbas Assaldus.

SINGVLARIA DOM. NICOLAI RVFFI iuris vtriusque Doctoris.

I.

1 *Res ad aliquem pleno iure spectare quando dicatur?*

2 PRAESTAT arg. l. raptores. ibi pleno habeat dñio. C. de epis. & cleric. q̃ si quis habet nudam proprietatem, petens in libello, bene petit. Sed ar. contra ff. de alimen. & ciba. leg. l. libertis. Sol. ille qui habet vsum fructũ tantum, nõ dicitur habere pleno iure. vnde siue habeat rem quantum ad vsum fructum & proprietatẽ, dicitur res spectare pleno iure, vt in prædallegata l. libertis. siue habeat tantùm proprietatem, vt hic. Nicolaus Ruffus.

II.

1 *Bannitus tempore sui banni an possit actiones intentare?*

2 *Deportato sunt interdicti actus de iure ciuili.*

2 COllige in auth. Gazaros. C. de hæret. argumẽtum expressum, quod † bannitus tempore sui banni potest actiones intẽtare, & hoc ideo, quia hæreticus incõtinenti bãno subiicitur, vt hic habes. & tñ ante annum actiones sibi cõperentes intentat, vt patet C. eo. tit. auth. credente. Sed si velles tenere opinionẽ gl. haberes dicere, quòd bãnitus ex ea causa, ex qua condẽnatus esset deportandus, actiones intentare non pót, quia deportato æquiparatur

2 † cui deportato interdicti sunt actus de iure ciuili, vt ff. de orig. iur. l. ij. Sed si bannitus ex ea cã esset bannitus, ex qua dãnatus nõ esset deportãdus, tũc non ęquparaẽ deportato, & p̃ cõsequens actiones intẽtare posset. Nic. Ruffus.

SINGVLARIA DOM. BLASII DE MVRCONE.

I.

1 *Castrum siue feudum si petatur cum iuribus suis, an videantur petiti homines feudi, vel castri.*

1 NOta, quidam † poluit in libello, peto tale castrum siue feudum cum iuribus suis, q̃ homines feudi videãtur petiti, vt in l. 2. ff. de vsuris, secus si vasalli nunquam fuerunt in vsu, & ita loquuntur II. contrariæ, & ita respondit Dominus meus interrogatus de facto. Iudex Blasius de Murcone.

ADDITIO.

Considera, quia in omni dispositione siue gratiosa, siue onerosa, dicendo feudum cum iuribus & pertinentijs suis, includuntur & cẽsentur petiti vasalli, & omnia quæ sunt de iuribus feudi. And. in cl. de ca. qui cur. ven. & ibi Matth. col. 2. & clarius Bal. de rei ven. l. 1. Marcellus, & Math. vbi supra num. 20. Marc. Bonus.

SINGVLARIA DOM. PAMPHILI MOLLI.

I.

1 *Citatus in causa criminali, si non compareat, punitur in tertia parte bonorum mobilium.*

2 *Debitorum nomina an computentur inter bona mobilia?*

1 CONstitutio Imperialis in Regno dicit, q̃ citatus in causa criminali, si non cõpareat, debet puniri in tertia parte bonorum mobiliũ. Inuenitur q̃ condemnatus habet debitores cẽtũ, filcus petit tertiã partẽ illius debiti. q̃ritur nunquid possit? Et vr̃ arg. l. si fideicommissum. §. tractatu. ff. de iudicijs, q̃ sic, & ad Treb. l. 1. §. 1. cum summi.

2 Econtrario vr̃ q̃ non, quia † nomina debitorum non cõputantur inter bona mobilia, vt j. de re iud. l. a diuo. §. 1. Tu dic ẽm And. de Barulo, quòd non computantur, per l. de leg. 3. si chorus. §. 1. Pamphil. Mollus de capua.

SINGVLARIA DOMIN. IOANNIS BACCAN.

I.

1 *Mensura temporis venditionis an attendi debeat, vel mensura temporis traditionis frumenti venditi?*

1 NOta quæstionẽ quæ fuit neapoli de facto. Quidã emit duas salmas frumenti à quodã pro vnica vna, sed venditor nõ statim cum accepit pecuniam, frumẽtum tradidit, sed stetit per mensem, & ita mensura augmentata, vel deminuta est modo vertebatur in quæstione, nunquid venditor deberet mẽsuram ad mensurã, quæ erat tunc temporis, quando vendidit, an ad eam, quæ facta est maior, vel minor postea tẽpore mensurationis faciendę? & certè dñs meus dixit, q̃ determinata fuit per decretalem. extra de censi. ca. cum quis canonicis, quod debeat mensurã ad mensuram, quę erat tunc temporis, quando vendidit. Ioan. Baccan.

II.

1 *Filia coniugata à patre, qui stipulatus est dotem sibi reddi soluto matrimonio morte filiæ, si in vltimis sit constituta, an possit donare, vel legare de rebus dotalibus?*

1 QVæri cõsueuit in l. idemq̃. §. Papinian. ff. mand. Martinus † maritauit filiã suã, & dedit filiæ dotẽ, & stipulatus est dotẽ sibi reddi, si matrimonium soluat morte filię suę. Modo ista puella in vltimis cõstituta vult donare, vel legare de reb. dotalib. an possit? Et vr̃ q̃ sic, arg. huius §. cũ hi et ei quæsita actio. & ff. de don. cau. mortis. l. Seia. in fi. Ecõtrario videtur q̃ non, vt ff. de pac. dot. l. si maritus. in fi. & ff. de dote prę leg. l. Seia. in fine. Ioan. Baccan.

Singularia Io. Baccan, Io. Grilli. & Mar. Boni.

III.

¶ *Priuilegio priuilegiati vti potest non priuilegiatus per modum cessionis, si fraus non pateatur.*

1 NOta in l. quæsitum. ff. de distra. pig. quod † priuilegiatus à non priuilegiato pôt vti priuilegio, ét per modum cessionis, quia creditor non valens conuenire debitorem suum coram magistro Iustitiario, cessit actionem suam pupillo, nisi fraus probaretur, cujus probatio difficilis est, & ita recordor do. Fran. de Cælesia à me consultum de dicta quæstione respondisse, per l. C. de procur. l. qui stipendia, Ioann. Baccan.

IIII.

¶ *Alienare prohibitus non potest etiam donare, & an ex causa permutare?*

2 *Venditionis appellatione omnis contractus continetur, ex quo dominium transfertur, etiam ex testamento.*

1 PRohibitus† alienare prohibetur etiam donare, permutare, vel alio modo alienare, per l. sicut. §. venditionis. qui. mo. pig. vel hyp. fol. & facit ad hoc C. de præd. decur.

2 l. 1 Quia appellatione† venditionis, omnis contractus cõtinetur, ex quo dominium transfertur, etiam ex testamẽto, vt ibi ad hoc facit ff. de fundo dot. l. si fundum, &. ff. de statulib. l. statuliberi. & ff. co. l. si debitor. §. si in venditione. licet quandoque permutatio sit permissa ex causa l. fi. ff. de iure dot. Ioan. Baccan.

V.

1 *Sustinens onera quasi matrimonij, fructus dotis lucratur.*

2 *Fructus vt quis suos faciat, quot requirantur?*

1 SEd quid est? ego habens† filiũ desponsaui cum cuidam puellæ nõ viri potenti, & matrimonium fuit de facto subsequutum, & puellam alui, & onera matrimonij supportaui. Postea moritur puella, vel filius meus, repetitur dos, & non est dubium de hoc, nunquid repetentur fructus à me? Et videtur, ꝙ sic. per l. dotis fructus. in princ. ff.

3 de iure dot. quia tria† sunt necessaria, vt quis faciat fructꝰ suos, quorũ si aliqu. d deficiat, nõ debet lucrari fructus. arg. ff. de transact. l. cum hi. §. prætor. Contrarium dic de æquitate, & ita scripsit dñs Azo in summa titul. ff. de iure dotium, & C. eo. tit. l. 4. quia sustinui onera quasi matrimonij, ideo debeo lucrari fructus, iuxta illam regulam, quia qui sentit onus, & emolumentum consequi debet. † secundum naturam. ff. de reg. iur. Ioan. Baccan.

ADDITIO.

Considera ꝙ dos putatiua ex parte vxoris habet priuilegia dotis l. insulã, solu. matr. & l. dotalẽ. in §. dotali. de fundo do. & ibi gl. Doct. tũ in l. de diuisione. fol. mat. tenent contrariũ in terminis de iure. & vide Curt. latè examinantẽ in consi. 74. nu. 17. de multis priuilegijs, quæ non cõpetũt etiam ex matrimonio putatiuo. Mar. Bonus.

VI.

Emptor & venditor si conueniant, vt res certo pretio empta antequam à venditore tradatur, sit inempta. Et postea conueniant, vt sit empta nulla prætij habita mentione, an videatur res eodem pretio vendita?

1 FAcit l. dotẽ quę. ff. de iure dotiũ. ad quę. ponet ꝙ emi à te rem tuã, & antequam traderes, conuenimus vt diſcediremus ab emptione. postea cõuenimus, vt haberẽ illã emptã, non facta mentione de pretio, est in qstione an videatur illo eodemq; prætio res vendita? & per l. istam probatur ꝙ sic, ad quod optimè facit supra tit. l. 1. plerique, & infra, de reg. iur. l. quicquid. Ioan. Beccan.

VII.

1 *Intellectus gl. l si pater. C. de dotis promissione.*

1 CAue ne gl. in l. si pater, in gl. C. de dotis promissone, perniciosè† intelligas, & si vis eam bene intelligere, referas eam ad casum illius legis. s. qñ extraneus habebat aliquid de patrimonio mulieris. nam si nihil haberet, tũc videretur donare, & ita loquitur C. de rei vxor. actio. 1. §. extraneum, & ff. de condi. indeb. l. cum his. §. mulier. Ioan. Baccan. & extraxi de lib. Leonardi de Ylernia, qui fuit Andrææ.

VIII.

1 *Frater an teneatur dotare sororem, & quid de matre?*

1 SEd nunquid† frater teneatur dotare sororem? Videtur ꝙ non, cum l. si pater, & ibi gl. in versi. paternum. C. de dotis promissio. tñ de patre dicas. Item quia mater non tenetur, vt infra, tit. 1. l. nec mater, Sed certè imò tenetur, si soror nõ habeat vnde possit se dotare, & sit soror eiusdem matris, atque patris, vt ff. de admi. tut. l. cum plures. §. nimium. Et quod dicitur in tit. 1. l. cum mater. verum est si filia habeat vnde possit constituere dotem, alias bene tenetur mater dotare filiam suam, per prælleg atam. l. arg. sumpto è contrario sensu, quod est fortissimum, vt ff. de officio eius cui mãdata est iurisdict. l. 1. §. huius rei, & notat Carolus in summa Lõgob. de succes. l. si fratres, aui sorores. & ita tenent Barth. de Capua, & And. de Ysernia in prælleg ato li. Leonardi de Ysernia. Ioan. Baccan.

IX.

1 *Fideiussor de lite exercenda an in criminalibus dari debeat?*

